Gurney


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMAN.
12
1 E


SYNOPSIS
DECRETA, ET RESOLUTIONES
SAC. CONGR. IMMUNITATIS
super Controversiis Jurisdictionalibus
complectens,

Studio Reverendissimi Patris


D. PETRI ANDREÆ RICCII
Pedemontani Ab. Gen. Cong. Ref. S. Bernardi
Ordinis Cisterciensis,
collecta, & digesta,

EMINENTISSIMO PRINCIPI
FRANCISCO BARBERINO
S.R.E. CARDINALI
iterum dicata.

EDITIO SECUNDA CORRECTIOR.








TAURINI MDCCXX.
Typis Ioannis Radix, & Ioannis Francisci Mairesse.

SUPERIORUM PERMISSU.

Si vendono nelle Librerie di Martino Giovanelli in Piazza Navona all'Insegna del Volto santo, e da Gio. Lorenzo Barbellini al Piè di Marmo all' Insegna di S. Pio V.



EMINENTISSIME PRINCEPS



Uum repetunt queq;principium, *Eminentissime Princeps*, ut quæ originali fota sinu prodiere felicia, ad eumdem recurrentia refoveantur, indeque reprodeant feliciora. Hinc unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant: hinc terræ frumenta redduntur, ut multiplici germine ditescant. Prodiit jam primò Liber iste Tuis fulcitus, & imperio, & auspiciis: & quamvis millenis prælorum gemitibus comparuerit fœcundus; angusto tamen, non annorum, sed mensium, sed dierum decursu visus est sui copia sterilescere, communi voto, ut renasceretur, expetitus. Ad te propterea secundò revertitur, eamdem sibi felicitatem pol-

ſicitans. Indubium eſt, quod ſi ejuſdem Author Reverendiſſimus P. D. Petrus Andreas Riccius, qui illum ſummo labore, ac ſtudio, Te auſpice, Te jubente collegit, digeſſit, Tibi ſacravit, ſi adhuc vivens foret, aut redivivus, hunc Tibi redonaret, ceu potius reſtitueret. Quomodo igitur ego, qui tuam efflagito gratiam, totaque humilitate clientelam expoſtulo, Authori injuriam, Libro violentiam, alium à Te Mœcenatem excogitando intentare præſumam? Quidquid inſuper de Immunitate Eccleſiaſtica publico ſit jure depromptum, ut potê ab initio ad uſque noſtra tempora Barberinis Apibus mellificatum, Tuum eſt, Teque integro reſpicit argumento; Urbanum ſiquidem VIII. Sacræ Congregationis Immunitatis fuiſſe inſtitutorem nemo inficiatur: ac exinde haud interruptam Tuæ Stirpis Purpuratorum Progeniem eidem perpetuo faviſſe ſtudio agnoſcunt omnes, ac profitentur. Accipe, igitur, *Eminentiſſime Princeps*, quod Tuum eſt; meque hac reſtitutione potiùs, quàm oblatione ſuffultum agnoſce qualis glorianter dicor.

D. E. T.

mus mus mus
Humil., Addic., & Obſeq. Servus
Joannes Laurentius Barbellinus.

PARÆNESIS AD LECTOREM.

SEriem Resolutionum Sacræ Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ supèr Controversijs Jurisdictionalibus verbis modo alphabetico digestis pro mea tenuitate coordinatam Synopsis ista exhibet, Candide Lector. A laudato Auctorum ritu verborum circumlocutione ad tuam captandam benevolentiam meritò recedit animus, satis enim superque studiosissimis Eminentissimorum Principum statutis ne dùm amorem, sed & venerationem profiteri Orbis Catholicus gloriatur universus. Quarè nisi aliqua necessariò tibi significanda consilium fuisset haud molestiam tibi attulissem hæc pauca legendi. Advertas igitur volo, Resolutiones, & Decreta hujus Sac. Congregationis regularitèr fieri in concreto, non in abstracto, undè non sempèr trahendæ sunt in consequentiam, sed solummodò invariatis facti circumstantijs firmare regulam. Hacque ratione decreta ipsa factis illustrata, ubi scripturarum notitia suppeditavit, hic proponuntur; alia enim via articulum sibi resolutum, qui non nisi ex uno, aut altero verbo constitui legitur, aperiendi non patebat. Facti veritas tùm ex Libris litterarum Sac. Congregationis, tùm ex tabulis authenticis Illustrissimorum Ponentium in Archivio Vaticano, & Secretaria Sac. Congregationis asservatis non sine magno labore est deprompta. Ipsas verò Resolutiones ex authographis Libris Decretorum Sac. Congregationis fidelitèr eductas affero.

Porrò ad intelligendas aliquas notas compendiarias in Operis lectione scias necesse est verba Sac. Cong. in Opere sæpiùs repetita nonnisi Sacram Congregationem Immunitatis Ecclesiasticæ supèr Controversijs Jurisdictionalibus significare, notas verò d. An., & lib., ibidèm, sempèr designare Annum, & Librum explicitè allegatum in antecedenti Resolutione, & tandèm pro plena notitia allegationum notis paritèr compendiarijs scriptarum hanc post Parænesim Indicem cujuslibet Libri Resolutionum Sac. Congr. unà cum Agnomine Illustrissimi D. Secretarii ejusdem Sac. Congr. pro tempore existentis invenies. Interim; eandi-

candide Lector, ubi praesentis laboris structura quoque titulo displiceat; saltem optimae, qua tibi placere studui, voluntati arride, & vale.

ELENCHUS Librorum Sacrae Congreg.

Regestum Scripturarum antiquarum ab Anno 1340. usquè ad Annum 1626. à P. Fr. Lantusca Reformatorum Ordinis Minorum collectum.

Liber 1. Decretorum D. Paulucci à Mense Maij 1626. usquè ad Mensem Augusti 1629.

Liber 2. Decretorum ejusdem à Mense Augusti 1629. usquè ad diem 26. Februarij 1636.

Liber 3. Decretorum ejusdem à Mense Aprilis 1636. usquè ad Mensem Novembris 1646.

Liber 4. Decretorum ejusdem à Mense Januarij 1647. usquè ad diem 1. Octobris 1652.

Liber 5. Decretorum ejusdem à Mense Novembris 1652. usquè ad Mensem Aprilis 1657.

Liber Decretorum Rocci à die 15. Maij 1657. usquè ad diem 16. Junij 1665.

Liber Decretorum Fani à die 20. Junij 1665. usquè ad diem 9. Decembris 1665.

Liber Decretorum Borromei à die 15. Decembris 1665. usquè ad diem 22. Junij 1666.

Liber 1. Decretorum Altoviti à die 7. Julij 1666. usquè ad diem 29. Decembris 1676.

Liber 2. Decretorum ejusdem à die 2. Januarij 1677. usquè ad diem 27. Decembris 1681.

Liber 3. Decretorum ejusdem à die 3. Januarij 1682. usquè ad diem 19. Octobris 1686.

Liber Decretorum Martelli à die 23. Octobris 1686. usquè ad diem 1 Septembris 1691.

Liber Decretorum Grimaldi à die 5. Septembris 1691.

1691. uſquè ad diem 5. Novembris 1692.
Liber 1. Decretorum Vallemani à die 5. Novembris 1692. uſquè, & per totum Annum 1695.
Liber 2. Decretorum ejuſdem à die 1. Januarij 1696. uſquè, & per totum Annum 1700.
Liber 3. Decretorum ejuſdem à die 1. Januarij 1701. uſquè, & per totum 1704.
Liber 4. Decretorum ejuſdem à die 7. Januarij 1705, uſquè ad diem 26. Junij 1706.
In recentioribus Decretis citatur Liber Illuſtriſſimi D. Marafuſci actualis Secretarij Sac. Congregationis, verùm cùm non ſit undique abſolutus, paginam ejuſdem indicare non potui.

APROBATIONES

SYnopſim *Decretorum Sacræ Congregationis Immunitatis* ab A. R. P. D. Petro Andrea Riccio noſtræ Religionis Aſſiſtente Primo elucubratam magnâ animi oblectatione perluſtravi: mille equidèm clypei pendent ex ea, ad propugnanda Eccleſiæ jura, fulget itèm in ea Auctoris ingenium, ſua cuique foro congrua exhibens. Opus conciſa, atquè æquè facili methodo exaratum, ab omni ſuſpicionis labe prorſus immune, libratâ planè eruditione munitum. Dignum proindè, ut plurimorum votis ſatisfiat, ad omnium utilitatem typis demandetur. Datum ex Cœnobio S. Pudentianæ die 7. Septembris 1706.

D. Franciſcus Antonius Ricciardus
Congreg. Ref. Monac. S. Bernardi Procurator Gen.

DEmandante Reverendiſs. P. D. Franciſco à S. Benedicto Congregationis Monachorum Ref. S. Bernardi Ord. Ciſtercien. Abbate Generali perlegi Opus inſcriptum *Synopſis Decretorum Sac. Cong. Immun.* impigro labore ab A. R. P. D. Petro Andrea Riccio ejuſ-

ejusdem Congregationis Primo Assistente omnium Ecclesiasticæ Libertatis fautorum commodo congestum; nullumque se obtulit aut circà Fidem, aut circà Mores offendiculum, quominùs typis mandari posse arbitrarer, si &c. Datum ex Monasterio S. Bernardi ad Thermas Urbis hac die 30. Aug. 1706.

D. Franciscus Antonius à S. Hieronymo ex Lectore S. Theol. d. Monasterij Prior.

Facultas Rmi P. Ab. Gen. Congr. Ref. Monac. S. Bernardi Ord. Cisterciensis.

CUM Librum, cui titulus *Synopsis Decreta, & Resolutiones Sac. Cong. Immunitatis super Controversiis Jurisdictionalibus complectens &c.* ab A. R. P. D. Petro Andrea Riccio nostrę Congregationis Assistente Primo compositum, typis edendum, duo ex nostris S. Theologię Professoribus recognoverint, & approbaverint, Nos eumdem Librum in lucem prodere censemus; & typis mandare facultatem facimus, si ità Superioribus videbitur. Romæ ex nostro S. Pudentianæ Cœnobio die 28. Septembris 1706.

D. Fancifcus à S. Benedicto Abbas Generalis præfat.

IMPRIMATUR. Si ità videbitur A. R. D. Vicario Rmi Patris Magistri Sacri Palatij Apostol.

Fabius Andreas Baccarini.

IMPRIMATUR. Jo. Franciscus Jacobellus I. V. D. Canonicus Cathedralis Prænestinæ in Prænestina Civitate, & Diœcesi Rmi P. F. Paulini de Bernardinis Sac. Palatij Apostol. Magistri Vicarius.

REIMPRIMATUR. F. Jo. Albertus Alferius Mag. Vic. Gen. S. Officij Taurini.

Vidi COMOTUS.

REIMPRIMATUR

De CABURETTO provis. Dep.

ABBAS.

1. ABbas non habet facultatem extrahendi Confugitos ab Ecclesia, cùm ex dispositione Bullæ Gregorij XIV. hæc facultas solis Episcopis competat privativè quoad alios Episcopis inferiores. In una Burgi S. Sepulchri 17. *Iulij* 1668. *Lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 244. Item in una Montis Casini 28. *Febr.* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 776.

2. Et sic extractus authoritate Abbatis Abbatiæ nullius Diœcesis restituendus est, cùm extractio facta sit à non habente authoritatem. In una nullius Sanctissimæ Trinitatis Meliten. 30. *Maij* 1674. *lib.* 2. *decret. Altoviti pag.* 1769.

3. Abbati tamen Montis Casini, annuente Sanctissimo, datur facultas ad decennium extrahendi ab Ecclesiis, & locis immunibus suæ Diœcesis in omnibus casibus exceptis in Bulla Greg., & etiam in omnibus aliis casibus, in quibus Episcopis licita est extractio. In una Montis Casini 6. *Iunij* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 809.

4. Abbas non potest absque justa causa expellere à suo Monasterio confugitum. Neapolitana 21. *Aug.* 1694 *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 140.

5. Abbas Regularis impediens Baroncellum Episcopalem extrahentem cum excessu scandaloso, & manifesto confugitum in sua Ecclesia, & super hoc inquisitus absolvitur tamquam innocens; cum impedierit sine violentia, postquam petiit, ut sibi ostenderentur facultates necessariè ad extractionem, aliàs protestando. Ariminen. 30. *Martij* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1366.

6. Abbati aliquando injungitur, ut transmittat

acta super Censuris ab ipso fulminatis contrà Syndicos, qui traxerant Clericos Salvaticos ad forum Laicale. In una Montis Casini 22. *Dec.* 1694. *pag.* 163.

6. Itèm, ut informet, cur non vtatur facultate ei commissa pro impendendà Absolutione. In eadem 17. *Decembris* 1695. *d. Lib. pag.* 235.

8. Aliquandò Abbas iussu Sac. Congregationis procedit supèr spretu Censurarum contra incolas Terrarum sibi subditarum. Nullius S. Guilelmi 16. *Martij* 1694. *d. Lib. pag.* 111. Nullius Montis Virginis 9. *Febr. d. Anni*, & *Lib. pag.* 104.

ABBAS S. BENIGNI

Nullius Diœc. Prov. Taurin. V. Verbo *Consignatio* n. 8.

ABBAS ORDINARIUS GUASTALLÆ

Vide Verbo *Contributio causâ belli* n. 44.

Verbo *Extractio confugitorum* n. 27. 28.

ABBATISSA

Vide Verbo *Nuncius quoad Regulares* n. 18.

ABORTVS.

V. Verbo *Mater* n. 1, Verbo *Infanticidium* per totum.

ABSENS

Contrà Violatores Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ quamvis absentes procedendum est ad Censuras. Caietanâ 23. *Augusti* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 136.

An Absenti debitæ sint franchitiæ?

V. Verbo *Franchitia* n. 11. & seq.

ABSOLUTIO.

1. Absolutio à Censuris contractis ex causa violatæ Immunitatis, Libertatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticæ est reservata summo Pontifici,

ci, nec ab alio poteſt concedi ſub quocumque prætextu etiam reſtitutionis ſtatim factæ Eccleſiæ, & opinio contraria improbatur. Lycien. 13. *Julii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 66. Caſertanâ 24. *Ian.* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 134.

2. Et ita eſt reſervata Summo Pontifici, ut vacante Sede Apoſtolica deſit poteſtas abſolvendi. In una Sancti Marci in Calabria 2. *Iunij* 1691. *lib. decr. Martelli pag.* 374.

3. Undè Ordinarij, & Epiſcopi abſolventes Cenſuratos huiuſmodi ſinè facultate Sedis Apoſtolicæ incidunt in excommunicationem eidem Sanctæ Sedi reſervatam, à qua regularitèr datur facultas, ut ſe faciant abſolvere à ſuis Confeſſariis privatim, & cum Sanctiſſimo agitur pro diſpenſatione irregularitatis, quatenùs incurrerint. Squilaçen. 16. *Dec.* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 608. Acernen. 29 *Ian.* 1636. *lib.* 2 *decr. Paul. pag.* 241. *& alibi.*

4. Quarè præcipitur Archiepiſcopo, qui ſinè dicta facultate abſolvit Cenſuratos, ex cauſa contractionis confugiti ab Eccleſia, ut reaffigat Cedulones contrà ipſos. Brunduſinâ 28. *Ap.* 1671 *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 546.

5. Sic paritèr abſolutio conceſſa ab Eminentiſſimo Legato ſinè facultate Apoſtolica non ſuffragatur, & iniungitur Epiſcopo, ut denuò abſolvat authoritate Sac. Congreg. Papien. 11. *Iulii* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1302.

6. Similitèr A.C. nequit concedere abſolutionem, nec cum reincidentiâ, à Cenſuris præfatis, nec alia Tribunalia Urbis: ſed in illis conſulenda eſt Sac. Congregatio. Romanâ 4. *Aug.* 1626. *Lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 10. Roſſanen. 12. *Februarii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 55. In una Regni Neapolitani 27. *Maii* 1642. *d. Lib. pag.* 176.

7. Imò cùm abſolutio A. C. non ſuffragetur Cen-

ſuratis ex cauſa violatæ Immunitatis, iniungitur Epiſcopo, ut procedat agravando, & reagravando. Carinolen. 25. *Sept.* 1657. *lib. decr. Rocci pag.* 34.

8. Nec abſolutio data à Nunciatura, defectu facultatis, ſuffragatur Cenſuratis. Chelmen. in Polonia 29. *Maii* 1696 *lib.* 2. *decr Vallem. pag.* 25.

9. Pariter abſolutio data ab Archiepiſcopo, ultrà facultates ſibi conceſſas, non ſuffragatur. Salernitana 27. *Ian* 1660. *lib. decr. Roc. pag.* 233.

10. Abſolutio obtenta à Cenſuris ex præfatis cauſis vigore Brevis Sac. Pœnitentiariæ non ſuffragatur in foro exteriori. Gravinen. 9. *Oct.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 8.

11. Nec abſoluti ex cauſis præfatis vigore Bullæ Cruciatæ habentur pro benè abſolutis à Sac. Congregatione, & iniungitur reaffixio Cedulonum. Cuſentinâ 21 *Iunii* 1672. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 705.

12. Abſolutio data vigore Bullæ Anni Sancti per Confeſſarium à Cenſuris incurſis ex cauſa Immunitatis violatæ non ſuffragatur in foro exteriori. Vicanâ 27. *Aug.* 1675. *Lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1141.

13. Abſolutio vigore Jubilęi non ſuffragatur Cenſuratis, & reaffigi poſſunt, & debent Cedulones. Aquilanâ 17. *Dec.* 1630. *Lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 66 Gravinen. 1. *Oct.* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 157. Hveracen 4. *Dec.* 1657. *Lib. decr. Rocci pag.* 47. Averſanâ 19. *Julij* 1661. *d. Lib. pag.* 347. Squilacen. 9. *Maij* 1702. *Lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 420.

14. An concedenda ſit abſolutio in foro conſcientiæ, & an etiàm in foro exteriori Cenſuratis ob extractionem confugitorum ab Eccleſia, quandò extracti ab eiſdem, vel de eorum ordine fuerunt occiſi, vel ſuſpenſi, ex quo Eccleſia non poteſt reintegrari? Sac. Cong. cenſuit, abſolutionem in foro conſcientiæ negari non poſſe; in foro autèm exteriori

riori inclinavit, absolutionem posse quidèm differri, sed non absolutè denegari, considerando circumstantias facti in casibus particularibus. Oppiden. 13. *Dec.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 180.

Adverte aliquos extractores Romam accessisse pro absolutione, quæ eis data fuit in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis ad formam Ritualis cum gravi pœnitentia salutari, circà verò alios extractores absentes attentâ eorum paupertate, multitudine, ac alijs motivis à Sac. Congr. ponderatis, conceditur Episcopo facultas ipsos absolvendi impositis gravibus pœnitentijs salutaribus; & signantèr ut faciant lychnum argenteum, valoris Episcopi arbitrio, in memoriam tanti excessus.

15. Absolutio à Censuris nequit dari, neque cum reincidentiâ, ab Ordinario ratione infirmitatis, nisi in casu infirmitatis adeò gravis, ut de morte probabilitèr dubitari possit. Lycien. 6. *Februarij* 1635. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 216.

16. Pro absolutione à Censuris, nihil est solvendum, nisi merces scripturæ Notarij. Laquedonen. 12. *Iulij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 51.

17. Aliquandò iniungitur Episcopo, ut absolvat gratis excommunicatos in Capellâ privata. Signinâ 3. *Martij* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 35.

18. Aliquandò, ut pro decreto absolutionis nihil recipiat. Motulen. 24. *Maij* 1672 *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 692.

19. Quandò quamplures personæ de Communitate inciderunt in Censuras, de ordine Sac. Congreg. deputantur duo de Communitate, qui personalitèr petant absolutionem à Vicario Episcopi nomine omnium, & privatim conceditur. Nucerinâ 8. *Aprilis* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 2.

20. Absolutio à Censuris incursis vigore Can: *si quis suadente* non spectat ad Sac. Congreg. Feretranâ 3.

Iul. 1674. *lib.* 1. *decr.* *Alt. pag.* 962.

21. Non conceditur Reo absolutio, nisi audito Ordinario eiusdem Rei. Cassanen. 14. *Feb.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 182. Cusentinâ. *Ibidem.*

22. Absolutio non conceditur à Sacra Congregatione, nisi expressis nominibus Excommunicatorum. Complanâ 1. *Oct.* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 199. Pedemontanâ *dictis die*, *Anno*, & *lib. pag.* 201.

23. Durante contumacia Censuratorum non est locus petitæ absolutioni. Tarentinâ 27. *Maij* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 43.

24. Contrà eos, qui subreptitiè, & nullitèr absolutionem obtinuerunt, iniungitur Episcopo, ut procedat ad reintrusionem, & reaffixionem Cedulonum. Oppiden 9. *Dec.* 1653. *lib.* 5 *decr. Paul. pag.* 27.

25. Facultas absolvendi Censuratos ratione violatæ Immunitatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticæ de rigore iuris deleganda est Eminentissimo Episcopo, non Eminentissimo Legato. Faventinâ 26. *Maij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 126.

26. Ordinario inferiori concedi non debet facultas absolvendi Censuratos ex causa violatæ Immunitatis, sed Episcopo viciniori. In una nullius Meliten. 23. *Aug.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 137.

27. Annuente Sanctissimo datur facultas absolvendi Censuratos in solita formâ Archiepiscopo Mediolanen. duratura ad Annum tantùm pro præteritis, præviâ reintegratione. Mediolanen. 14. *Sept.* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 76.

28. Similitèr datur facultas dicto Archiepiscopo paritèr ad Annum tantùm valitura, ut possit absolvere à Censuris, etiàm in cubiculo, cum gravibus pœnitentijs illos, qui quomodolibèt gravarunt, vel gravabunt Bona Ecclesiastica, Colonos, Locatores, & Conductores dictorum Bonorum pro hospita-

pitatione Militum, & pro prætensa Colonica, & etiàm eorum Fautores, Consultores, Executores, & Complices, dummodò tamèn priùs restituant exacta, vel exigenda, reficiant damna passa, & patienda, aut concordaverint cum Parte damnificata: Insupèr iurent de parendo mandatis Ecclesiæ, & de abstinendo imposterum à similibus. Mediolanen. 3. Nov. 1622. *Ex Regesto Scrip. veterum pag.* 14.

29. Absolvendi facultas committi solet Episcopo, & aliquandò cum potestate subdelegandi etiàm simplicitèr, ideſt non expressâ personâ subdelegandâ. Papien. 15. *Nov.* 1689. *lib. decr. Martelli pag.* 530. Theanen. 23. *Ian.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 101. Brugien. 1. *Ian.* 1695. *d. lib pag.* 167. Montis Alti 22. *Sept.* 1700. *lib.* 2. *decr. Val. pag.* 315.

30. Aliquandò cum potestate subdelegandi Episcopum, in cuius Diœcesi reperitur Absolvendus, ut in una Montis Falisci 14. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 86. Sanctæ Agathæ Gothorum 8. *Iunij* 1700. *lib.* 2 *decr. Vall. pag.* 294.

31. Aliquandò Nuncium Apostolicum, ut in Materanen. 5. *Iunij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 127.

32. Itèm Vicarium Generalem, ut in Minerbinen. 26. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 96. Insulanâ 5. *Maij* 1694. *d. lib. pag.* 126. Nullius Abbatiæ S. Marci 21. *Nov.* 1693. *d. lib. pag.* 87.

33. Itèm Personam in Dignitate Ecclesiastica constitutam, quatenùs expediens iudicaverit, ut in Tranen. 5. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Val. pag.* 91.

34. Aliquandò cum potestate subdelegandi pro sui arbitrio, ut in Albinganen. 22. *Maij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 122.

35. Sic Episcopo Veronen. datur facultas subdelegandi Confessarium Principis N. ad ipsum absolvendum, & Vicarium Generalem Mantuæ ad ab-

ſolvendum privatim Complices, reſtitutis tamen priùs violentèr extractis in carceribus Eccleſiaſticis Mantuę, eò quod nequeant ob probata impedimenta tranſmitti ad Civitatem Veronæ. Veronen. 27. *Sept.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 141.

36. Abſolvendi facultas aliquandò committitur Epiſcopo viciniori, ut in Cuſentina 24. *Iulij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 303.

37. Itèm committitur Nuncio Apoſtolico. Vlyſſiponen. 16. *Nov.* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 373. Caſſanen. 19. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 94., & 20. *Feb.* 1694. *d. lib. pag.* 105. Abulen. 25. *Maij. d. Anno,* & *lib. pag.* 123.

38. Aliquandò Epiſcopo, & Internuncio Apoſtolico, cum poteſtate ſubdelegandi, ut in Brugien. 1. *Ianuarij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 165.

39 Aliquando Vicario Generali, ut in Aprutinâ 25. *Maij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 125.

40. Itèm Vicario Capitulari, ut in Vercellen. 30. *Iulij* 1695. *d. lib. pag* 206.

41. Committitur etiàm Abbati habenti iuriſdictionem Ordinariam, ut in una Montis Caſini 17. *Decemb.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 235.

42. Aliquandò committitur Confeſſario, ut in Verulana 3. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem pag.* 138.

43. Aliquandò iniungitur Epiſcopo, ut Miniſtros Cenſuratos Curiarum Sęcularium Aragonię, quoad acta facta contrà Immunitatem Eccleſiaſticam, moneat extraiudicialitèr, etiàm per Confeſſarios, ut conſulant Conſcientiæ ſuæ, & eidem Epiſcopo datur facultas abſolvendi, cum facultate ſubdelegandi. Cęſarauguſtanâ 16. *Novembris* 1688. *lib. decr. Mar. pag.* 379. In una S. Severinæ *d. die pag.* 369.

44. Quandò abſolvendus eſt præſens in Vrbe, committitur aliquandò Eminentiſſimo Cardinali Vi-

Vicario absolvendi facultas, ut in Reghinen. 19. *Decembris* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 688.

V. Verbo *Extractores* n. 4.

45. Itèm D. Vicesgerenti, ut in Melevitana 7. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 84. Vilnen. 14. *Dec.* 1695. *d. lib. pag.* 28. Baren. 30. *Martij. d. lib. p.* 180.

46. Absolutio à Censuris ob violatam Immunitatem, & Libertatem Ecclesiasticam, seù per carcerationem, seù per alias violentias illatas Ecclesiasticis, eorumque Bonis, Animalibus, & alijs quibuslibet rebus; Itèm Personis Curiæ, & Mensæ Ecclesiasticæ, seù ob indebitam exactionem, seù ob violentam extractionem à loco immuni, non datur, nisi prævia reintegratione Ecclesiæ, & præstitâ restitutione, seù satisfactione, ac de consensu Partis. Aquen. 18. *Feb.* 1659. *lib. decr. Rocci p.* 158.

V. Verbo *Reintegratio* per totum.

Verbo *Censurati* n. 13.

Verbo *Satisfactio* per totum.

47. Aut prævio deposito rei ablatæ, vel summæ violentèr exactæ, facto penès Personam Ecclesiasticam ab Episcopo arbitrandam.

V. Verbo *Depositum* per totum.

48. Quod si res ampliùs non existat, prævio deposito pretij æquivalentis.

V. Verbo *Depositum* n. 1.

49. Vel prævia cautione, obligatione, ac iuramento de restituendo, vel de reficiendis damnis, de se abstinendo à similibus, ac de parendo mandatis Ecclesiæ sub pæna reincidentiæ in casu contraventionis. Rossanen. 9. *Maij* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 399.

V. Verbo *Iuramentum* n. 2.

50. Non est agendum de absolutione in Sacra Congregatione, nisi priùs reintegratâ Immunitate Eccle-

Ecclesiasticâ per restitutionem. Alexanen. 11. *Aug.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 68.

51. Non impertitur absolutio Censurato, nisi integrè per eum solutis decimis. Arianen. 6. *Iunij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 47.

52. Aliquandò conceditur absolvendi facultas, factâ solutione de liquido, & datâ cautione de illiquido. Oritanâ 29. *Ian.* 1636. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 242. Lucerinâ 15. *Iulij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 9. Asculanâ 8. *Feb.* 1639. *d. lib. pag.* 84.

53. Absolutio verò concessa ab Episcopo cum sola verbali promissione Censurati de satisfaciendo Parti, contrà facultatis tenorem, quod satisfactâ Parte absolvat, non sustinetur. Lycien. 27. *Maij* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 105.

54. Absolutio non confertur Judici Laico, aliisque Officialibus Curiæ Laicalis, nisi vltrà prædictas conditiones, priùs aboleantur omnia acta gesta in Tribunali Laico contrà Immunitatem Ecclesiasticam, vel consignentur Curiæ Ecclesiasticæ.

Vide Verbo *Acta* n. 1. & seq., Verbo *Processus* n. 4. & seq.

55. Regularitèr absolutio non conceditur, nisi priùs accedente consensu Partis. Narnien. 8. *Aprilis* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 35.

56. Quandò verò nequit haberi consensus Partis, eo quòd sit absens, tunc Episcopus recipiat iuramentum de reportando, quamprimùm fieri potest, dictum consensum in Cancellariâ Episcopali producendum. Tiburtinâ 16. *Novembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 86.

57. Si Pars neget consensum, Episcopus informet Sac. Congregationem, & exprimat causam denegationis. Civitatis Castelli 10. *Novembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 155.

58.

58. Absolutiò quandò possit dari, etiàm non obtentâ remissione Partis, & quomodò concedatur, quandò non potest reintegrari Ecclesia, eo quod Extracti vel fuerunt occisi, vel consignati Curię Laicali in Partibus, V. Verbo *Bannitus*. n. 10. Verbo *Reintegratio* n. 2. Verbo *Accessus ad Vrbem* n. 20. Verbo *Pœnitentia* n. 1. & seq.

59. Excommunicatus, qui ob paupertatem nequit satisfacere, V. Verbo *Paupertas*. n. 2. & seq.

60. Aliquandò absolvuntur Excommunicati, reintegratâ Ecclesiâ, quantùm fieri potest, pro damnis illatis tempore revolutionis. Caluen. 7. *Maij* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 84. Vel reintegratâ Ecclesiâ eo meliori modo, quo potest. Parmen. 16. *Iulij* 1658. *d. lib. pag.* 107.

61. Absolutio est personalitèr, & humilitèr petenda, ut in una Sanctæ Severinæ 17. *Decembris* 1695. *Lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 236.

62. Absolutionem petentes quibus conditionibus illam obtineant, V. Verbo *Absolutionum exempla*, Verbo *Gubernatores Excommunicati*.

63. Petenti absolutionem, rescribitur aliquandò: Doceat de reintegratione, & posteà supplicet, vt in Derdulen. 5. *Maij* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 217. Neapolitanâ 1. *Martij* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 561.

64. Aliquandò doceat de paritione Decretis Sac. Congregationis, & posteà supplicet: Vicentinâ 7. *Aprilis* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 214.

65. Seù, doceat priùs de plena reintegratione Iurisdictionis Ecclesiasticę, & de reverenti satisfactione ergà Episcopum, & posteà supplicet. Adrien. 12. *Iunij* 1703 *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 494.

66. Itèm, constito, quod Censurati se gesserint ut tales post præsentationem Decreti Sac Congregationis

tionis, datur facultas absolvendi cum reincidentia: Sanctæ Severinæ 9. *Feb.* 1700. *lib.* 2. *decr. Val. p.* 272. Vgentinâ 7. *Ap.* 1699. *d. lib. p.* 214. Sanctæ Agathæ Gothorum 12. *Ian.* 1700. *d. lib. p.* 266.

67 Aliquandò quamvis absolutionem petentes exponant se paruisse omnibus mandatis Sac. Congregationis, iniungitur Ordinario, ut informet supèr omnibus expositis, ut in Sorana 30. *Septemb.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 178.

68. Absolutio confertur, ut plurimùm, in forma Ecclesiæ consuetâ. Vide Verbo *Absolutionum exempla.*

69. Vel privatim, servatâ tamèn formâ Ecclesiæ, attentâ absolutione publicâ per Vicarium iàm concessâ, licèt nullitèr, & contrà ordinem Sac. Congregationis. In una nullius Chanusiæ 4. *Iunij* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 146. Caiacen. 23. *Apr.* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 142. Camerinen. 17. *Nov.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 256.

70. Aliquandò datur facultas absolvendi in forma privatâ, & ad mentem, quæ est, ut prò satisfactione Partis mandet solvi V. G solùm decem ducatos, eo quod Extractus statìm fuerat restitutus, & Extractor humilitèr petebat veniam. Carinolen. 13. *Ian.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 196.

71. Aliquandò committitur Delegato, ut absolvat prò sui arbitrio, & prudentia, idest vel privatìm, vel publicè. Asculanâ 20. *Ian.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 30. Marsicen. 17. *Febr.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 896. Vrbevetanâ 31. *Aug.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 213. Vilnen. 8. *Oct. d. A.* & *lib. pag.* 222. Senogallien. 8. *Iunij* 1700. *lib.* 2. *decr. Val. pag.* 294. Panormitana 5. *Augusti* 1683 *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 215. Lauden. 27. *Feb.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 106. & *alibi.*

72.

72. Aliquandò remittitur arbitrio Episcopi forma, & modus absolvendi Censuratos, & determinatio satisfactionis præstandæ. Barchinonen. 28. *Aprilis* 1678. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1302

73. Aliquandò, ut absolvat proprio arbitrio, cum facultate etiàm subdelegandi, quatenùs Censuratus absit à sua Diœcesi In una S. Marci 2. *Iulij* 1695. *lib.* 1. *decr Vallem. pag* 198.

74. Aliquandò, ut absolvat pro suo arbitrio, si expediens iudicaverit. Aquen. 12. *Ian.* 1694. *lib.* 1. *decr. Val. pag.* 99. Theanen. 16. *Martij d. A. & lib. p g.* 3.

75. Si immineat aliquod periculum in accessu ad residentiam Episcopalem pro obtinenda absolutione, datur Episcopo facultas subdelegandi pro suo arbitrio. Militen. 30 *Iulij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 304. S. Agathæ Gothorum 8. *Iunij*, & 31. *Aug. d. Anni*, & *lib. pag.* 294, & 311.

76. Absolutio aliquandò conceditur, impositâ eleemosynâ. V. Verbo *Pœnitentia* n. 1. & seq. Verbo *Absolutionum exempla* n. 18. 19.

77. Aliquando absolutio conceditur, impositâ pœnitentiâ publicâ. Narnien. 8. *Aprilis* 1693. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 35.

V. Verbo *Pœnitentia* per totum.

78. Aliquandò præcipitur, ut absolutio conferatur in ipsa Ecclesia violata. Vicanâ 10. *Novembris* 1676. *lib.* 1. *decr. Altovit. pag.* 1302.

79. Aliquandò absolutio datur præ foribus Ecclesiæ in forma, cum publicis pœnitentijs salutaribus arbitrio Episcopi, ut in Aliphana 23. *Decembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 95.

80. Sic iniungitur, ut absolutio Extractoribus, qui indè occiderunt Extractum, impendatur solemnitèr præ foribus Ecclesiæ, cum gravibus pœnitentijs salutaribus, prævia satisfactione hæredum, ac elee-

mo-

molyna facienda Ecclesiæ violatæ iuxtà vires Censuratorum. Sarsinaten. 16. *Martij* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag* 81.

81. Similitèr præcipitur, ut Censurato ob extractionem violentam Confugiti, qui spatio quinque annorum permansit in Censuris, Absolutio impertiatur præ foribus Ecclesiæ lęsæ in forma solemniori, & Censuratus accedat ad Ecclesiam nudatis Pedibus, & Capite, ac cum publicis signis pœnitentiæ. Aversana 13. *Ian.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 198.

V. Verbo *Vicarius Capitularis* n. 10.

82. Absolutio datur aliquandò ad cautelam quandò scilicèt dubitatur de incursu in censuras. S. Agathę Gothor. 8. *Nov.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 626.

V. Verbo *Regularis delinquens* n. 21.

Verbo *Carcerans* n. 9 Verbo *Censuræ nullæ.*

Verbo *Irregularitas* n. 2.

83. Aliquandò datur facultas absolvendi in forma eos, qui dubitant se incurrisse, quatenùs pro eorum animarum salute necesse videatur Tudertina 23. *Ian.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 101.

84. Multotiès antè plenam causæ cognitionem cum facultate Sac. Congregationis datur absolutio cum reincidentia post terminum præfixum, ut E. G. in honorem festivitatum. Oppiden. 27. *Novembris* 1666. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 64. Caputaquen., & Marsicen. *ibidèm pag.* 67.

85. Sic conceditur hominibus Terrevisij, quatenùs humilitèr petant. Beneventana 31. *Martij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 113. & Gubernatori, alijsque de Curia Laicali, dummodò non existant in actuali læsione Immunitatis, & se obligent ad parendum mandatis Ecclesiæ. Policastren *d. die p.* 114.

86. Absolutio cum reincidentia conceditur proptèr aliam iustam causam, V. G. ad effectum contra-

hendi

hendi matrimonium iam concordatum, ut in una S. Severinæ 15. *Dec.* 1661. *lib. decr. Borromei pag.* 126. Neapolitana 5. *Iunij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 127. Senogallien. 25. *Feb.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 214.

87. Vel ad effectum, ut Censuratus possit consequi Iubilæum Anni Sancti, cum ob hanc causam Romam venerit. Acernen. 19. *Ian.* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1054. Caietana 29. *Ian. d. A. & lib. p.* 159. Senogallien. 27. *Maij* 1700. *lib.* 2. *decr. Val. p.* 290.

88. Conceditur etiàm Absolutio cum reincidentia, quandò petitur informatio, vel præcipitur transmissio processus. Oritana, seù Brundusina 14. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem, pag.* 86. Nullius Atini 6. *Dec.* 1695. *d. lib. pag.* 233.

89. Similitèr ad effectum, ut Censaratus possit deducere iura sua in Sac. Congregatione, Thelesinâ 24. *Iulij* 1646 *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 288.

90. Vel pendente Iudicio supèr liquidatione expensarum. Signina 1. *Iunij* 1678. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1587.

91. Aliquando facultas absolvendi cum reincidentia conceditur cum potestate subdelegandi, dato quod Censuratus nequeat accedere ad Episcopum ob insidias suorum inimicorum. Senogallien. 22. *Novembris* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 187.

92. Aliquandò conceditur absolutio cum reincidentia post terminum arbitrandum ab ipso absolvente. Abulen. 25. *Maij* 1694. *lib* 1. *decr. Val. p.* 123.

93. Absolutioni cum reincidentia aliquandò additur præceptum, ut sic absolutus accedat personalitèr ad Vrbem. Panormitana 5. *Aug.* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 215. *& seq.* Aquinaten. 29. *Aprilis* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 578.

94. Absolutio cum reincidentia post præfixum terminum aliquandò renovatur, seù prorogatur.

Cas-

Cassanen. 19. *Decemb.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 94. & 20 *Feb.* 1694. *d. lib. pag.* 105.

96. Limita tamèn, quatenùs Oratores humilitèr petant, & non contemnant Censuras. Civitatis Castelli 19 *Maij* 1694. *lib* 1 *decr. Vallem. pag.* 122.

96. Dummodò nihil attentaverint post vltimam Absolutionem. In una Sanctæ Severinæ 26 *Maij* 1696. *lib* 2. *decr. Vallem. pag.* 24.

97. Dummodò iurent de parendo mandatis Ecclesiæ, & non perdurent in actuali læsione immunitatis. Aquen. 26 *Ien.* 1694. *d. lib. pag.* 100.

98 Et quatenùs Episcopus iudicet Censuratum dignum tali gratia, & pro sua prudentia id expediens iudicaverit. Hiernien 30. *Octob.* 1694. *d. lib. p.* 154.

99. Aliquandò Absolutio datur cum reincidentia præstita cautione in forma depositi in actis Cancellariæ Ecclesiasticæ de satisfaciendo proùt iudicatum fuerit. Hydruntina 10. *Martij* 1665, *lib. decr. Rocci pag.* 620. Rhegien. 28. *Apr.* 1665. *d. lib. pag.* 635.

100. Delegatus tenetur informare Sacram Congregationem, cùm non vtatur facultate sibi commissa pro impendenda Absolutione. Reatinâ 23. *Nov.* 1695. *lib* 1. *decr. Vallemani pag.* 225. Montis Casini 17. *Decemb. d. Anni*, & *lib. pag.* 235.

ABSOLVTIONVM EXEMPLA

1. MAndante Sanctissimo datur facultas Archiepiscopo Panormitano absolvendi in Sacello privato Palatij Archiepiscopalis Proregem Siciliæ, qui de voto trium Consultorum mandaverat relegari D. Archiepiscopum (quatenùs ipse Prorex supplicet, & per actum publicum in Cancellaria Archiepiscopali registrandum præfatæ relegationis mandatum aboleat) in forma pro sui arbitrio.

Pa-

Panormitanâ 5. *Aug.* 1683. *lib. decr. Martelli p.* 215.

2. Duos ex dictis Consultoribus Panormi degentes absolvat cum reincidentia post quatuor menses, ad hoc ut intrà id tempus ad S. Sedem personalitèr accedant. *Ibidem.*

3. Quò ad alium Matriti degentem apud Regem Catholicum, dispensando ab accessu ad Vrbem, datur Nuncio Hispaniæ eadem facultas absolvendi in suo privato Sacello, servatâ forma Ritualis. *Ibi.*

4. Regulares, qui recursum habuerunt ad dictum Proregem contra præfatum Archiepiscopum, absolvuntur ab ipso Archiepiscopo cum reincidentia post quatuor menses, facto eis præcepto, ut intrà id tempus Apostolico conspectui se præsentent. *Ibi.*

5. Proregi Neapolis, seù Ministris Regijs, quorum mandato extracta fuit Puella ab Ecclesia, & coniecta in carceribus, conceditur absolutio. Neapolitanâ 18. *Nov.* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 176.

V. Verbo *Extractores* n. 4.

6. Dux S. Severinæ, & alij anathemate innodati propter publicationem banni Laicalis comprehensivi bonorum Mensæ Episcopalis, prævio deposito alicuius tenuis summæ arbitrio Archiepiscopi, & prævia cautione de parendo in omnibus mandatis Sac. Congregationis; absolvuntur cum reincidentia post tres menses. In una S. Severinæ 9. *Augusti* 1704. *lib.* 4. *dec. Vallem. pag.* 601.

7. Dux Cassarani unà cum suis Ministris, eò quod prætendit facere demoliri Molendina Ecclesiasticorum, absolvitur cum reincidentia, quatenùs præcesserit remotio omnis actualis lesionis Immunitatis. Neritonen. 16. *Martij* 1695. *lib.* 1. *decr. Mart. p.* 110.

8. Idem, quia carceraverat constructores dictorum Molendinorum, absolvitur quatenùs priùs docuerit de consensu Partis, ac refectis expensis, ac

damnis, & se gesserit per congruum temporis spatium vti Censuratus. In eadem 4. *Septembris dicti Anni*, & *lib. pag.* 144.

9. Dux N. qui carceraverat Colonos Mensę Episcopalis, absolvitur cum reincidentia, prævia obligatione de parendo mandatis Ecclesiæ. Asculanâ in Apulia 28. *Sep. d. A. & lib. pag.* 149.

Deindè attenta reintegratione Immunitatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticę, accedente consensu Partium, absolvitur idem Dux cum alijs. In eadem 19. *Februarij* 1695. *d. lib. pag.* 171.

10. Dux N. ob tentatam extractionem ab Ecclesia, prævia obligatione iurata de non incurrendo ampliùs in similia, absolvitur privatè, sed servatâ forma Ecclesiæ, alij verò in forma consueta. Nolanâ 29. *Octobris* 1695. *d. lib. pag.* 226.

11. Constito de renunciatione recursibus habitis ad Potestatem Laicalem ad effectum collectandi animalia cuiusdam Clerici, ac de refectione damnorum illatorum in carceratione Consanguineorum Vicarij Generalis, & dicti Clerici, datur Archiepiscopo facultas absolvendi pro sui arbitrio in Capella Palatij Archiepiscopalis Principem Carpini servatâ formâ; alios verò in Ecclesia iuxtà formam consuetam, facta etiàm priùs ab omnibus obligatione de se abstinendo à similibus. Sipontinâ 26. *Maij* 1703 *lib. 3. decr. Vallem. pag.* 491.

12. Princeps N. qui iusserat apponi compedes fratricidæ confugito ad Ecclesiam, & Custodes apposuerat ad effectum vitandi majora scandala, prævia obligatione de se abstinendo à similibus, absolvitur privatè, alij autèm in forma. Vmbriaticen. 12. *Nov.* 1704. *lib. 4. decr. Vallem. pag.* 627.

13. Gubernator, & Magistratus absolvuntur privatìm, reliqui Officiales inferiores publicè in forma

ma consueta. Narnien. 4. *Aug.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 59.

14 Nota, quod quandò Censurati ex eadem Causa sunt plures, & intèr ipsos adest persona qualificata, ut Princeps, Gubernator, Marchio &c. regularitèr quò ad istos absolutio conceditur in forma privata, & quò ad alios complices in forma publica consueta. Boven. 27. *Maij* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 803. Pennen. *ibidèm pag.* 804. Capuanâ 17. *Martij* 1674. *d. lib. pag.* 909., *& sæpè alibi.*

15. Marchio N. Gubernator, Baroncellus, alijque absolvuntur ob Clerici carcerationem, quamvis protestati fuerint se paratos illum consignare Curiæ Ecclesiasticæ, statìm ac constiterit de eius Clericatu, vel de qualitate criminis gaudentis privilegio fori. Nullius Boschi, seù S. Petri de Culani 22. *Iunij* 1683. *lib.* 3. *decr. Altov. pag.* 194.

16. Marchio N. & Marchionissa eius Mater ob extractionem Sacerdotis ab Ecclesia, prævia obligatione de reficiendis damnis iuxtà liquidationem faciendam ab Episcopo, absolvuntur cum reincidentia cum facultate subdelegandi. Theanen. 23. *Ianuarij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 101.

17. Prævia satisfactione Partis, & refectione expensarum arbitrio Episcopi, absolvitur Marchio N. privatè, eius autèm minister publicè impositis gravibus pœnitentijs salutaribus, eò quià cooperati sunt ad carcerationem Clerici. Hydruntinâ 18. *Sep. dicti Anni*, *& lib. pag.* 146.

18. Itèm Marchio N. & N. absolvuntur cum reincidentiâ, quatenùs priùs constiterit, quod se gesserint cum debito respectu ergà Censuras illatas ob carcerationem Clerici Coniugati. Hydruntinâ 18. *Dec. d. Anni*, *& lib. pag.* 162.

19. Marchioni Serra, qui vulneravit Clericum Cursorem Nunciaturæ Neapolis, datùr à Nuncio ab-

solutio cum reincidentia, deindè prorogatur. Cassanen. 19. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 94. & 20. *Feb.* 1695. *d. lib. pag.* 105.

20. Deindè Sac. Congregatio pronunciavit, quatenùs præfatus Marchio humilitèr supplicet pro gratia, & absolutione Censurarum, consulendum Sanctissimum prævio deposito in Vrbe scutorum trium millium pro tertia parte applicandorum Archiconfraternitati Sac. Stigmatum Vrbis, & pro alijs duabus partibus pauperibus arbitrio Nuncij, cui datur facultas absolvendi privatìm, servatâ tamèn formâ. Cassanen. 17. *Maij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 189.

21. Constito de reintegratione Ecclesiæ, & consensu Partis absolvuntur Præses, Auditores, & Fiscalis Regiæ Cameræ ob extractionem ab Ecclesia. Cusentinâ 22 *Ian.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem pag.* 169.

22. Cum prædictis conditionibus absolvitur arbitrio Episcopi Comes N. ob extractionem, impositis gravibus pœnitentijs salutaribus. Lauden. 27. *Februarij* 1694. *d. lib. pag.* 106.

23. Gubernator, Magistratus, & alij Censurati ob violentias Ecclesiæ illatas in collocatione scamni. V. Verbo *Scamnum.*

24. Magistratus Civitatis absolvuntur ad cautelam, eò quod demoliri fecerant murum ædificatum antè Palatium Episcopi, quod prætenditur spectare ad Mensam Episcopalem, & carcerari fecerant constructores. Tropien. 9. *Febr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 104.

25. Ministri Regij ob Clericorum carcerationem absolvuntur, quatenùs, ut par est, humilitèr petant, & impositis gravibus pœnitentijs salutaribus. Cusentinâ 28. *Sep.* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 88.

26. Ministri Communitatis censurati ob intentatũ judi-

iudicium coràm Iudice Laico in causa Beneficij, reintegratâ Ecclesiâ, & satisfacta Parte, absolvuntur. Casalen. 22. *Oct.* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 744.

27. Prævia revocatione gestorum in præiudicium Immunitatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticæ, & facta obligatione de non incurrendo ampliùs in similia, datur Episcopo facultas absolvendi in forma privatâ N. Commissarium Helveticum, etiam cum facultate subdelegandi. Comen. 20. *Octob.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 153.

28. Commissarius Regij Thesauri, cùr excommunicatus, & quomodò absolutus, V. Verbo *Animalia.* n. 10.

29. Imposita aliquali eleemosyna arbitrio Episcopi, absolvitur Locumtenens Oppidi N. qui extraxerat ab Ecclesia homicidam præcisè ad vitandum tumultum Populi acritèr concitatum. Aquen. 28. *Sept.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 148.

30. Gubernator Placentiæ in Hispania aliorum auxilio Confugam violentèr ab Ecclesia extraxit, ac per Civitatem publicè fustigatum in Ecclesiam reposuit; Constito autèm, quod idem Gubernator, & alij abstinuerint ab exercitio quorumcumque munerum, & se gesserint in omnibus tamquàm Censuratos per mensem, & prævia satisfactione Partis, & quatenùs Oratores humilitèr petant, datur Episcopo facultas absolvendi Gubernatorem in Sacello Episcopali in forma Ecclesiæ, alios verò in Ecclesia servatâ formâ paritèr, solutâ priùs tamèn per Gubernatorem eleemosynâ in summa duplarum 100, & per alios omnes in summa duplarum vigintiquinque eroganda in aliquo patenti opere in reparationem iniuriæ Ecclesiæ illatæ arbitrio Episcopi. Placentina Hisp. 18. *Aug.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 240.

V. Verbo *Pœnitentia* n. 4.



31 Prævia erogatione eleemosynæ Ecclesiæ spoliatæ in summa ab Episcopo arbitranda, servatâ formâ, & impositis gravibus pœnitentijs salutaribus, absolvitur arbitrio eiusdem Episcopi Gubernator ob extractionem factam à loco immuni. Aversanâ 17. *Maij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 191.

32. De mandato Sanctissimi conceditur Archiepiscopo, ut absolvat tres Iudices Vicariæ ad tempus sibi benevisum complices extractionis ab Ecclesia, ac decapitationis Clerici Beneficiati; dummodò compareant coràm ipso cum debita submissione. Neapolitanâ 21. *Ap.* 1676. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1236.

33. Ad preces Regis Catholici, ex gratia speciali Sanctissimi, præfati Iudices Vicariæ absolvuntur ab Archiep. postquàm ei constiterit, quod, qui absolutionem voluerint obtinere, priùs se habuerint pro excommunicatis, observando Censuras, se abstinendo ab ingressu Ecclesiarum, & ab exercitio publicorum officiorum, & posteà in scriptis supplicent pro absolutione, & erogent aliquam eleemosynam in beneficium Ecclesiæ violatæ. Neapolitanâ 23. *Febr.* 1677. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1354.

34. Datur Eminen. Cardinali Vicario facultas absolvendi cum reincidentia post duos menses Gubernatorem innodatum Censuris ob exequtionem factam super bonis Clerici, prævia obligatione de parendo mandatis, & cum facultate subdelegandi. Sarzanen. 21. *Iunij* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 569.

35. Iudex, & Advocatus fiscalis Curiæ Laicalis humilitèr petentes absolutionem, absolvuntur, reintegratâ tamèn totalitèr Ecclesiâ, tàm circà remissionem causæ cuiusdam aquæ spectantis ad mensam Episcopalem, quàm circà reintegrationem attentatorum, ac sequta excarceratione, & refectione damni illati Officialibus Curiæ Episcopalis. Papien.

2.

2. *Iulij* 1676. *lib.* 1. *dec. Alt. pag.* 1273.

36. Datur Episcopo facultas absolvendi, etiàm in forma privata, Ministros Audientiæ Civitatis Pampelonæ, qui violentèr extraxerunt refugiatum in Ecclesia; expeditio autèm mittitur ad Nuncium Hispaniæ, ut ea possit vti pro sua prudentia. Pampelonen. 30. *Ian.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 102.

37. Datur Episcopo facultas absolvendi Religiosos Societatis Iesu, qui noluerunt in eorum Ecclesia denunciare Palatinū Vilnæ ab Episcopo excōmunicatum, & alios cum reincidentia post quatuor alios menses, quatenùs humilitèr petant, etiam cum facultate subdelegandi. Vilnen. 2. *Iulij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 199.

V. Verbo *Episcopus quò ad Regul.* n. 20.

Verbo *Nuncius quò ad Regul.* n. 15., & seq.

Verbo *Regularis delinquens* n. 12. 15. 16 36. 42.

38. Archidiaconus, & alij Sacerdotes, complices dolosæ extractionis, absolvūntur postquam eis indictæ fuerunt graves pœnitentiæ salutares. Hydruntinâ 2. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 7.

39. Clericus, qui præstitit assistentiam Appaltatoribus perquirentibus de ordine Gubernatoris, & extrahentibus carnes è cubiculis Cathedralis, absolvitur, impositis Episcopi arbitrio gravibus pœnitentijs salutaribus. Perusinâ 25. *Sep.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 147.

ABVTENS IMMVNITATE

1 Confugiti abutentes Immunitate Ecclesiasticâ, authoritate Sac. Congreg. eijciuntur in forma. Neapolitanâ 14. *Iunij* 1661. *lib. dec, Rocci pag* 342. & Viterbien. *ibid. pag.* 344. *& sæpè alibi.*

V. Verbo *Eiectio* per totum.

2. Dicuntur autem confugiti abuti Immunitate Ecclesiasticâ, quandò perturbant solita exercitia spiritualia Ministrorum Ecclesiæ, ut in Rossanen. 5. *Nou.* 1665. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 168. Neapolitana 20. *Decembris* 1667. *ibi pag.* 186. Vrbinaten. 18. *Iunij* 1669. *ibi pag.* 369.

3. Vel in spretum Iustitiæ exeunt in publicas vias, ut in Perusina 23. *Ianuarii* 1677. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1336., & in Pisauren. *Ibidem.*

4. Vel incutiunt timorem suis minis, frequentèr, & temerariè exeuntes à loco immuni in vicinos habitatores, & alios. Spoletanâ 8. *Martij* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2163.

5. Vel tenent ludos publicos in locis immunibus; in quo casu Episcopo iniungitur, ut extrahat, ac ad correctionem tantùm retineat in suis Carceribus, Pisauren. 13. *Ian.* 1674 *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 886.

6. Abutentibus Immunitate Ecclesiasticâ præfigitur terminus trium dierum ad discedendum à locis immunibus, & dicto termino elapso, si non pareant, Episcopus ad formam Bullæ eos extrahat, & retineat in suis Carceribus nomine Sac. Congregationis, & conficiat processum super abusu. Soranâ 14. *Apr.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 18. Perusinâ 23. *Ian.* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1336.

7. Aliquandò, attento abusu scandaloso Immunitatis, & incorrigibilitate Clericorum, committitur Episcopo, ut illos servatis servandis extrahere, & retinere faciat ad correctionem in suis Carceribus, aut alienis ad sui depositionem. Gallipolitanâ 2. *Oct.* 1668 *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 41.

8. Condemnatus ad pœnam capitalem frequentèr exiens à locis immunibus cum timore habitantium, annuente Sanctissimo iniungitur Episcopo, ut extrahat ad effectum retinendi in Carceribus nomine

ne S. Congregationis. Spoletanâ 8. *Martii* 1681. *lib. 2. decr. Altoviti pag.* 2163.

9. Aliquandò præcipitur Archiepiscopo, ut conficiat processum super assertis abusibus à confugito commissis, & transmittat cum suo Voto super provisione capienda. Capuanâ 29. *Septembris* 1694. *lib. 1. decr. Vallemani pag.* 148.

10. Sæpè præcipitur Episcopo, aut Vicario Generali, ut constito de abusu Immunitatis Ecclesiasticæ confugitorum, provideat iuxtà facultates concessas in Litteris eiectionis. Interamnen. 7 *Iunij* 1698. *lib. 2. decr. Vall. pag.* 156. Aquinaten. 9. *Aug.* 1698. *ibi p.* 167. V. Verbo *Litteræ eiectionis* per totum.

11. Supplicantibus confugitis sibi restitui arma; quæ penès ipsos in Ecclesia reperta sunt, ac etiam pecuniam solutam in eorum carceratione; S. Cong. respondit: restituantur arma, & in reliquis nihil, attento abusu Ecclesiæ ab illis habito. Fanen. 27. *Martii* 1703. *lib. 3. decr. Vallem. pag.* 481.

Vide verbo *Bannitus*, n. 8. & seq.

ACCESSVS AD VRBEM.

Regulariter precipitur accessus ad Urbem petentibus absolutionē à Censuris in casibus atrocioribus, aut irretractabilibus contrà Immunitatē, Libertatem, & Jurisdictionem Ecclesiasticam, ut ex infrapositis patet.

1. Commissarius Regius, qui unà cum Birruarijs extraxit Confugitum ab Ecclesia, & percussit, petens absolvi, accedat ad Vrbem, ratione atrocitatis delicti. Barchinonen. 28. *Septembris* 1677. *lib. 2. decr. Altoviti pag.* 1459.

2. Extractores Militum à porta Ecclesiæ clausæ; & deindè ipsos Milites ictibus Baculi occidentes, pro

pro absolutione, attenta atrocitate delicti irretractabilis, accedant ad Vrbem. Meliten. 26. *Sept.* 1674. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1844. Aquinaten. 19. *Mart.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vailemani pag.* 564.

3. Plures Satellites Curiæ Laicæ excommunicati causa violatæ Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ ob carcerationem Clerici coniugati, pro absolutione accedant ad Vrbem. Telesinâ 22. *Ian.* 1617. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 72.

4. Superior Regularis, & eius Religiosi, qui stipulaverunt transactionem, & alios contractus de solvendis oneribus Laicalibus pro bonis acquisitis ab eorum Conventu, accedant ad Vrbem. Taurinen. 14. *Ianuarii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 135.

5. Provincialis, qui in executionem ordinis Laicalis privavit Priorem suo officio, & relegavit extrà Regnum, eò quià convenit Laicos debitores Canonum Conventus antè Archiepiscopum, accedat ad Vrbem. Romanâ 14. *Martii* 1696. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 38.

6. Vicarius Capitularis, qui dùm Curia Laicalis extrahebat Confugitos ab Ecclesia, non solùm non impedivit, sed animum dedit violatoribus, vocatur ad Vrbem. Accerren. 31. *Iul.* 1674. *l.* 1. *dec. Alt. p.* 974.

7. Iniungitur Episcopo, ut præcipiat Archidiacono accessum ad Vrbem ob absolutionem nullitèr excommunicato ex causa violatæ Immunitatis datam, & attestationem ei desuper factam. Hernien. 27. *Martii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 14.

8. Excommunicati, qui fuerunt in delicto principaliores, & magis culpabiles, personalitèr se præsentare debent conspectui Apostolico, & prò alijs posteà dabitur facultas absolvendi. Aprutinâ 5. *Martii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 141. Complanâ 2. *Iunii* 1643. *ibi pag.* 201. Avellinâ 14. *Martii* 1679. *lib.*

lib. 2. decr. Altoviti pag. 1722.

9. Quandò Excommunicati, qui debent accedere ad Vrbem, nequeunt, datur facultas Ordinario ipsos absolvendi, ac cum hoc, quod aggravet pœnam exteriorem pro suo arbitrio. Aversanâ 2. *Oct.* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1008. Neapolitanâ 12. *Oct.* 1674. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1014.

10. Dispensatur ab accessu ad Vrbem Censuratus, attenta eius paupertate, & detrimento sequturo eius familiæ. Barchinonen. 1. *Februarii* 1678. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1529.

11. Dispensatur ab accessu ad Vrbem, attentis infirmitate, gravi ætate, & alijs causis, quidam Prior, qui mandavit extrahi Confugitos ab Ecclesia sui Prioratus, & datur facultas, ut absolvatur in Partibus. Neapolitanâ 5. *Iulii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 163.

12. Dispensantur Censurati ab accessu ad Vrbem, attenta eorum paupertate, distantiâ loci, & temporibus calamitosis, & permittitur, ut absolvantur in Partibus, cum hoc tamen, quod depositum centum scutorum, factum pro ipsorum viatico, erogetur Ecclesiæ violatæ, pro confectione vasis argentei in memoriam pœnitentiæ. Cusentin. 26 *Sept.* 1674. *lib.* 2 *decr. Altoviti pag.* 1843. Hæc tamen eleemosyna posteà, attenta relatione Archiepiscopi, convertitur in tot supellectiles necessarias Ecclesiæ violatæ. Ibidèm 2 *Nov.* 1674 *eiusdem lib. pag.* 1883.

13. Dispensantur ab accessu ad Vrbem Gubernator, & alij, qui accedente furore Populi extraxerunt, & indè occiderunt Bannitos capitales, minantes à loco confugij plurimos cum terrore convicinij, & permittitur attenta particularitate casus de mala qualitate Bannitorum, & quasi primo impetu, ut absolvantur omnes in Partibus, erogatâ aliquâ eleemosynâ iuxtà vires loco violato. In una Montis

tis Pelusij 24. *Nov.* 1682. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 110.

14. Excommunicati aliquandò absolvuntur cum reincidentia post terminum præfixum, ad hoc ut intrà eumdem accedant personalitèr ad Vrbem. Panormitana 5. *Aug.* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 215. *& seq.*

15. Qui parendo mandatis Sac. Congregat. Romam venerunt pro obtinenda absolutione, aliquandò remittuntur ad Ordinarium, ut illos absolvat in forma. Nullius Atini 6. *Decembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 233.

16. Quòad eos, qui ex rationabili causa impediuntur accedere ad Vrbem, aliquandò datur facultas Vicario Generali subdelegandi prò conferenda absolutione, adimpletis tamèn conditionibus aliàs expressis. Viterbien. 9. *Iunij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 128.

17. Aliquando quò ad d. impeditos, seù impotentes accedere, scribitur Episcopo pro informatione, & interìm in honorem festivitatum absolvat cum reincidentia. In una nullius Atini *vbi suprà.*

18. Quò ad impeditum ex asserto Banno vitæ committitur, ut à Secretario Sacr. Consultæ agatur pro verificatione impedimenti allegati. Neapolitanâ 19. *Aprilis* 1694. *d. lib. pag.* 184.

19. Attento accessu datur facultas absolvendi in formâ, impositis gravibus Pœnitentijs salutaribus, Exequtorem Curię Laicalis ob extractionem. Aversanâ 19. *Ap.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 183.

20. Attento accessu ad Vrbem, impotentem restituere quos extraxerat, & Sæculari Curiæ Mediolanen. consignaverat, datur Episcopo facultas absolvendi in forma, impositis gravibus pœnitentijs. Alben. 4. *Maij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 205.

21. Aliquandò, attento huiusmodi accessu, datur Vicesgerenti facultas absolvendi cum reincidentia,

&

& remittitur ad Episcopum absolvendus in forma Ecclesiæ. Casertanâ 28. *Augusti* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 308. etiàm impositis gravibus pœnitentijs salutaribus. Aquinaten. 12. *Augusti* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 601

V. Verbo *Vicesgerens* per totum.

22. Baroncellus Curiæ Laicalis, qui ob infirmitates ad Vrbem accedere non poterat, & quatuor iàm vicibus humilitèr supplicaverat pro absolutione, datur facultas, ut absolvatur ab Archiepiscopo impositâ aliquâ eleemosynâ eiusdem arbitrio pro servitio Ecclesiæ violatæ. Neapolitanâ 6. *Decembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 233.

ACTA

1. Acta gesta in Curia Laicali contrà Clericos, vel alios Exemptos, & contrà Immunitatem Ecclesiasticam cum omnibus indè sequutis, sunt abolenda. Brugnaten. 28. *Sep.* 1649. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 88. Montis Falisci 8. *Iunij* 1687. *lib. decr. Martel. pag.* 129. Papien. 15. *Novembris* 1689. *lib. decr. Martel pag.* 53. Albinganen 9. *Februarii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 103. Placentinâ in Hispania 27. *Februarii eiusdem Anni pag.* 107. Feretranâ 16. *Novembris* 1695. *d. lib. pag.* 228. Amerinâ 2. *Martij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 274. Brixien. 31. *Augusti d. A.*, *& lib. pag* 310. Asculanâ *eadem die pag.* 311. Sutrinâ 1. *Martii* 1704. *lib.* 3. *dec. Vall. p.* 561.

V. Verbo *Aragoniæ Regnum.*

2. Acta facta à Curia Sæculari contrà Birruariũ, postquam effectus fuit Birruarius Curiæ Ecclesiasticæ, tamquàm nulla, sunt revocanda. Alerien. 20. *Iulij* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 270.

3. Acta facta à Curia Laicali de ordine supremi Ma-

Magistratus Reipublicæ Ianuen. contrà servum Episcopi ob vulnus inflictum Tertio, Episcopus curet aboleri, etiàm remedio Censurarum. Ianuen. 8. *Iulij* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 158.

4. Acta Curiæ Laicalis facta in causis criminalibus Viduarum, Virginum, & aliarum Mulierum Miserabilium post sententiam latam in ijsdem causis à Curia Ecclesiastica, antè absolutionem Censurarum, sunt abolenda. Tudertinâ 29. *Maij* 1696. *lib. 2. decr. Vallemani pag.* 26.

5. Aliquandò præcipitur, ut prædicta Acta consignentur originaliter Curię Ecclesiasticæ. Recinaten. 27. *Iulij* 683 *lib.* 3. *decr. Altov. pag.* 211. Fanen. 12. *Iul.* 689. *lib.* 3. *decr. Mart. pag.* 491.

6. Quandò verò prædicta Acta non possunt absolutè, vel absque gravi scandalo nequeunt consignari Curiæ Ecclesiasticæ, fiat declaratio annullativa huiusmodi Actorum per decretum à Potestate Laicali, & Instrumentum authenticum huius decreti tradatur Curiæ Ecclesiasticæ. Signinâ 11. *Maij* 1678. *lib. 2. decr. Altov. pag.* 578.

7. Omnia Acta provenientia ex scripturis indebitè extractis è loco immuni habentur tamquàm cassa. Comen. 25. *Feb.* 698. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 138.

8. Aliquandò Sac. Congregatio iniungit Episcopo, ut transmittat Acta quæcumque, nec non documenta recursus ad Senatum contrà Immunitatem, & Decreta ab eodem facta. Bobien. 2. *Martii* 1700. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 275.

9. Sæpè Sac. Cong. iniungit Episcopis transmitti Acta super Censuris inflictis. Oritanâ, & Brundusinâ 14. *Nov.* 1693. *lib. 1. decr. Vallem. pag.* 86. Hydruntinâ 11. *Ian.* 1695. *d. lib. pag.* 168.

10. Aliquandò iniungit Episcopo, ut transmittat Acta, & interim abstineat à fulminatione Censurarum

rarum, & vbi eas fulminaverit, suspendat vsque ad novum ordinem. Boven. 28. *Septembris* 1694. *lib* 1. *decr. Vallemani pag.* 150.

11. Aliquandò iniungit, ut transmittat Acta, & interim Censurati abstineant, & habeant se pro Censuratis. In una S. Agatæ Gothorum 17. *Novembr.* 1699. *lib,* 2. *decr. Vallem. pag.* 257.

12. Aliquandò, ut transmittat Acta, & informet. In una S. Severi 3. *Decembr.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 231. Terracinen. 13. *Maij* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 154.

13. Aliquandò in causa controversiæ intèr Curiam Ecclesiasticam, & Laicalem, Sac. Cong. iubet transmitti ad se Acta vtriusque Curiæ. Aquinen. 31. *Augusti* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 390.

14. Nullo modo Episcopus det Ministris Regijs aliquem Actum concernentem causas criminales Clericorum. Squilacen. 11. *Martii* 1642. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 171.

15. Acta suæ Curiæ Episcopus non communicet Curiæ Sæculari pendente lite in Sacra Congr. Placentinâ 24. *Dec.* 1672. *lib,* 1. *decr. Alt. pag.* 758.

16. Aliquandò Sac. Congreg. dicit, non expedire, ut concedatur facultas Episcopo dandi Tribunali Laico depositionem Rei, seù copiam, ut dicitur, *del Cartello*, ad effectum probandi corpus delicti. Theatinâ 18. *Dec.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 240.

V. Verbo *Processus Curiæ Eccl.* n. 1. 6. & seq.

Verbo *Curia Ecclesiastica* n. 12.

17. Acta facta in Curia Ecclesiastica antè remissionem causæ contrà Clericum ad Gubernatorem debent iustifieri, & etiàm Acta facta antè legitimam notitiam, quod causa fuerit à Sanctissimo remissa Gubernatori. Asculanâ 11. *Iunii* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1107.

18. Quò ad solutionem Actorum factorum in Curia Ecclesiastica Sac. Congreg. mandat, ut solvatur merces dumtaxat Copistæ. Balneoregien. 6. *Iulii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 132.

19. Aliquandò, prævia cautione Personæ Ecclesiasticæ idoneæ ab Episcopo approbandæ solvendi Cancellario Episcopali summam taxandam à Sac. Congregatione, Episcopus Acta transmittat. Theanen. 13. *Nov.* 1694 *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 156. In una nullius Atini 11. *Dec. d. Anni*, *& lib. pag.* 161. In una S. Severi 3. *Dec.* 1695. *d. lib. pag.* 231.

20. Aliquandò iubet transmitti absquè solutione, donèc recognoscatur asserta paupertas Partis. Troianâ 6. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 9.

21. Episcopus differens transmittere Acta supèr spretu Censurarum, idque volens facere sumptibus Partis offensæ, monetur, ut transmittat quamprimùm, & se conformet consuetudini. Caietana 24. *Septembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 218.

22 Acta Capituli Provincialis nulla ob recursum Capitularium contrà Nuncium ad Tribunal Laicum, annuente Sanctissimo convalidantur, & sanantur. Toletanâ 16. *Augusti* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1241.

23. Acta gesta à Iudice Laico supèr recognitione corporis delicti facta in loco immuni sunt nulla. Vide Verbo *Recognitio corporis delicti* n. 7. & seq.

24. Acta nulla, eò quia sine facultate Apostolicâ, & cum sola permissione Vicarij Abbatialis, facta occasione exhumationis cadaveris, pro recognitione corporis delicti, annuente Sanctissimo convalidantur. Bononien. 9. *Februarij* 1689. *lib.* 1. *decr. Martelli pag.* 421.

25. Aliquandò recurritur ad Sanctissimum prò sanatione Actorum, quatenùs opus sit. V. verbo *Sodomita*

mita n. 6. Verbo *Processus Curiæ Ecclesiasticæ* n. 29. 30. 31.

26. Aliquandò Acta Curiæ Ecclesiasticæ jussu Sanctissimi consignantur Iudici Laico. Faventinâ 17. *Apr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 116. Pisauren. 21. *d. Mensis pag.* 117. Fulginaten. 30. *Iunij d. Anni, & Libri.* Lucanâ 19. *Martij* 1695. *d. lib. pag.* 178. Senogallien. 26. *Iulii* 1698. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 165.

27. Contrà Falsarios Actorum Curiæ Ecclesiasticæ circa censuras fulminandas ob causam violatæ Immunitatis, Episcopus procedat. Cassanen. 24. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 141.

ACTUARIUS

Actuarius Curiæ Archiepiscopalis gaudet privilegio fori. Beneventanâ 20. *Julii* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 70.

ACTUS

1. Actus voluntariæ Jurisdictionis, v. g. Deputatio Curatoris cum interventu Prætoris juridicè factus in loco immuni, sustinetur. In una S. Angeli in Vado 17. *Novembris* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 157.

2. Gubernator, qui fungitur etiàm munere Notarij publici, per Actum, ut dicitur, confrontationis scripturæ factum in Ecclesia, non lædit Immunitatem Ecclesiasticam, eò magis quia protestatus fuit se agere tamquàm Notarium, non tamquàm Gubernatorem; adeòq; monetur Episcopus, nè illum molestet. Signinâ 11. *Decembris* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 541.

3. Actus, & instantiæ factæ per Procuratorem Episcopi in Curia Laicali in præiudicium Immuni-

nitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticae contrà jussionem ipsius Episcopi, declarantur invalidi, & nè aliquod praeiudicium ex hoc possit resultare, & ut tollatur omnis controversia, & praesumptio, quae in futurum oriri possit, Sac. Congreg. ordinat, hoc Decretum registrari in Actis Curiae Nunciaturae, Episcopalis, & Archiepiscopalis. Sulmonen. 20. *Septembris* 1650. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 122.

4. Actus obligationis coactè praestitus coràm Curia Laicali per fratrem Clerici carcerati ab eadem Curia ob debita, ante Censuratorum absolutionem, est abolendus. Caiacen. 26. *Januarii* 1672. *lib.* 1 *decr. Altov. pag.* 276.

5. Actus judicialis contrà Confugitum non potest fieri in loco immuni. V. verbo *Immunitas localis* n. 12.

6. Actus irretractabiles cavendi. V. verbo *Nuncius* n. 22.

ADMINISTRATORES

1. ADministratores, & Procuratores Ecclesiarum, & Capellarum authoritate Episcopali fundatarum, quarum proventus in opera pia insumuntur, etiàmsi Seculares, quòad ea, quae pertinent ad dictam administrationem conveniri debent antè forum Ecclesiasticum. Carinolen. 15. *Augusti* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 252.

2. Non expedit cogere Administratores Locorum Piorum, ut faciant obligationes in foro Ecclesiastico tantùm. Cortonen. 17. *Decembris* 1641. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 163.

3. Contra non reddentes, & impedientes reddere rationem administrationis Locorum Piorum, procedendum ab Ordinario proùt de Jure. Termulen. 25. *Aug.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 37.

4. Administratores, & Procuratores Locorum Pio-

Piorum sibi appropriantes redditus eorumdem, Episcopus cogat in futurum sub censuris ad redditionem computum, & restitutionem. Guardien. 18. *Iunii* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 188.

5. Administratores Seminarij recurrentes ad Judices Laicos in causa intèr Seminarium, & Clericum incidunt in excommunicationem, & datur facultas ipsos absolvendi, constito de renunciatione, & revocatione recursuum, & prævia obligatione de se abstinendo imposterùm à similibus. Nicæen. 3. *Iulij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 297.

ADVENA

ADvenis habentibus Civitatem pro carcere, ubì ob inimicitias etiàm vitâ periclitantur, conceditur licentia permanendi in Patria pro tempore ad arbitrium Sac. Congregationis. Spoletanâ 19. *Maii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 490.

Iisdem posteà datur licentia eundi quocunquè ob eorum necessitates ad bimestre. In eadem 19. *Augusti d. lib. & Anni pag.* 510.

Clericus Advena quòad franchitias, V. verbo *Franchitiæ* n. 11. & seq.

ADULTER

1. EPiscopo datur facultas extrahendi ab Ecclesia cum debita decentia, ac interventu Personæ Ecclesiasticæ Sacerdotem inquisitum de adulterio, qui abutens confugio egrediebatur, & ad domum Adulteræ se conferebat cum periculo, ut occideretur à marito prædictæ. Tranen. 13. *Decembris* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 11.

2. Et illum in carceribus retinendi ad correctionem

ctionem nomine Sac. Congregationis. *Ibidem.*

3. Adulter carceratus à Curia Ecclesiastica, qui in actu carcerationis inventus est cum armis prohibitis, quam ob causam Curia Laicalis dictum carceratum habere prætendebat, de ordine Sanctissimi jubetur consignari Curiæ Laicali statim, ac fuerit expeditus à præiudicijs, quæ habet in Curia Ecclesiastica. Viterbien. 21. *Novembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 87.

ADVOCATUS

1. ADvocatus Pauperum gaudet privilegio fori. Beneventanâ 20. *Iulij* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 70. In una S. Severini 2. *Octobris* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 524.

2. Clericus uti Advocatus Fiscalis Curiæ Episcopalis gaudet privilegio fori, & exemptione ab oneribus personalibus, & uti Clericus etiàm à communitativis. Lucanâ 15. *Novembris* 1701. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 754.

3. Advocati Ecclesiastici non possunt, nec debent præstare juramentum etiàm in manibus Ordinarij de observandis Ordinibus Laicis, ex quibus aliqui sunt pœnales, & alij circà formam procedendi in Judicijs, ut prætendebatur à Magistratu Laico. Ipsis tamèn Ecclesiasticis non est licitum patrocinari absquè expressa licentia Sedis Apostolicæ, & tunc servata sempèr formâ ab eadem præscripta. Taurinen. 24. *Ianuarii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 244.

4. Advocatus Curiæ Episcopalis extractus ad Officium Confalonerij Civitatis, sed à Gubernatore non admissus, seù exclusus, etiàm ex Oraculo Sac. Consultæ, præcipuè quia litigat actualitèr cum

cum Communitate pro exemptione gabellæ, reintegrandus est ad Confaloneriatum, ità tamèn, ut quòad pertinentia ad officium, non gaudeat privilegio fori. Fanen. 27. *Ian.* 1688. *lib. decr. Mart. pag.* 225.
V. verbo *Consilia*, *Consiliarii.*

ÆDIFICARE.

Vide verbo *Molendinum* n. 6.
Verbo *Episcopus quòad Regul.* n. 20.

ÆSTIMATIO, seù ÆSTIMUM

V. verbo *Onus* n. 10.

AFFICTUARIUS

1. Simplex Affictuarius Episcopi non gaudet privilegio fori. In una S. Agathæ 16. *Julii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 8. Terracinen. 30. *Martij* 1661. *lib. decr. Borrom. pag.* 154.

2. Quamvis sit Affictuarius ad longum tempus. Viterbien. 6. *Dec.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 75.

3. Si verò pro affictu respondeat ex fructibus recollectis in bonis Mensę Episcopalis, utì Minister, & de Familia Episcopi, gaudere debet privilegio fori. In eadem S. Agathæ, & in Viterbien. 13. *Iulij* 1680. *lib* 2. *decr. Altoviti pag.* 2011. Viterbien. 2. *Oct.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 525.

4. Sic Affictuarius Molendini Mensę Episcopalis, qui respondet in molitura pro affictu, gaudere debet privilegio fori. Interamnen. 29. *Ianuarii* 1636. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 241.

5. Affictuarius bonorum Mensę Episcopalis non gaudet exemptione ab impositionibus communitativis pro solvendis oneribus Cameralibus. Terracinen. 26. *Aug.* 1669. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 392.

6. Affictuarius Abbatiæ gaudet exemptione à solutione gabellę transitus pro frumento recollecto in Terris Abbatię ad formam Instrumenti affictus. Assisien. 4. *Dec.* 1657. *lib. decr. Rocci pag.* 47.

7. Affictuarij Ecclesiasticorum non tenentur ad gabellam pro fructibus recollectis in eorumdem bonis. Agrigentinâ 14. *Feb.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 83.

8. Similitèr Affictuarius bonorum Ecclesiastici gaudere debet pro dictis bonis, Exemptionibus, Privilegijs, ac Immunitatibus ipsi Ecclesiastico competentibus. Fanen. 27. *Sept.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul p.* 139.

9. Paritèr Affictuarij bonorum Ecclesiasticorum non tenentur pro portione colonica impositionibus laicalibus. Neritonen. 6. *Maij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 4.

10. Conductores, seù Affictuarij bonorum Laicorum, etiamsi Clerici existant, non gaudent ulla exemptione. Nazarenâ 1. *Octobris* 1669. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 404.

11. Simplex Affictuarius cauponæ Conventus Regularium non gaudet privilegio fori. Arianen. 8. *Aprilis* 1687. *lib. decr. Martel. pag.* 76.

12. Immunitas ab onere personali unius Corbæ frumenti non competit Conductoribus, vulgò Affictuarijs. Faventinâ 14. *Decembris* 1688. *Lib. decr. Martel. pag.* 388.

13. Affictuarius Molendinorum spectantium ad Loca Pia, non debet molestari à Curia Laicali, neque sub prętextu iniustæ mensuræ, vulgò *Scudelle*. Verulanâ 2. *Oct.* 1691. *Lib. decr. Grimaldi pag.* 18.

14. Affictuarius Monialiũ. V. verbo *Moniales* n. 12.

AGGRAVATORIÆ

Iniungitur Episcopo, ut procedat ad aggravatorias contrà Violatorem Immunitatis, & Libertatis Eccle-

Eccleſiaſticę ob non reſipiſcentiam. Aquen. 8. *Dec.* 1696. *Lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 62. *& alibi.*

ALIENATIO

1. INiungitur Archiepiſcopo Mediolanen. ut authoritate ſua ordinaria declaret Edictum Laicale circà depoſitum taxarum faciendum in alienatione bonorum à Perſona non exempta ad exemptam, non comprehendere Perſonas Eccleſiaſticas; ac regiſtrari faciat huiuſmodi declarationem in actis Curiæ Archiepiſcopalis, & in caſibus particularibus tueatur Eccleſiaſticos. Facta relatione, Sanctiſſimus annuit, & quòad ſecundam partem circà defenſionem Eccleſiaſticorum, & in caſu moleſtiarum, mandavit etiàm fieri declarationem, ut ſuprà. Mediolanen. 14. *Novembris* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 437.

2. Decretum Regię Cameræ Neapolis, prohibens alienationes bonorum abſquè ejus licentia, reijcitur. Bituntinâ 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 175.

3. Et iniungitur D. Nuncio, ut aſſiſtat Epiſcopo in omni cauſa pro tuenda Immunitate, & Libertate Eccleſiaſticâ. *Ibidèm.*

4. Pragmatica, prohibens alienationem bonorum ad favorem Eccleſiaſticorum, niſi pręmiſſâ ab ijs cautione ſolvendi onera laicalia tùm impoſita, tùm imponenda, omninò eſt abolenda. Savonen. 16. *Septembr.* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 158.

ALIMENTA. V. verbo *Carceratus* n. 1.

ANIMALIA

1. REtinentes ad ſocitam Animalia Eccleſiaſticorum gaudent exemptione à ſo-

 lutione

lutione Affidę, & aliarum impositionum etiàm pro portione colonica. Spoletanâ 9. *Octob.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 10. Firmanâ *Ibidèm pag.* 80.

2. Animalia Ecclesiasticorum sunt exempta à gabellis. In unâ S. Marci in Lamis 3. *Decembris* 1686. *lib decr. Martelli pag.* 12. Sipontinâ 26. *Maii.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 491.

V. verbo *Absolutionum exempla.*

3. Animalia Ecclesiasticorum propria sunt immunia in totum à gabellis, & collectis communitativis supèr ipsis impositis, adeò ut nec respectu fructuum dictorum Animalium, etiam tangentium portionem colonicam, quid possit exigi à communitate, quidquid decreverit Eminentissimus Card. Bandinus anno 1599. tùnc Marchiæ Legatus. Auximanâ 29. *Maij* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 190.

4. Capientes, Sequestrantes, Executantes, Sequestra, aut Executionem Concedentes supèr Animalia Ecclesiasticorum, excommunicantur. Baren. 16. *Sept.* 1687. *lib. decr. Mart. pag.* 153.

5. Si Animalia non possint restitui, quia jàm fuerint macellata, restituatur liberè Ecclesiasticis pecunia deposita; non autèm relinquatur in deposito, donèc per Judices competentes decidatur, utrùm Ecclesiastici teneantur ad solutionem prætensam ab Affictuarijs datij Laicalis. Imò ulteriùs dicti Affictuarij tenentur dare cautionem de restituendo residuum integri valoris Animalium, & de reficiendis damnis juxtà liquidationem faciendam ab Episcopo. Et his adimpletis datur facultas absolvendi. Venusinâ 23. *Decemb.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 14.

6. An Agricolæ, seù Coloni Religiosorum Territorij Montis Falisci sub asserta conventione intèr Communitatem, & Agricolas d. Territorij teneantur prò Animalibus consignatis per Religiosos ijsdem

dem Agricolis, solvere duas Cuppas, vulgò *Scudelle?* Sac. Congreg. iniungit Episcopo, ut informet, & interìm tueatur Immunitatem Ecclesiasticam proùt de Jure. In una Montis Falisci 2. *Maij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 43.

7. Recurrentibus Syndicis Laicalibus ad Sac. Congreg. pro obtinenda prohibitione, nè introducantur Animalia in Territorium fructiferum Civitatis, iniungitur Episcopo, ut procedat proùt de Jure. Vigilien. 18. *Dec.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 162.

8. Ministri Curiæ Laicalis carcerantes, seù alitèr quovis modo vexantes Custodes Animalium Ecclesiasticorum excommunicantur. *Ibidèm.*

9. Itèm carcerantes Clericum sub prætextu, quod eius Belluæ ingressæ fuerint Territorium Loci N. Sabinen. 29. *Dec. d. A.*, *& Lib. pag.* 163.

10. Attentâ reintegratione Ecclesiæ, & consensu Partis, Episcopus pro sui arbitrio, servata formâ Ecclesiæ, & factâ obligatione de non incurrendo ampliùs in similia, absolvat Commissarium Regij Thesauri, qui carceraverat Custodes, & Animalia Mensæ Episcopalis. Tricaricen. 7. *Maij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 210.

11. Animalia Ecclesiasticorum à Laicis conducta gaudent exemptione à collectis. Larinen. 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 174.

12. Laici auferentes Animalia, quæ Curiæ Ecclesiasticæ consignari debent, excommunicantur, In una nullius Abbatiæ S. Vincentij in Volturno 30. *Aprilis* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 186.

13. Subhastatio facta supèr Animalibus Clerici pro portione bonorum eius fratris laici, cum quo vivit, est invalida. Soranâ 26. *Augusti* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 13.

APO-

APOTHECA

1. APothecæ, quę habent ingressum in viam publicam, non ad claustra Hospitalis, locatæ usui profano, ut dicitur, *di Pizicaria*, *di Taverne*, & similium, non gaudent Immunitate Ecclesiastica. Verulanâ 13. *Julii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 38.

2. Apothecæ sitæ sub Palatio Episcopali in Platea Ecclesię Cathedralis Laicis locatæ non gaudent Immunitate Ecclesiastica. Narnien. 28. *Februarii* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 387.

3. Attenta consuetudine, quod Apothecæ contiguæ Ecclesiæ Parochiali semper fuerint reputatę ut immunes, captus in una earumdem gaudet Immunitate. In una Marzorum 11. *Iunij* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1109.

4. Apothecæ positæ sub stillicidio Ecclesiæ gaudent quòad præteritum: sed Episcopus imposterùm declaret non esse immunes. Spoletanâ 15. *Ianuarii* 1686. *lib.* 3. *decr. Altov. pag. Ott.* 526.

5. Circà Apothecas nullam habentes communicationem cum Ecclesia, & Infirmaria Hospitalis S. Joannis Fulginaten. sitas sub Porticu habente liberum aditum ad viam publicam, Sac. Congregatio stetit in decisis *die* 17. *Ian.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 181. scilicèt, istas Apothecas non gaudere Immunitate Ecclesiastica. Fulginaten. 23. *Sept.* 1692. *lib. decr. Grimal. pag.* 198. Et Episcopus apponi faciat inscriptionem cum declaratione, quod Porticus Hospitalis S. Joannis cum Apothecis, & Mansionibus, non gaudent Immunitate. In eadem 28. *Julij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 64.

6. Episcopus curet Apothecam panis Montis Pij frumentarij segregari à loco immuni, ad hoc ut

Depu-

Deputati d. Montis possint facere recognitionem panis, & quatenùs non possit fieri, mandet collocari in alio loco non immuni quàm citiùs. Camerinen. 24. *Ianuarii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 4.

APOSTATA

1. REgularis extractus ab Ecclesia tamquàm Apostata consignatur Superioribus Religionis ad effectum retinendi in carceribus ad correctionem arbitrio Sac. Cong. & cum præcepto de non puniendo pro delictis. Neapolitanâ 6. *Maij* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 554.

2. Regularis Apostata de mandato Sanctissimi extrahitur à Vicario Generali à loco immuni, & retinetur in eius carceribus vsquè ad novum ordinem. In una Montis Alti 3. *Septembris* 1673. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 847.

3. Regularis Apostata carceratus in Palatio Episcopi, ad quem accesserat pro obtinenda venia Apostasiæ vigore indulti Apostolici, sed iàm elapsi, & transmissus in carceribus Nuncij, à quo condemnatus fuit ad Triremes ob homicidium commissum antè Apostasiam, gaudet Immunitate, & ideò est restituendus. Soranâ, seù Neapolitanâ 4. *Iunii* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 95.

V. verbo *Episcopus quoad Regulares* n. 10.

APPALTATOR

1. PRævio consensu Partis, & obligatione iurata de non ampliùs lædenda Immunitate Ecclesiastica, absolvitur, impositis gravibus pœnitentijs salutaribus, Commissarius Appalti *del Tabacco*, eiusque Socij, ab violentam perquisitio-

nem,

nem, quam fecerant super rebus, quas apud se habebat quidam Ecclesiasticus. Brundusinâ 18. *Decembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 192.

2. Appaltatores, vbì denegent Bollettas ad molendum in Molendino Episcopi, Censuras incurrunt. Si autèm protestentur se ignorasse, hac de causa incurri Censuras, & lædi Immunitatem Ecclesiasticam, absolvantur in forma privata. Senogallien. 7. *Iulij* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 231.

V. verbo *Frumentum* n. 26.

Verbo *Furnus* n. 5. & seq.

APPELLATIO

1. APpellatio à iudicio Episcopi circa articulum, an quis gaudeat, vel ne Immunitate Ecclesiastica? regularitèr non datur, nisi quandò constat de nullitate, & iniustitia. Theatina 31. *Aug.* 1626. *lib.* 1. *decret. Paul. pag.* 14.

2. Appellatio prohibita in Constitutione Gregorij XIV. non intelligitur tantummodò de appellatione frivola: sed intelligitur indistinctè prohibita. Cefaluden. 19. *Martij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 7.

3. Appellatio ad Curiam Metropolitanam supèr Censuris latis in causa violatæ Immunitatis non est attendenda ab Episcopo. Bisacien. 6. *Feb.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 102.

V. Verbo *Archiepiscopus Metropolitanus* n. 4.

4. Imò neque Appellatio ad Sanctissimum, & Sac. Congregationem admittitur quòad effectum suspensivum: sed solùm quòad devolutivum. Materanen. 9. *Sept.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 89. Beneventana 22. *Nov.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 104. In una nullius Abbatiæ S. Joannis in Lamis 19. *Oct.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 224. Balneoregien. 18. *Aug.* 1700.

1700. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 307.

5. Vndè non obstante Appellatione ad Sanctissimum sustinentur Censuræ latæ contrà Judicem Laicum, qui mandavit consignari in depositum animalia Clericorum. In una Montis Falisci 8. *Iulij* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 129.

6. Non obstante Appellatione procedendum, proùt de iure, contra Violatorem Immunitatis Ecclesiæ. Pisauren. 25. *Sep.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 67.

7. Sic non obstante Appellatione interposita ad Nunciaturam per Baroncellum Excommunicatum ob violationem Immunitatis, Episcopus procedat contrà ipsum ad vlteriora. In una Burgi S. Sepulcri 7. *Maii* 1688. *lib.* 2. *decr. Val. pag.* 151.

8. Limita si post interpositam Appellationem cum protestatione ferantur Censuræ absquè novâ citatione, tunc enim nullæ sunt. Bisignanen 18. *Nov.* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 181. Conversanen. 10. *Feb.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 202. Narnien. 2. *Dec.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem pag.* 189.

V. verbo *Censuræ nullæ* n. 11. & seq

9. Non datur Appellatio à declaratione Episcopi, quisnam gaudere debeat Immunitate Ecclesiastica, quarè Episcopus potest pro restitutione Extracti uti remedijs à Sac. Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis permissis. Marianen. 19. *Maij* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 52. Niceen. 12. *Ianuarij* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 79. Vercellen. 23. *Aug. eiusdem Anni*, & *lib. pag.* 85.

10. Appellante Fisco Laicali à declaratione Curiæ Ecclesiasticæ supèr Immunitate loci, in quo captus fuerat à Curia Laicali quidam facinorosus ob delicta capitalia, ex gratia Sanctissimi, ad effectum devolutivum dumtaxat conceditur, carcerato prius liberè in fortiis Curiæ Ecclesiasticæ restituto. Januen.

8.

8. *Aug.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 258.

11. Non admittitur Appellatio tam ad effectum devolutivum, quàm suspensivum à Censuris in contumaciam promulgatis ex causa violatæ Immunitatis. Rossanen. 8. *Apr.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 173.

12 Commissio causæ Appellationis à Declaratoria Censurarum, & à Decreto Vicarij declarante aliquem gaudere privilegio fori, conceditur solùm quòad effectum devolutivum. Ianuen. 10. *Iunij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 6. Rossanen. 8. *Aprilis* 1642. *eiusdem libri pag.* 173.

13. A sententia privationis Immunitatis non datur Appellatio ad Iudicem Gravaminum. Calaritana 30. *Sep.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 178.

14. Quamvìs appellans sit Ecclesiasticus. *Ibid.*

15. Reus extractus ad formam Bullæ Greg. XIV. non potest appellare. *Ibidem.*

16. Qui monitus ab Episcopo comparuit promptus revocare instantiam à se factam in foro Laicali contrà Officialem Curiæ Episcopalis quatenùs læsivam, & interìm appellat ad Sacram Congreg. non est molestandus. Narnien. 13. *Ianuarij* 1699. *lib.* 2. *dec. Vallem. pag.* 197.

V. verbo *Nuncius quòad Regulares* n. 10.

17. Sæpè pendente causâ Appellationis in Sac. Congreg. datur facultas absolvendi Censuratos cum reincidentia, prævia restitutione pro satisfactione Partis, & obligatione de parendo mandatis Ecclesiæ. Salernitanâ 10. *Iulij* 1700. *lib.* 2. *decr. Val. p.* 299.

18. Denegatur Appellatio ab excessiva taxatione expensarum, & damnorum Excommunicato causâ Immunitatis violatæ. Asculana 4. *Iunij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 42.

ARAGONIÆ REGNVM

EDictum generale Magistratus Vrbis Alcaniz Regni Aragoniæ prohibens extractionem frumenti ex motivo publicæ necessitatis, quoàd omnes habitantes cuiuscumque gradus, absque exceptione Ecclesiasticorum, est irritum, sicùt etiàm omnia gesta in Foris Secularibus Aragoniæ contrà Ecclesiasticorum Immunitatem. Attamèn Archiepiscopus moneat extraiudicialitèr Iuratos, ideſt Ministros, etiàm per Confessarios, ut consulant conscientiæ suę, & datur eidem Archiepiscopo facultas adsolvendi, etiàm cum facultate subdelegandi, & quatenùs duret publica necessitas, Archiepiscopus promulget Edictum prohibendo extractionem frumenti. Cesar Augustanâ 16. *Nov.* 1688. *lib. decr. Mar. pag.* 379.

ARCHIDIACONVS

1. AN Archidiaconus, alijque Sacerdotes complices dolosæ extractionis, qui celebrarunt post contractam Excommunicationem, quamvis non fuerint declarati, Irregularitatem contraxerint? Sac. Congregatio respondit: consulatur Sac. Congregatio Concilij. Hydruntina 2. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 7. Interìm mandatur, ut abstineant à celebratione Missæ. *Ibidem.*

2. Proceditur adversùs Archidiaconum non obstante servitio, quod præstat officio Confidentiarum. Arianen. 13. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Val. pag.* 155.

3. Archidiaconus carceratus ob excitatos tumultus, & negotiationes habitas ad effectum privandi Ecclesiasticos suis debitis Franchitijs Farinæ potest in casu ægritudinis habilitari è carceribus arbitrio

Nun-

Nuncij Apoſtolici. In eadem, ſeù in Neapolitana 5. *Februarij* 1695. *d. lib. pag.* 170.

ARCHIEPISCOPVS METROPOLITANVS

1. QVòad controverſias intèr Archiepiſcopum Metropolitanum Tarentinum, & Epiſcopum Oritanum eiuſdem Suffraganeum, qui ſe invicèm cenſuris affecerunt, Sac. Congregatio declaravit, Epiſcopum Oritanum accedere debere reverentèr ad Metropolitanum, qui tamèn illum benignè recipiat.

Vlteriùs declaravit cenſuras contrà Archiepiſcopum, & reſpectivè contrà Epiſcopum illatas, eſſe nullas, & Epiſcopum abolere debere omnia acta in Curia Epiſcopali geſta contrà Archiepiſcopum, & de omni abolitione debere ad Archiepiſcopum tranſmittere Inſtrumentum publicum cum alijs proceſſibus concernentibus carceratos, ſeù extractos ſuo ordine ab Eccleſia N. nullius Diœceſis, cui vicinior erat Epiſcopus Oritanus.

Cæteros verò à d. Archiepiſcopo excommunicatos, accedere debere ad eumdem Archiepiſcopum pro Abſolutione, cauſam porrò dictorum carceratorum reſolvendam eſſe à Sac. Congregatione. Tarentina 10. *Iunij* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 17.

2. Archiepiſcopus Metropolitanus non poteſt concedere inhibitiones in cauſa pendentibus coràm ſuis Suffraganeis, nec Abſolutiones quòad cenſuras latas ab Epiſcopis in cauſa Immunitatis. Maioricen. 16. *Iunij* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 44. Conſtantien. 29. *Nov.* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 599. Neocaſtren. 1. *Februarij* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 417. Aquen. 17. *Ianuarij* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 468. *&* 19. *Februarii* 1704. *pag.* 557. *&* 558. Motulen. 11.

Octo-

Octobris pag 622. & 8. *Novembris* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 626.

3. Imò eidem iniungitur, ut non se ingerat in huiusmodi causis pendentibus coràm Suffraganeis absque licentia Sac. Congregationis. Caputaquen. 2. *Iunij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 49. Bisacen. 6. *Februarii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 102.

4. Conceditur tamèn aliquandò à Sac. Congregatione, ut Archiepiscopus Metropolitanus in caussis appellationis circà Immunitatem &c. procedat in devolutivo tantùm. Salernitanâ 28. *Sept.* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 290. Oppiden. 30. *Martij* 1666. *lib. decr. Borrom. pag.* 150.

5. Iniungitur Metropolitano, ut quatenùs excommunicatus à Suffraganeo ad ipsum recurrat pro Absolutione, omninò abstineat, sed remittat ad suum Ordinarium. Ostunen. 13. *Octobris* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 277.

6. Attamèn Archiepiscopus Metropolitanus benè se gerit procedendo ad Censuras contrà violatores Immunitatis in Diœcesi Suffraganei, quandò Vicarius Capitularis Episcopatus Suffraganei est negligens in tuenda Libertate, & Immunitate Ecclesiastica. Tricaricen. 22. *Septembris* 1683. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 88.

7. Ad vitandos defectus commissos in confectione processus contrà Canonicum prætensum homicidam proditorium à Suffraganeo Sac. Congr. prævia consignatione Canonici carcerati Metropolitano, committit eidem Metropolitano confectionem novi processus. Oppiden 17. *Februarii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 24.

8. Archiepiscopus Baren. vtì Metropolitanus procedat contrà culpabiles supèr insultibus factis contrà Episcopum Bitecten.

D V.

V. verbo *Ministri Laici* n. 2.

9. Archiepiſcopus Brunduſinus acritèr monetur, eò quià prçſumpſerit excommunicare Vicarium Generalem, & Actuarium Curiæ Epiſcopalis Suffraganeæ, eò quod non paruerint eius inhibitioni in cauſa violatæ Immunitatis, cùm non poſſit ignorare Decreta Sacræ Congregationis expreſsè prohibentia Metropolitanis, ſe ingerere in cauſis Immunitatis pendentibus in Curijs Suffraganeorum, quarè revocet omnia, quæ in hac materia attentavit, & Vicarius, & Actuarius non attenta tali Excommunicatione tamquàm irritâ, & nullâ, exerceant propria munera. Oſtunen. 19. *Aprilis* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 40.

10. Archiepiſcopo Januen. iniungitur, ut non permiſſivè tantùm ſe gerat erga ſuos Miniſtros in executione Monitorialium Epiſcopi. Albinganen. 8. *Maij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 120.

11. Eidem iniungitur, ut procedat proùt de iure, ac tueatur etiàm vti Delegatus. Ianuen. 14. *Ianuarii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 132.

V. verbo *Avariæ* n. 2. 3.

12. Quòad controverſias Curiæ Archiepiſcopalis Regien., & Epiſcopalis Boven. cum ius ſuprà paſcua animalium competat Archiepiſcopo ratione Dominij temporalis, iniungitur Epiſcopo Boven. ut informet, & interim nihil innovet. Boven. 3. *Sep.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 213.

13. Inſtructâ causâ in Curia Archiepiſcopali Regien. pro recuperandis ſericis Eccleſiaſticorum per Regium Commiſſarium captis, & prætendente Epiſcopo Boven. procedere contrà Eccleſiaſticos ſupèr illicita negotiatione ſericorum; Sacr. Congregatio decrevit, quod Archiepiſcopus procedat ad vlteriora, & Epiſcopus Boven. ſileat nùnc ſupèr

illici-

illicita negotiatione. Boven. 22. *Aprilis* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 148.

14. Archiepiscopus Regien. repræhenditur pro assistentia, & auxilio præstito ad recurrendum ad Iudices Laicos contrà Episcopum Boven. In eâdem 18. *Martij d. Anni*, *& lib. pag.* 142.

V. verbo *Processus Curiæ Ecclesiasticæ* n. 16. 21.

ARCHIMANDRITA

1. PAlatium Archimandritæ habitantis in Civitate Messanen. etiàm conductitium, nec cohærens alicui Ecclesiæ, concurrente legitima consuetudine, gaudet Immunitate, quemadmodùm gaudet Palatium Episcoporum in locis propriæ Iurisdictionis, licèt non exerceat Iurisdictionem, nisi in proprios subditos.

2. Idem Archimandrita exercens Iurisdictionem in suos subditos potest procedere ad Censuras, & alias pœnas iuxtà Sacros Canones, & Constitutiones Apostolicas contrà Magistratus Laicos, & alios quoscumque ipsum in exercitio dictæ suæ Iurisdictionis perturbantes.

3. Familiares dicti Archimandritæ, etiàm ad tempus conducti, durante servitio, gaudent privilegio fori, concurrente eâdem legitima consuetudine. Messanen. 6. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 206. Denuò propositâ ista causâ, Sac. Congregatio stetit in decisis 27. *Mar.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 221.

ARCHIPRESBYTER

1. ARchipresbyter Arpaiæ cum alijs familiaribus Ducis N. ob violentam Sac. Reliquiæ ablationem è Conventu Religiosorum,

Censuras incurrit. In una S. Agathæ Gothorum 17. *Februarij*, & 17. *Novembris* 1699. *pag.* 257. & 8. *Iunij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 294.

2. Constito, quod se habuerint pro Censuratis post præsentationem Decreti Sac. Congr. datur facultas illos absolvendi cum reincidentia, prævià consignatione Reliquiæ loco depositi in Ecclesia dicti Conventus. In eadem 12. *Ian.* 1700. *d. lib. pag.* 266.

3. Archipresbyter, & Canonici Collegiatæ N. excommunicantur, quià carcerari fecerant Clericos ob suppositum furtum rerum Collegiatæ, & institerant coràm Iudice Laico, nè excarcerarentur, nisi prævia cautione de non offendendo. Potentinâ 19. *Augusti* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 172. Et facta retractatione absolvuntur cum reincidentia. *Ibidèm.*

4. Archipresbyter, qui ad vitandum Populi tumultum permiserat extrahi quosdam Confugitos ab Ecclesia, absolvitur in forma privata, sicùt & alij culpabiles in eadem causa. Tudertinâ 7. *Iulij* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 231.

A R M A

1. NOn licet Curiæ Seculari auferre Arma à Laicis confugientibus ad Ecclesias, & alia loca immunia. Motulanâ 11. *Augusti* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 86. Tranen. 6. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 207. Adiacen. 18. *Martii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 97. Neritonen. 17. *Ian.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paulucci pag.* 80.

2. Etiamsì dicta Arma sint prohibita. Eàdem Adiacen., Venusinâ 18. *Feb.* 1635. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 215.

3. Quarè Arma ablata à Confugitis sunt omninò restituenda. Januen. 9. *Iunij* 1637. *lib.* 3. *decr.*

Paul.

Paul. pag. 34. Fanen. 27. *Martii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 481.

V. verbo *Abutens* n. 11.

4. Arma ablata per Curiam Secularem à loco immuni sunt ibidèm restituenda. Camerinen. 20. *Februarii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 124

5. Vel Episcopus sibi consignari faciat ad effectum disponendi iuxtà ordines Sac. Congregationis. Neapolitanâ 24. *Dec.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 757.

6. Ablatio Armorum à Confugitis non est permissa absque facultate S. Sedis. Et conceditur facultas ad tempus Archiepiscopo auferendi Arma à Confugientibus in Ecclesijs, etiàm exemptis, & alijs locis immunibus, hac tamèn conditione, ut Arma retineantur apud Curiam Archiepiscopalem, & ablatio fiat per Ministrum eiusdem Curiæ. Neapolitanâ 20. *Ian.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 31.

7. Contrà auferentes Arma à Confugitis procedendum est ad declarationem Censurarum. Tranen. 6. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 207.

8. Imò laudatur Episcopus excommunicans eos, qui Confugitos in locis immunibus Armis spoliarunt. Martoranen. 15. *Iulij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 9.

9. Curia Secularis non potest à Clericis Arma deferentibus prohibita auferre. Adiacen. 18. *Martii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 97. Nec etiàm à Clericis coniugatis. Cosentinâ 1. *Decembris* 1638. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 80.

10. Imò Laici auferentes Arma à Clericis Excommunicationem incurrunt. In una nullius Abbatiæ S. Vincentij in Volturno 26. *Februarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 173. Et prævio illorum deposito penès Personam Ecclesiasticam ab Ordinario deputandam absolvuntur. *Ibidem.*

11. Curia Laicalis non potest sinè licentia Episcopi

copi ad carceres perducere Clericos cum Armis prohibitis repertos, licèt postea ipsos Curiæ Episcopali consignet. Adiacen. 18. *Martii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 97.

12. Licèt Episcopus possit concedere licentiam absolutè Executoribus Curiæ Secularis, ut perscrutentur, an Clerici Arma deferant; & quod carcerent si repererint Arma, ità tamèn, ut ad carceres Ecclesiasticas statim conducantur; tamèn non expedit, nec Episcopus debet dare licentiam generalem. In eadem Adiacen.

13. Constitutio Laicalis, quod non possit contrà quemcumque pro delatione Armorum prohibitorum procedi, nisi relatio fiat per Baroncellum, & alios duos famulos, suffragatur etiàm Ecclesiasticis, tamquàm eis favorabilis: Sed Episcopus supèr hoc publicare debet Edicta similia suæ Curiæ. Itèm in dicta Adiacen.

14. Aliquandò conceditur Episcopo facultas extrahendi pro suo arbitrio Arma ab Ecclesia, ad effectum consignandi Curiæ Seculari pro iustificando corpore delicti, quæ deindè ibidèm reportentur. Tudertinâ 10. *Iul.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 124.

15. Episcopus cum legitima causa iuxtà Sac. Canones potest concedere Clericis licentiam gerendi Arma, nec illi comprehenduntur sub Bannimentis Laicalibus. Carinolen. 2. *Iulii* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 14. Bellocastren. 18. *Iunii* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 92.

16. Nec tamèn Episcopus potest convenire, ut Laicis comminetur pœna per ipsum apposita in licentia delationis Armorum. In dicta Bellocastren.

17. Aliquandò iniungitur Archiepiscopo, ut personali zelo curet per Clericos non deferri Arma, & deferentes condignè puniat; quod si Curia Secu-

Secularis illos carcerare attentaverit, procedat Iuris remedijs pro defensa Libertatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticæ. Tarentinâ 1. *Septembris* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 209.

18. Procedendum prout iuris contrà auferentes Arma à Ministris Curiæ Ecclesiasticæ. Cosentinâ 20. *Novembris* 1657. *lib. decr. Ricci pag.* 42.

19. Iniungitur Nuncio, ut permittat, quod Ministri Curię Archiepiscopalis ferre possint eadem Arma, quæ deferunt Ministri Curiæ Laicalis. Taurinen. 8. *Aug.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 260.

20. Arma Clerici carcerati consignanda sunt à Laicis Curiæ Episcopali. Papien. 29. *Septembris* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1005.

AROMATARIA

1. Regulares possunt exercere Aromatarias pro eorum usu, & pro beneficiatoribus, ac Pauperibus gratis, absque eò quod ligentur Statutis, seù Privilegijs Laicorum. Barchinonen. 21. *Novembris* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 237.

2. Res, quæ venduntur, & emuntur in Aromataria donata Ecclesiæ S. Antonij non sunt immunes à solutione Gabellæ. Aquilanâ 23. *Augusti* 1661. *lib. decr. Ricci pag.* 354.

ARTICULI

Curia Ecclesiastica procedens ad compilationem processus contrà Ministros Curiæ Laicalis ad sui defensionem non potest recusare Articulos ab ijs productos. In una Civitatis Castelli 16. *Novembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 156.

ASSASSINIVM

1. COgnitio criminis Assassinij Confugitorum spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. Amalphitanâ 4. *Dec.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 16.

2. Tamèn, ex gratia Sanctissimi, consignatur prætensus Reus Assassinij Curiæ Seculari, hac conditione, quod si Reus non fateatur Assassinium, restituatur Ecclesiæ, aut quod non patiatur pœnam vltimi supplicij, nisi ex confessione illius, vel aliundè constet de Assassinio. Mediolanen. 2. *Iunii* 1624. *ex Regesto scripturarum Veter. pag.* 27.

3. Committens homicidium absque pretio sanguinis convento gaudet Immunitate. Assisien. 26. *Maij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 25.

4. Non probata conventione, aut solutione certi pretij, nec secuta morte, non probatur qualitas Assassinij; ideòque Reus in Ecclesia confugitus gaudet. Mediolanen. 21. *Septembris* 1633. *lib.* 2. *dec. Paulucci pag.* 171.

5. Extractus ob intentata Assassinia, sed non secuta, gaudet, & est restituendus, proviso tamèn, ne ex restitutione oriantur scandala. Meliten. 21. *Novembris* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 686.

6. Aliquandò quamvis non constet de Assassinio, quià tamèn adsunt, vltrà gravissima indicia, aliquæ probationes, mandante Sanctissimo condemnatur Extractus in pœnam extraordinariam ad Triremes perpetuas. Bononien. 27. *Augusti* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 108.

7. Etiamsì Clericus committat Assassinium, eius cognitio non spectat ad Curiam Laicalem, Neapolitanâ 26. *Martii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 131.

AS-

ASSESSOR

1. ASsessor, & Iudex Episcopatus gaudet privilegio fori, non autèm exemptione à Gabellis, nisi concurrat legitima consuetudo. Panormitanâ 14. *Ian.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 24.

2. Assessorem Vicarij Foranei carcerantes ritè, & rectè excommunicantur, quandò Assessor est ab Episcopo deputatus. In una Civitatis Castellanæ 5. *Aprilis* 1633. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 154.

3. Archiepiscopus Messanen. procedat ad declarationem absque deputatione Assessoris Laici supèr prætenso casu excepto ad formam Bullæ Greg. XIV. Messanen. 16. *Iul.* 1697. *l.* 2. *decr. Vall. p.* 102.

4. Monetur idem Archiepiscopus de errore commisso in nominando Assessorem Laicum pro declarando, an Confugiti gaudeant nec ne Immunitate? cùm hoc sit absurdum, ac contrà præscriptum Bullæ Greg. XIV. In eadem Messanen. 21. *Augusti* 1697. *d. lib. pag.* 107.

5. Insupèr præcipitur eidem Archiepiscopo, ut procedat per se ipsum ad declarationem, àn constet de casu excepto in Bulla? absque Assessore Laico antequàm discedat ab illa Ecclesia, utì informato. In eadem 22. *Febr.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 137.

ATTESTATIO

1. ATtestationes opportunas pro manutentione Libertatis Ecclesiasticæ denegare non debet Ecclesiasticis Vicarius. Regien. 12. *Ianuarij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 266.

2. Archiepiscopus non potest denegare Attestationes, seù Fides solitas concedi Ecclesiasticis supèr

quan-

quantitate ſerici facti ex eorum bonis, ad effectum liberæ extractionis. Regien. 15. *Martij* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 322.

AVARIÆ

1. ECcleſiaſtici non tenentur ad ſolutionem Avariarum à Republica Ianuen. prætenſarum, cùm non ſint onera invariabilia, & certa. Ianuen. 15. *Martii* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 340.

2. Iniungitur Archiepiſcopo Januen. ut informet ſupèr natura Avariarum; & interìm curet nihil innovari vigore Litterarum, quibus Miniſtri Laici iniunxerant illarum exactionem ex omnibus bonis tranſeuntibus ad Eccleſiaſticos, & Loca Pia. Januen. 25. *Feb.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 338.

3. Idem Archiepiſcopus procedat ad aggravatorias ob non paritionẽ Cenſuris. In ead. 7. *Ap.* 1699. *d. lib. p.* 213.

AUDITOR EPISCOPI

1. AUditor Epiſcopi Clericus Coniugatus in actuali ſervitio ipſius non gaudet, niſi quòad perſonalia. Lancianen. 30. *Aprilis* 1626. *ex Regeſto Scripturarum Veterum pag.* 98.

AVDITOR CAMERÆ

1. SAcra Congregatio, approbante Sanctiſſimo, præcipit A. C., ut revocet Abſolutionem conceſſam Cenſurato ex cauſa violatæ Immunitatis, Libertatis, & Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, nec ſe ingerat in huiuſmodi cauſis. Alatrinâ 27. *Jan.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 194. Roſſanen. 23. *Feb.* 1638. *d. lib. pag.* 38. Nullius Chanuſiæ 4. *Iunii* 1641. *d. lib. pag.* 146. Neocaſtren. 1. *Feb.* 1688. *lib. decr. Mart. pag.* 417.

2. A.

2. A. C. non poteſt concedere Inhibitiones, nec Abſolutiones à Cenſuris in cauſis prædictis, etiàm cum reincidentia. In una Regni Neapolitani 27. *Maij* 1642. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 176.

3. Et deſuper datæ fuerunt Litteræ circulares omnibus Epiſcopis Regni. Ididèm, & Melphien. 22. *Apr.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 792. Ravellen. 30. *Auguſti* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag* 172. Satrien. 17. *&* 24. *Ap.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 117.

4. Et quatenùs conceſſerit, ijs non obſtantibus, Epiſcopus procedere poteſt. In præfatis Melphien. Ravellen., & Satrien.

5. A. C. annuente Sanctiſſimo, iniungitur, ut ſe abſtineat à conceſſione Inhibitionum in prima inſtantia, & ſignantèr in Cauſis jactationis jactationum. Taurinen. 15. *Martii* 1650. *lib.* 4. *dec. Paul. p.* 101.

6 A. C. non poteſt carcerare facere Clericum, qui gaudet Immunitate Eccleſiaſtica. Lycien. 4. *Iunij* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 95.

7. A. C. ſuperſedeat in cognitione cauſæ donèc ab Epiſcopo ſit confectus proceſſus, an confugitus gaudeat, nec ne Immunitate? Interamnen. 4. *Aprilis* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 91.

8. Per A. C. procedendum eſt ſer. ſer. ad fulminationem Cenſurarum contrà Commiſſarium Regium, qui intimavit Epiſcopo exilium, & etiàm contrà alios Complices. Oritanâ 8. *Aprilis* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 2.

9. Aliquandò Sac. Congr. iniungit D. Secretario, ut inſtet coràm Auditore Sanctiſſimi pro revocatione cauſæ ad A. C. remiſſæ. Mantuanâ, & Regien. 7. *Iulii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 130.

10. Notarius A. C. qui abſque facultate Sacr. Congregationis per ſua acta expedierat Abſolutionem cum reincidentia in cauſa violatæ Immunitatis ſuſpen-

suspenditur ab exercitio sui muneris arbitrio Eminentissimi Præfecti. In una S. Agathæ Gothorum 8. *Iunij* 1700. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 294.

BACCANALIA

CArcerati à Gubernatore, eò quod tempore Baccanalium de licentia Episcopi incederent larvati die festo post Vesperas, restituendi sunt Episcopo, vel liberandi ad instantiam ipsius Episcopi factà priùs per eosdem obligatione de redeundo ad carceres ad omne mandatum Sac. Congreg. In una Civitatis Castellanæ 6. *Februarii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 102.

BALDACHINA

1. DIe 27. *Julii* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 642. In causa Baldachinorum, Sacr. Congregatio censuit, esse scribendum Episcopis Conversani, & Rubi, ut procedant ser. ser. ad Censuras contrà personas, quas constat reposuisse Baldachina, & procedant, etiàm contrà Mandantes, & Fautores, & ut præfixo tempore, & termino ad removenda Baldachina, & hoc elapso, & non constito de remotione, procedant ad Interdicta Civitatum, & Locorum, quæ possidentur à Baronibus in ipsis Diœcesibus, & eadem observanda esse in alijs locis, si apponatur Baldachinum authoritate Laicali.

2. Scribendum etiàm esse Episcopo Andrien. ut statìm assignet terminum ad removendum Baldachinum, & hoc elapso, & non constito de remotione, procedat ad Interdictum Ecclesiæ, & posteà etiàm ad Interdictum ipsius Civitatis Andriæ, & omnium

omnium Locorum suæ Diœcesis subiectorum dominio Ducis Andriæ. Et Sanctitas Sua approbavit Decretum in omnibus. *Ibidem.*

BALIVVS

1. MInistri Curiæ Laicalis carcerantes, itèm impedientes Balivum Curiæ Ecclesiasticę in exercitio sui muneris; excommunicantur. Imolen. 10. *Ianuarij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 180. Fanen. 24 *Iulii* 1695. *d. lib. pag.* 197.

2. Balivi Gubernatoris, & Civitatis tenentur inservire Curię Episcopali ad omnem illius requisitionem absque alia licentia Gubernatoris, & Civitatis, & renuentes possunt Censuris compelli. Narnien. 23. *Iunii* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 53.

3. Balivum addictum servitio vtriusque Curiæ, si quis impedierit, ne inserviat Curiæ Ecclesiasticæ, excommunicetur. Nucerinâ 18. *Novembris* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 186.

4. Et vbì sufficientèr non constet de tali impedimento, sed potiùs fuerit pro aliquo actuali servitio Curiæ Laicalis, tùnc datur absolutio ad cautelã. *Ibid.*

5. Decretum Magistratus Secularis prohibens ne prædictus Balivus inserviat Curiæ Ecclesiasticæ, est abolendum per actum publicum. Asculanâ 5. *Octobris* 1688. *d. lib. pag.* 356.

6. Balivus Curiæ Ecclesiasticæ, simùl & Laicæ potest ab illa puniri si delinquat in eius servitio. Bononien. 2. *Iunij* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 224. Forosempronien. 23. *Sept.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 53.

7. Gubernator Balivum Curiæ Laicalis carcerans, eò quod ei præsentasset præceptum Curiæ Episcopalis, excommunicatur. Sutrinâ 13. *Ianuarii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 468.

BAN-

BANNITVS

1. BAnnitus capitalis ab alijs Bannitis violentèr extractus à scalis Ecclesiæ, & consignatus Curiæ Laicali, ut potirentur præmio illius præsentatæ, gaudere debet Immunitate Ecclesiastica. Perusinâ 20. *Martii* 1662. *l. decr. Rocci p* 393.

2. Bannitus violentèr per Laicos ab Ecclesia extractus, ac in carceres Laicales coniectus, non obstante, quod post eius fugam è carceribus fuerit elapsis sex mensibus captus in loco non immuni, gaudet Immunitate, adeòque est restituendus. Prænestinâ 17. *Iulij* 1685. *lib.* 3. *decr. Altov. pag.* 468.

3. Iussu Sanctissimi datur facultas Episcopo extrahendi è loco immuni Bannitos abutentes Confugio. Nucerinâ 21. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 87. Vide verbo *Facultas extrahendi Laicos* n. 14.

4. Contrà Bannitos in magna quantitate confugitos ad Ecclesias Diœcesis, reducentes ipsas ob abusus quasì speluncas latronum, Episcopo conceditur, ut carceret quot quot in proprijs carceribus poterit retinere. Lycien. 29. *Decembris* 1625. *lib. Scripturarum Veter. pag.* 78.

5. Iniungitur Nuncio ad supplicationem Proregis, ut deleget Ordinarijs Locorum, vel alijs Personis Ecclesiasticis facultatem extrahendi ad formam Bullæ Bannitos obsidentes vias publicas, & itinera frequentata. Neapolitanâ 4. *Maij* 1669. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 341.

6. Conceditur facultas eijciendi à locis immunibus infrà triduum Bannitos in magno numero ibì concurrentes, & committentes varia, & atrocia delicta, & publica furta; in casu verò contraventionis, extrahendi ad formam Bullæ ad effectum

transferendi ad alias Ecclesias Neapolim. Salernitanâ 11. *Nov.* 1679. *lib. 2. decr. Altoviti pag.* 1870.

7. Bannitis, ut possint exequi præceptum accedendi ad Vrbem, conceditur salvus conductus. Pinnen. 20. *Iulij* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 273.

8. Conceditur, mandante Sanctissimo, Episcopo, ut consignet Bannitum capitalem captum in Feudo Mensæ Episcopalis Tribunali Legationis cum solita præservatione ab Irregularitate. Imolen. seù Ferrarien. 23. *Nov.* 1697. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 221.

9. Constito, quod extracti ab Ecclesia fuissent Banno capitali obnoxij datur Eminentissimo Vrbis Vicario facultas absolvendi cooperatores extractioni eorumdem, qui fuerunt jussu Curiæ Secularis jugulati, cum facultate subdelegandi, erogata eleemosinâ Ecclesiæ violatæ pro eius arbitrio, etiàm non obtentâ remissione Partis. Regien 19. *Decembris* 1690. *lib. decr. Martel. pag.* 688.

Alia quòad Bannitos V. verbo *Gubernator* n. 22.

BANNVM

1. BAnnum Gubernatoris circà pondus, bonitatem, & qualitatem panis vendendi, non afficit Pistorem, seù ut dicitur, *spiana* frumentum Episcopi, ad quem si Pistor deliquerit, spectat cognitio, & punitio; Ideò Episcopus mediante sua Curià debet publicare Bannum circà qualitatem, bonitatem, & pondus panis juxtà Bannum Gubernatoris, ne fiat fraus in damnum publicum. Vrbevetanâ 16. *Jan.* 1635. *lib. 2. decr. Paul. pag.* 215.

2. Bannum à Communitate publicatum, ne quis accedat ad molendum in molendino pertinente ad Mensam Archiepiscopalem, est invalidum, & revocandum, prout Sac. Congregatio revocavit, & jussit

ussit revocari, ac cassari à Communitate unà cum alijs actis secutis, & huiusmodi actum revocationis transmitti ad Sac. Congreg. Firmanâ 7. *Septembris* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 71.

3 Banna Laicalia circà amotionem, ut dicitur *de savolati*, è domibus, seù Apothecis, non ligant bona Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, si autèm adsit publica utilitas provideri poterit ab Episcopo. Boianen. 10 *Maii* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 89.

4. In Banno Laicali inhibente, ne extrà domus nocturno tempore quis permaneat, non comprehenduntur Personæ Ecclesiasticæ, & quatenùs istæ in Banno exprimantur, omninò est revocandum. Gravinen. 23. *Iulij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 20.

5. Bannum editum de ordine Ministrorum Regiorum Neapolis ab Officialibus Civitatis Aquilanæ ordinans carceribus mancipari Laicos donationes, vel contractus fraudulentos ineuntes cum Ecclesiasticis in præiudicium Civitatis, & non excarcerandi, nisi soluta gabellâ; itèm inhibens emi vinum à personis exemptis, & prohibens Ministris Civitatis concedere Ecclesiasticis maiorem franchitiam illâ, quæ fuit taxata à Camera Regia; tàmquam læsivum Immunitatis, Libertatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticæ, est revocandum, & de facto *die* 31. *Octobris* 1664. per dictos Officiales de ordine Ministrorum Regiorum Neapolis fuit revocatum publicè ad sonum Tubæ. Aquilanâ 18. *Novembris* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 591.

6. Bannum publicatum per Ministros Communitatis, quo prohibetur manuteneri in exemptione Ecclesiasticos à gabella vini, omninò revocari curet Episcopus. Bituntinâ 6. *Oct.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 742.

7. Quòad Banna, Edicta, & Ordines Curiæ Secularis Fanen. Sac. Congregatio resolvit, ut infrà.

1. Curia

I. Curia Secularis non potest prohibere, ut dicitur *à Pescivendoli*, ne vendant Pisces Ecclesiasticis antequàm sint appretiati à Curia Seculari, & consequentèr neque carcerare contravenientes, nec declarare, quod Ecclesiastici debeant stare ad pretium impositum piscibus à Laicis.

II. Curia Secularis non potest coarctare Ecclesiasticos ad venditionem proprij frumenti iuxtà taxam, & pretium impositum à Laicis, nèc molestare Laicos ementes ipsum frumentum ab Ecclesiasticis.

III. Curia Secularis non potest obligare Ecclesiasticos ad accipiendam licentiam à foro Laico pro extractione granorum cum solutione vnius Julij: Sed sì Ecclesiastici accipiant hanc licentiam, gratìs eis dandam esse.

IV. Curia Secularis non potest prohibere Colonis Ecclesiasticorum, ne amoveant, ut dicitur *le Covate del grano* absque licentia fori laici concedenda cum solutione unius Julij.

V. Curia Secularis non potest extendere Bannimenta pro consignatione messis ad Ecclesiasticos, sed mens Sac. Congregationis est, quod debeat fieri in Cancellaria Episcopali. Fanen. 21. *Martii* 1673. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 785.

8. Bannum Curiæ Legationis inhibens, & sibi reservans venationem, non comprehendit, nec afficere potest Ecclesiasticos. Ravennaten. 27. *Martii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 15.

9. Bannum Laicale supèr assertis contractibus simulatis cum Ecclesiasticis est abolendum per Locumtenentem. Ruben. 11. *Aprilis* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 599.

10. Bannum Laicale revocetur, & aboleatur eâ formâ, quâ fuit publicatum, deindè absolvi poterit in forma Ecclesiæ Baroncellus, qui illud pro-

mulgavit, etiàm cum potestate subdelegandi. Neocastren. 21. *Augusti* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 140.

V. verbo *Edicta laicalia*, *Barones* n. 2., *Accessus ad Vrbem* n. 18.

BARONES

1. BArones Laici, qui in odium Ecclesiasticorum indirectè carcerant, vel indirectè molestant eorum Parentes, aut Consanguineos, & similes, incurrunt excommunicationem, à qua non possunt absolvi, nisi à S. Sede. Oritanâ 18. *Oct.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 174.

2. Nisi Baro declaret non compræhendi Ecclesias, Ecclesiasticos, eorum operarios, & operatores in Bannis indirectè repugnantibus Immunitati, & Iurisdictoni Ecclesiasticæ, Episcopus procedat ad Censuras. Bitectinâ 22. *Iulii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 50.

3. Ex benignitate Sac. Congr. Baro absolvitur privatìm, & eius famuli publicè, licèt omnes fuerint complices eiusdem delicti violatę Immunitatis Ecclesiasticæ. Arianen. 6. *Octobris* 1626. *lib.* 1. *decr. Paulucci pag.* 17.

BARONCELLVS

1. BAroncellus Episcopi gaudet privilegio fori durante tempore officij, etiàm existens in aliena Diœcesi. Alatrinâ 9. *Septembris* 1631. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 88.

2. Cognitio causæ homicidij commissi à Baroncello Curiæ Episcopalis spectat ad Episcopum, non ad Gubernatorem. Narnien. 28. *Iulii* 1648. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 55.

3.

3. Cognitio carcerationis Baroncelli Episcopalis factæ à Curia Laicali, sicùt etiàm vulnerationis eiusdem, non spectat ad Sacr. Congregationem Immunitatis, sed ad Episcopum. Amerinâ 13. *Ianuarij* 1699. *lib.* 2. *decr.. Vallem. pag.* 196.

4. Causa explosionis sclopi facta à quodam Extracto contrà Baroncellum Episcopi spectat ad ipsum Episcopum. Andrien.2. *Martij* 1700 *d. l. p* 274.

5. Baroncellus Episcopi habentis Litteras extractionis extrahens cum manifesto, & scandaloso excessu Confugitum carceratur de ordine Sacr. Cong. Ariminen. 3. *Mart.* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1366.

6. Baroncellus in executione mandati personalis carcerans ex errore Sacerdotem loco alterius personæ, absolvitur cum facultate Sacr. Cong. habitâ priùs veniâ, & consensu Sacerdotis præfati. Forosempronien. 27. *Maij* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1764.

BELLUM.

V. verbo *Contributio causa Belli.*

BENEDICTIO

BEnedictio Præpositi Monasterij Canonicorum Regularium, ut solemnitèr more solito celebrare valeat, impertienda est vel ab Episcopo Tridentino, in cuius Diœcesi est Monasterium, vel à viciniori. Tridentinâ 29. *Maii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 26.

BENEFICIVM, ET BENEFICIATVS

1. CUm Respublica Januen. supplicasset Sacr. Congregat. de opportuno remedio circà Clericos Beneficiatos non incedentes in habitu, & tonsura, eadem Sacr. Congregatio respondit,

opportunè provideri posse, si per Archiepiscopum fiant declaratoriæ supèr facto contrà eosdem, qui non incedunt &c. nam factis huiusmodi declaratorijs ijdem ex constit. S. M. Sixti V., & juxtà declarationes S. Congr. Concil. statim Beneficijs ipsis, & fori privilegio remanent privati. Januen. 24. *Iulij* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 100.

2. Bona assignata in dotem Beneficij simplicis tenentur ad onera, ad quæ tenentur bona primæ erectionis. Urbevetanâ 11. *Maij* 1677. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1390.

3. Beneficiatis competit exemptio à Gabella pro Molitura frumenti recollecti in bonis Ecclesiæ, & Beneficiorum, etiàmsi farina eiusdem frumenti, per easdem Ecclesias, & Beneficiatos posteà vendatur, vel donetur, aut convertatur in usum aliorum. Vintimilien. 18. *Maij* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 74.

4. Per assecutionem Beneficij ad sustentationem sufficientis non extinguitur ipso jure Patrimonium, ad cuius titulum Clericus est ordinatus, & ideò non amittuntur Immunitates debitæ eidem Patrimonio. In una nullius 3. *Maii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 95.

5. Et sìc quandò Beneficium non est expresse subrogatum in locum Patrimonij, Clericus gaudet exemptione, & Privilegio eiusdem, non verò post factam expresse ipsam subrogationem. Firmanâ 11. *Januarii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 147. Senogallien. 21. *Sept. d. A.*, *& lib. pag.* 172. *&* 10. *Iulij* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 123. *&* 8. *Aug.* 1645. *Ibi pag.* 258. Civitatis Castelli 15. *Maii* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 49. Montis Alti 15. *Iunij* 1649. *ibi pag.* 81.

6. Ista tamèn declaratio subrogationis Beneficiorum à Clerico obtentorum loco Patrimonii Clericalis facienda est, quatenùs Beneficia sint ad victum

suffi-

sufficientia. Fulginaten. 13. *Iunij* 1640. *lib.* 3. *dec. Paul. pag.* 119. Auximanâ 7. *Dec.* 1638. *d. lib. pag.* 80.

7. Aliquandò iniungitur Episcopo, ut subroget Beneficia à Sacerdotibus obtenta in locum Patrimonij Sacri. Tudertinâ 7. *Iunij* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 73.

8. In hac verò subrogatione Episcopus procedere debet ad formam Concil. Trid. *Sess.* 21. *Cap.* 2. Auximanâ 15. *Martij* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 663.

9. Beneficiatus Status Mediolani quomodò, & quandò præstare debeat subsidium pro hospitatione Militum? V. verbo *Contributio causa Belli* n. 13. & seq.

10. Contrà Gubernatorem retinentem fructus Beneficij cuiusdam Ecclesiastici iniungitur Episcopo, ut viriliter tueatur. Aquilanâ 1. *Januarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 165.

11. In causa Rectoris Beneficij S. Antonij nuncupati Vicarius subsidiariè procedat ad Censuras pro satisfactione census annui debiti præfato Rectori. Catacen. 17. *Maii d. Anni*, & *lib. pag.* 189.

BENEPLACITUM APOSTOLICUM

1. Requiritur Beneplacitum Apostolicum, quod priùs obtineri debet, nec Clerus ante illud potest assensum præbere conventioni circà proprias exemptiones. Castren. 14. *Februarii* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 184.

2. Et sic defectu Beneplaciti Apostolici conventio Cleri pro Gabella solvenda est invalida; & qui exigunt illam, indigent Absolutione. Urbinaten. 29. *Maii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul.* 140.

3. Similitèr transactio intèr Clerum, & Communitatem supèr quota solvenda eidem Clero in compensatione Gabellæ Carnis, quæ exigebatur

ab Ecclesiasticis, defectu Beneplaciti Apostolici, est invalida, & Communitas tenetur ad perceptorum restitutionem. Vrbinaten. 21. *Martij* 1628. *d. lib. p.* 87.

4. Episcopus circà concordiam, & permutationem Molendinorum suæ Mensæ nihil agere potest, nisi priùs obtenta speciali licentià, & Beneplacito Apostolico. In una Montis Regalis 27. *Iunii* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 191.

5. Similitèr nisi prævià authoritate, & Beneplacito Apostolico, Archiepiscopus non potest transigere circà taxam restituendam Ecclesiasticis ratione Gabellæ pro conservanda eorum Immunitate. Senen. 10. *Martij* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 45.

6. Quandò verò transactio, seù concordia intèr Ecclesiasticos, & Magistratum est facta cum Beneplacito Apostolico, observari debet, non obstante inhibitione A. C. Aquilanà 3. *Junii* 1670. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 437.

7. Negatur Beneplacitum Apostolicum supèr concordia intèr Clerum, & Communitatem pro frarchitiis, cum pacto, quod Ecclesiastici teneantur in venditione vini solvere quartam partem pretij eiusdem vini Datiarijs Communitatis. Conversanen. 25. *Ianuarii* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 328.

BIGAMVS

1. NIhil Clericis Bigamis tribuitur, nisi quatenùs de jure competat. Cassanen. 22. *Iunij* 1668. *lib. decr. Borromei pag.* 174 Bituntinà 4. *Junii* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 196.

2. Quarè constito de Bigamia, Clerici non gaudent privilegio fori. Bisignanen. 17. *Augusti* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 117. Alexandrinà 30. *Martij* 1666. *lib. decr. Borrom. pag.* 146.

3. Nec

3. Nec gaudent privilegio Clericali. Cotronen. 15. *Ian.* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 54. Dertonen. 17. *Decembris* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 144.

4. Quandò tamèn Clericus obtinuit Breve dispensationis supèr Bigamia gaudet privilegijs, & exemptionibus competentibus alijs Clericis. Bisignanen. 28. *Aprilis* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 546. Mediolanen. 18. *Iunij* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 414.

5. Etiàm Clerici Ritus Græci Bigami non gaudent privilegio fori, nèc exemptionibus, & privilegijs Clericalibus. Rossanen. 22. *Augusti* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 103. Hydruntinâ 15. *Ianuarii* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 55.

6. An valida sit dispensatio supèr Bigamia concessa ab Episcopo ob penuriam Clericorum in Diœcesi, & an isti Clerici sic dispensati retinentes habitum, & tonsuram, ac inservientes Ecclesiæ gaudeant privilegio fori, Canonis, & alijs Immunitatibus Ecclesiasticis? Sacr. Congregatio respondit, Clericos istos Bigamos non gaudere privilegijs Clericalibus, non obstante assertâ dispensatione Episcopi. Nicoteranen. 23. *Junii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 57.

7. Cùm Clerici Bigami non gaudeant privilegio Clericali, nisì exhibeant dispensationem, Vicarius Capitularis abstinere debet à molestando Clerico Bigamo, nè ingrediatur Magistratum Civitatis. Tolentinâ 29. *Sept.* 1668. *l.* 1. *decr. Alt. p.* 268.

BIRRUARIUS

1. Birruarius inserviens Curiæ Episcopali gaudet privilegio fori, quòad personam, etiàm respectu delictorum commissorum antequàm inserviret, & si prætendatur fraus in assumptione servi-

servitij, ad Iudicem Ecclesiasticum spectat ipsam cognoscere, & declarare. Cosentinâ 5. *Julii* 1633. *lib. 2. decr. Paul. pag.* 162.

2. Gubernator prohibere non potest, quominùs Birruarij Curiæ Laicalis inserviant Curiæ Ecclesiasticæ. Maceraten. 2. *Sept.* 1664. *lib. decr. Rocci p.* 578.

3. Contrà Birruarios verberantes, vel carcerantes, etiamsì statìm excarcerent, vel perquirentes in Ecclesia Confugitos, procedendum est ad Censuras, & pœnas Juris communis. Cesenaten. 27. *Ap.* 1632. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 123. Caietanâ 1. *Dec.* 1637. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 49. Bononien. 19. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 201.

4. Birruarius Curiæ Laicalis, qui de mandato Curiæ Eccl. fustigavit Laicum, mediantibus Censuris, & alijs Juris remedijs tuendus est à molestijs Curiæ Laicalis, cùm parere debeat Curiæ Ecclesiasticæ. Avellinâ 6. *Maij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p* 3.

5. Birruarij extrahentes ab Ecclesia carceratum, qui vi, sed semper detentus, & ligatus à Birruarijs, ingressus est dictam Ecclesiam, non incurrunt Excommunicationem. Albanen. 11. *Octob.* 1679. *lib.* 2, *decr. Altoviti pag.* 1856.

6 In casu, quo Birruarij Curiæ Secularis insequuntur nudatis ensibus delinquentes, qui exierunt à loco immuni, vſque ad portam Ecclesiæ, & ibi eos percutiunt, ut dicitur cum *piattonate*, Sacr. Congreg. censuit, ex hoc actu incepto, & continuato vſque ad dictam portam, non fuisse læsam Immunitatem Ecclesiasticam. Florentinâ 31. *Augusti* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1446.

7. Birruarij Gubernatoris, qui turmatìm læserunt Ministros Episcopi, non omnes personalitèr, si moneantur, comparere debent, sed sufficit, ut duo, vel tres pareant Monitorio, qui arbitrio Episcopi

copi magis fabricationi processus conferant, cæteri adeant per Procuratores. Verulanâ 18. *Augusti* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 356.

8. Birruarius Curiæ Ecclesiasticæ carceratus à Ministris Curiæ Laicalis consignandus est Ecclesiasticæ. Bononien. 13. *Nov.* 1691. *lib. decr. Grim. pag.* 36.

9. Birruarius carceratus ob extractionem violentam Confugiti retineatur in carceribus vsque dùm dignoscatur correptus, & emendatus. Cesenaten. 24. *Aug.* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1135.

BONA ECCLESIASTICORVM ACQVISITA

1. BOna acquisita per Clerios non sunt immunia ab oneribus, si sint certa, realia, & invariabilia iuxtà decisionem in Brundusina Gabellæ; & Concordata Honorij procedunt tantùm in patrimonialibus, & Ecclesiasticis. Sulmonen. 2. *Maij* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 133.

2. Bona Ecclesiarum, Piorum Locorum, & Ecclesiasticorum, quæ eis devenerunt titulo hæreditatis, donationis, emptionis, & similium, non sunt subiecta, nisi oneribus certis, realibus, & invariabilibus iuxtà dictam decisionem in Brundusina coràm Pæniâ, & in Albanen. coràm Merlino, non obstante quacumque inhibitione. Mutinen. 21. *Novembris* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 238. Montis Regalis 11. *Augusti* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 69. Firmanâ 14. *Maii* 1675. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1097. Tranen. 26. *Ian.* 1672. *ibi p.* 652 Volaterranâ 18. *Dec.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 21.

3. Sic pro Bonis acquisitis Ecclesiastici non tenentur ad onera, nisi sint certa, realia, & invariabilia, vel iure feudi. Jn una Poloniæ 3. *Januarij* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 78.

V. verbo *Onera*, vbi fusiùs.

4. Bona, quæ Clericus habet, ut simplex creditor fructuum census sibi debiti, non sunt immunia à Collectis communitativis, etiamsì ipsa Bona sibi constituisset in Patrimonium Clericale. Firmanã 3. *Martij* 1676. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 124.

5. Bona donata Clericis causâ studij gaudent, tamquàm Bona Clericorum, cessante fraude, quæ cognoscenda est ab Episcopo. In una Marzorum 16. *Ianuarij* 1663. *lib. decr. Rocci pag.* 452.

6. Bona Commendæ Religionis Hierosolymitanæ per Collegiatam, & Monasterium Monialium acquisita, gaudent exemptione quòad onera communitativa. Auximanâ 18. *Iulij* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1996.

BONA ASPORTATA IN ECCLESIIS, ET LOCIS IMMVNIBVS

1. BOna Confugientium asportata in loco immuni possunt extrahi per Ordinarium loci, sed prò licentia recurrendum ad Sac. Congr. Neritonen. 17. *Ian.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 80. Catacen. 21. *Martij* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 186.

2. Bona extracta ab Ecclesia sinè debita facultate restituenda sunt, quatenùs existant, sìn minùs iustum eorum pretium. Triventinâ 20. *Maij* 1674. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1770.

3. Res de mandato A. C. executatæ in Ecclesia, posteà publicè divenditæ, debent, si existant, recuperari etiàm à tertijs possessoribus, & reintegrari Ecclesiâ, si verò non existant ampliùs, pretium earum restituendum est ad formam *Cap. fin. de ijs, quæ vi, metuque causâ fiunt*. Triventinâ 4. *Julii* 1674. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1793.

4.

4. Aliquandò iniungitur Episcopo, ut inhibeat Curatis sub pœna etiam pecuniariâ eius arbitrio imponendâ, non tamèn excedente scutum unum, & Locis Pijs applicandâ, nè, exceptis casibus Confugij, permittant Bona reponi in Ecclesijs, & Locis Sacris. Nucerinâ 15. *Julij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 10.

5. Quandò constat de periculo ablationis rerum restitutarum pro reintegratione Ecclesiæ, Vicarius permittat reponi in Ecclesiâ viciniori. Portuen. 5. *Martii* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 2161.

BONA CONTROVERSA

DAtur facultas absolvendi Baronem N. eiusque Ministros, dummodò ille deponat summam ab Episcopo arbitrandam pro fructibus ab eo perceptis quòad Bona controversa, ac præstet cautionem Personæ Ecclesiasticæ de restituendo quidquid insupèr declaratum fuerit à Sac. Congregatione, & de non percipiendis imposterùm fructibus, ac de in omnibus parendo mandatis Ecclesiæ. Theanen. 6. *Aug.* 1695 *l.* 1. *decr. Val. p.* 208.

BONA ECCLESIASTICORVM EMPHYTEVTICA

1. BOna Emphyteutica Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum non possunt a Laicis collectari. Balneoregien. 15. *Feb.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 149. Capacen. 29. *Aug.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 62. Senogallien. 18. *Dec.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 303. & 3. *Julii* 1696. *lib.* 2. *decr. Val. p.* 34.

2. Prædium Emphyteuticum Ecclesiastici non teneatur ad collectas laicales, & Ordinarius mandet

det. restitui pignora. In una nullius Guastallæ 28. *Julii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 64.

3. Molendina, & alia ædificia sub directo dominio Ecclesiæ sunt exempta, & Episcopus tueatur dictam exemptionem. Montis Regalis 15. *Ian.* 1644. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 2.

4. Bona livellaria directi dominij Ecclesiastici non subiacent collectis communitativis. Senogallien. 12. *Ian.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 98.

5. Bona Ecclesiarum, & Locorum Piorum in Emphyteusim Laicis concessa, sivè Canones, qui pro dictis Bonis solvuntur, sint tenues, sivè correspondentes fructibus, sunt exempta ab omnibus oneribus, & impositionibus laicalibus. Oppiden. 23. *Julii* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 191. Papien. 24. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 141.

6. Vineæ, & Terræ Emphyteuticæ Ecclesiæ non compræhenduntur sub Edictis, & alijs similibus publicatis à Laicis, sed sunt prorsùs exemptæ. Montis Falisci 23. *Aug.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 136.

V. verbo *Emphyteuta* n. 1. & seq.

BONA INDIVISA CLERICORVM, ET PARENTVM

1. Bona Clericorum pro indiviso cum Fratribus, etiàm cum communione omnium Bonorum possessa, sunt tantùm exempta à collectis, & impositionibus laicalibus pro virili spectante ad Clericos. Mantuanâ 6. *Oct.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 18. Viterbien. 6. *Dec.* 1627. *ibi p.* 75. Caven. 37. *Apr.* 1632. *ibi p.* 123. Anagninâ 21. *Apr.* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 1278.

V. verbo *Exemptio*.

2. Bona indivisa Ecclesiastici, & Coniunctorum Epis-

Episcopus curet dividi ad effectũ exequendi contrà Laicos. Fanen. 13. *Dec.* 1654. *lib.* 5 *decr. Paul. pag.* 59.

3. Attentà abolitione actorum, & reintegratione Ecclesiæ absolvuntur in forma privata Iudex Laicus, eiusque Cancellarius, qui in Inventario descripserunt sinè vlla discretione res, quas Laicus possidebat indivisìm cum duobus Sacerdotibus. Feretranâ 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 175.

V. verbo *Consanguinei* n. 1. 2. ; *Clericus quoad exemptionem* n. 8. 10. 21., *Ecclesiasticus* n. 6.

BONA PRIMÆ ERECTIONIS

1. BOna donata, & relicta pro erigendo ex eorum fructibus in primis Monasterio Monialium, & posteà pro alendis ipsis Monialibus, sunt immunia ab omni onere, & impositione laicali, Camerali, & communitativâ, etiàm pro tempore, quo Monasterium non est adhùc perfectè constructũm, nec in eo Moniales inhabitant. Tropien. 15. *Ian.* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 138. Tudertinâ 20. *Nov.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallemani p.* 59.

2. Bona, quæ assignantur pro dote Beneficij, sunt immunia à quibusvis collectis, & impositionibus. Firmanâ 27. *Mar.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 221. Senogal. 16. *Julii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 152.

3. Sic sunt exempta ab impositionibus Cameralibus, & à solutione Subsidij triennalis. Montis Alti 17 *Feb.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 165

4. Imò Bona data, etiàm pro augumento dotis Beneficij iàm erecti, sunt immunia à contributione collectarum, & impositionum. Firmanâ 13. *Novembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 13.

5. Bona legata pro dote Capellæ, seù Altaris, uti Bona primæ Erectionis gaudent exemptione à colle-

collectis, & exacta post mortem Testatoris, quamvìs Bona essent in manu Hæredum, sunt restituenda. Maceraten. 23 *Iulij* 1693. *lib* 1. *decr. Val. p.* 56.

6. Bona hæreditaria relicta Oratorio, tamquàm primæ Erectionis, gaudent post erectionem privilegio exemptionis ab oneribus Cameralibus non privilegiatis. Auximanâ 3. *Sept.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2049.

7. Bona assignata Capellæ Juris Patronatus erectæ sunt exempta à collectis communitativis juxtà decisionem in Alban. coràm Merlino. Asculanâ 11. *Martii* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 168. Forosempronien. 12. *Febr.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 1.

8 Bona data pro erectione Domus Oratorij S. Philippi Nerij sunt exempta à quacumque collecta, & onere, præterquàm ab oneribus utensilium, & quatreni carnis. Camerinen. 10. *Martij* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 529.

9. Dantur decreta, quibus Bona primæ Erectionis declarantur exempta à solutione Subsidij triennalis, ut illa exequi faciat Episcopus ad favorem Presbyterorum Missionis. Perusinâ 4. *Maij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 287.

10. Dantur litteræ pro exemptione Bonorum patrimonij sacri, & primæ Erectionis. Perusinâ 28. *Nov.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 535.

11. Bona primæ Erectionis Collegiatæ Montis Falci sunt immunia ab oneribus Cameralibus. Spoletanâ 8. *Iunij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 294.

12 Ecclesiastici Urbis Veteris non tenentur ad onera Cameralia pro Bonis assignatis in patrimonium sacrum, & pro Bonis primæ Erectionis; nèc suffragatur assertum Breve Pij IV. Vrbevetanâ 19. *Augusti* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 181.

BO-

BONA MENSÆ EPISCOPALIS

1. QUandò Bona Mensæ Episcopalis sunt in Diœcesi alterius Episcopi, Sac. Congregatio iniungit Episcopo, in cuius Diœcesi sunt, ut procedat contrà usurpatores, & imponentes onera supèr ipsis. Meliten. 27. *Februarii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 23.

2. Curia Laicalis, si propriâ authoritate procedat ad mensurandum Bona Mensæ Episcopalis, & aliorum Ecclesiasticorum incurrit in Censuras Sac. Canonum, & Bullæ Cœnæ contrà usurpantes, vel turbantes Jurisdictionem, vel Libertatem Ecclesiasticam. Papien. 6. *Julii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 133.

BONATENENTIA

1. AB onere Bonetenentiæ Clerici de iure sunt exempti. Tricaricen. 28 *Maij* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 2. Casertanâ 19. *Aug.* 1630. *lib* 2. *decr. Paul. pag.* 53. Fundanâ 23. *Martii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 56.

2. Quamvìs post susceptum Clericatum sint inhabiles ad serviendum Ecclesiæ ex supervenienti infirmitate. Sulmonen. 6. *Maii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 78

V. verbò *Clericus quoàd exemptiones* n. 16. 17.

BREVIA

1. BReve Pœnitentiariæ cum habeat locum tantùm in foro interiori non impedit, quin Episcopus debeat procedere ad ulteriora contrà Excommunicatum in causis Immnnitatis. Thelesina 28. *Maij* 1626. *Lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 3.

Bre-

2. Breve S.M. Pij IV. cum sit personale respectu Ducis Urbini, jàm expiravit juxtà declarationes aliàs factas à Sac. Congregatione; ideò Episcopus non permittat Ecclesiasticos molestari pro oneribus communitativis pro suis bonis. Senogallien. 12. *Ianuarii* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 1052.

3. Breve Sixti IV. ad favorem Civitatis Beneventanæ pro gabellis panis vendibilis non compræhendit Archiepiscopum, cum non fiat expressa mentio illius in dicto Brevi, & ideò aperire potest furnum pro suo frumento, nec tenetur ad gabellas impositas à dicta Civitate. Beneventanâ 2. *Aprilis* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 1080.

4. Conceditur Breve Reipublicæ Lucanæ ad obviandas fraudes, approbativum translactionis intèr Rempublicam, & Clerum tàm Secularem, quàm Regularem, quod scilicèt Clerus solvere debeat gabellas ad formam laicorum, sed in fine cujuslibet semestris eædem gabellæ restituantur Clero juxtà summas concordatas, & ista bonificatio facienda etiàm est in casu augumenti gabellæ. Vrbanus VIII. concessit simile Breve de anno 1628. duraturum annos 50. & denuò nùnc conceditur à Sanctissimo pro eodem spatio temporis. Lucanâ 15. *Septembris* 1678. *lib* 2. *decr. Altoviti pag.* 1646.

5. Potest, si Sanctissimo placuerit, facultas concessa per Breve Gregorij XIII. 25. *Oct.* 1585. ex qua cum dispensatione ab Irregularitate conceditur Tribunali Conscientiæ in Regnis Portugallię, ut possit in causis delictorum lęsæ Majestatis consignare Equites Ordinis S. Jacobi de Spatha Curię Seculari, probatis tamèn concludentèr, extendi ad Monetarios generalitèr ad formam Bullæ Vrbani VIII. quò verò ad falsificantes Ordines Regis extendi ad Milites, non ad Capellanos, & consti-

tutos

tutos in Ordine Sac. Vlixiponen. 17. *Martii* 1682. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 24.

6. Indulta Apostolica, quibus conceditur Ecclesiasticos debere concurrere pro reparatione inundationum Fluminis, non compræhendunt impositionem, seù taxam stillicidij Ecclesiarum, domorum Parochialium, Monasteriorum, & aliorum ædificiorum, quæ locari non solent, et serviunt ad usum Ministrorum Ecclesiasticorum. Pisanâ 23. *Martii* 1683. *lib.* 3. *decr. Altov. pag.* 155.

V. verbo *Bona primæ Erectionis* n. 12.

BVLLA

1. BEnedictus Papa VII. per Bullam incipientem: *Sanctam Matrem Romanam Ecclesiam* Avenioni datam die 14. Junij 1017. Pontificatus sui anno septimo confirmat Instrumentum publicum Vniversitatis Novariæ, & totius Diœcesis in favorem Ecclesiasticorum, nempè, quod nullo unquàm tempore gabellas, & collectas Ecclesijs, & Personis Ecclesiasticis imponent, nec imponi permittent sub pœna reincidentiæ in Censuras, à quibus absoluti fuere per eumdem Pontificem. *Ex Regest. Script. Veter. pag.* 1.

2. Benedictus XII. aliam Bullam eiusdem tenoris, ac supradictam, edidit anno Pontificatus sui septimo die 12. Maij 1340. datam Avènioni circà Civitatem, & Diœcesim Cremonen. *In d. lib. pag.* 1.

3. Innocentius Papa VI. edidit Bullam anno sexto Pontificatus sui, Laterani datam die 18. Aprilis 1357. incipientem: *Tacti sumus dolore cordis intrinsecus*, pro tuitione colonicæ portionis, & Immunitatis Ecclesiasticæ, quam transmisit Archiepiscopo Mediolanen.; ac cæteris Episcopis Lombardiæ,

præcipiendo eis in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut tamquàm murum se opponant pro Dei Ecclesia violatoribus Ecclesiasticæ Libertatis, *In d. lib. p.* 1.

4. Innocentius VIII. Pontificatus sui anno sexto per Bullam incipientem: *Præcellens Pontificis Auctoritas*, datam Romæ apud Sanctum Petrum moderavit ad instantiam Vniversitatis Cremonæ, & respectivè confirmavit prælatam Bullam Benedicti XII. firmis tamèn remanentibus Censuris contrà exigentes gabellas ab Ecclesijs, & Ecclesiasticis Personis à jure inflictis, & promulgatis, si imposterùm exegerint. *Ibidèm.*

5. Bulla Gregorij XIV. est usu recepta in Regno Siciliæ. Messanen. 29. *Maij* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 139.

6. Dicta Bulla observanda est in Regno Sardiniæ. In unâ Sard. 30. *Iunij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 131.

7. Sac. Congregatio ad quæsita Episcopi Vallisoletani supèr observantia Bullæ Greg. respondit:

I. Conscium nefandæ libidinis gaudere Immunitate Ecclesiasticâ.

II. In casibus non exceptis in Bulla præfata non licere Judici Ecclesiastico consignare Reos ad Ecclesiam confugientes absquè incursu Censurarum, & Irregularitatis.

III. Constitutionem Greg. XIV. vers. *Quod delinquentes Laici* &c. observari debere in corpore delinquentis, qui confugit ad Ecclesiam, & defunctus est, quandò delictum non est de exceptis in Bulla.

IV. Non licere Judici Laico ingredi septa Monialium ad extrahendum, & exhumandum cadaver condemnati ad ultimum supplicium, qui ibidèm confugit, nec Judici Ecclesiastico assensum præbere, ut Judex Laicus ingrediatur.

V. Paritèr non licere Judici Laico, non comparente Judice Ecclesiastico, propriâ auctoritate ingredi

gredi Clausurā Monialium ad supradictū effectum.

VI. Reum ductum ad supplicium si confugiat ad Ecclesiam auxilio Populi, & Clericorum, gaudere Immunitate Ecclesiasticâ. Vallisoletanâ 19. *Maij* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 49.

8 Cùm Suffraganeus Archiepiscopi Salisburgen. eum consuluisset supèr sequentibus tangentibus observantiam Bullæ Gregorianæ, ut posset sine errore idem Archiepiscopus eidem respondere, consuluit S. Sedem, & sic exposuit; Quod cùm Rei graviorum criminum confugientes ad Ecclesias, & loca immunia continuò aufugiant, vel noctù, vel ementito habitu extrà statum Principis; Et hinc Ministri Principum, ne delicta atrocia remaneant impunita, sumant occasionem violandi Immunitatem Ecclesiasticam, extrahendo Reos à locis immunibus, ad assecurandam personam confugiti, donèc declaretur per Judicem Ecclesiasticum, àn gaudeat nec nè Immunitate Ecclesiasticâ? Quarè ad obvianda ista inconvenientia delineatur intèr Principem, & Episcopum sequens concordia. Quod scilicèt designetur carcer sub custodia utriusque, Principis nempè, & Episcopi, aut etiàm solius Episcopi, atque in casu confugij Reus extrahatur utrâque manu Episcopali scilicèt, & Seculari, & ad præfatum carcerem deducatur, ibìque detineatur donèc Judex Ecclesiasticus declaret crimen, vel esse dè exceptuatis, & Reum non gaudere Immunitate Ecclesiasticâ, quo casu sub potestate Seculari remaneat, vel non esse dè exceptuatis, & gaudere, & tùnc restituatur Ecclesiæ.

Sac. Congregatio *die* 31. *Jan.* 1702. respondit: servetur Bulla Gregorij XIV. tàm quòad extractionem, quàm quòad consignationem, & retentionem. Salisburgen. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 402.

Vide verbo *Immunitas localis* n. 5.

9. Bulla S. M. B. Pij V. incipiens: *Dùm ad Uberes*, pro Mendicantibus, est observanda. Faventinà 1. *Dec.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 49.

10. Bullæ Cænæ Censuras quis incurrat? Vide verbo *Bona Emphyteutica*, *Liber* n. 12., *Regularis delinquens* n. 12., *Extractores* n. 1. 2., *Castrum* n. 6. 7.

11. Bulla Gregorij IX. non suffragatur Tertiarijs quoàd onera, eisque obstat Constitutio Concistorialis Leonis X 22. §. 19. nisi probata consuetudine contrariâ. Eugubinâ 21. *Septembris* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 171.

CADAVER

1. IUxtà terminos *Cap. à nobis* 2. *de sent. Excomm.* & *Cap. Final. de Sepul.* procedendum est ad exhumationem cadaveris Excommunicati. Tropien. 4. *Iulii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 256.

2. Cadaver tamèn Excommunicati, qui non tantùm dedit signa pœnitentiæ: sed etiàm decessit munitus Sacramentis, Episcopus tradat Ecclesiasticę Sepulturæ ad formam *Cap. à nobis* 2. *de sent. excomm.* Nicoteranâ 13. *Nov.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 288.

3. Cominanda est exhumatio cadaverum Excommunicatorum, nisi eorum hæredes satisfaciant Ecclesiæ violatæ. Calven. 26. *Martij* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 76.

4. Sæpè iniungitur Episcopo, ut faciat exhumare Cadaver excommunicati, & præstito per hæredes iuramento de stando mandatis Ecclesiæ, cùm dederit signa pœnitentiæ antè obitum, absolvat ad tenorem *Cap. à nobis* 2. *de sent. Excomm.*, & deindè tradat Ecclesiasticæ Sepulturæ. Ianuen. 14. *Sep.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 15. Acernen. 23. *Sept.* 1653. *lib.*

lib. 5. decr. Paul. p. 21. Cesenaten. 26. *Martii* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 77. Sanctæ Severinæ 29. *Dec.* 1666. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 76. Bituntinâ 2. *Ian.* 1672. *d. l. p.* 638.

5. Aliquandò datur facultas Vicario absolvendi Cadaver Excommunicati ad formam Cap. supracitati, prævià obligatione hæredum prò reintegratione Ecclesiæ violatæ solvendi scuta centum, & satisfactionis Partium. Troianâ 24. *Iunij* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1781.

6. Iniungitur Vicario, ut prævià Absolutione ad formam *Cap. à Nobis 2. de sent. Excomunic. & Cap. final. de Sepul.* tradat Ecclesiasticæ sepulturæ Cadaver occisoris Clerici, qui duobus diebus antè eius obitum petijt confiteri, & absolvi à simplici Confessario existimans se esse in periculo vitæ, ut eventus demonstravit; nàm post duos dies a suis inimicis occisus fuit in loco immuni. Aquilanâ 27. *Iul.* 1706. *lib. Marafusci*

7. Pro translatione Cadaveris de uno ad alium locum nulla debetur gabella. Firmanâ 10. *Iunii* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 16.

V. verbo *Recognitio Corporis delicti* per totum, *Vicarius Capitularis* n. 9., *Vicarius Apostolicus* n. 5.

CAMPANA, CAMPANARIVS, ET CAMPANILE

1. CAmpanarius inserviens Ecclesiæ Cathedrali gaudet privilegio fori. Vrbanien. 26. *Martii* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 82.

2. Laicus deputatus ab Episcopo pro servitio Cathedralis ad pullandas Campanas, verrendam Ecclesiam, & similia, gaudet privilegio fori. Insinuatur tamen Episcopo, ut inservire faciat Clericos. Aquæpendentis 31. *Jan.* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 380.

3. Causa remotionis Campanæ à loco, ubi inserviebat etiàm Ecclesiæ, ad locum ubi inservit solùm ad usum Orologij in publica Turri, spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Tudertinà 11. *Septem.* 1690. *lib. decr. Martel. pag.* 663.

4. Sustinentur Censuræ latæ contrà Syndicos Civitatis mandantes, & alios exequentes violentias in Ecclesia Cathedrali sub prætextu pulsandi Campanas occasione Funeralium Baronissæ: Itèm occasione adventus Regis Catholici. Bitecten. 30. *Jan.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 470.

5. Campanile Ecclesiæ distans tamèn intrà triginta passus, solummodò inserviens pro servitio Ecclesiæ gaudet Immunitate Ecclesiastica *die* 7. *Sep.* 1632. *In Clypeo Immunitatis Eccl.*

V.verbo *Campanile.*

CANCELLARIA

CEnsuras nullatenùs incurrit Cancellaria Secularis ob præceptum promulgatum ad effectum inquirendi contrà damnificantes pascua reservata, & reperto quod Coloni Mensæ Episcopalis damnificaverant, Communitas recursum habuit ad Episcopum pro refectione damni. Narnien. 25. *Februarij* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 139.

CANCELLARIVS

1. CAncellarius Episcopi gaudet privilegio fori, & exemptione ab oneribus personalibus, præsertìm sordidis. Cervien. 17. *Decembris* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 67.

2. Quamvìs extrà Diœcesim delinquat. Fundanà 25. *Nov.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 17.

3. Intellige tamèn dummodò tempore carceratio-

rationis actualitèr inserviat. Sarzanen. 3. *Apr.* 1626. *ex Reg. Scrip. Vet. pag.* 100.

4. Cancellarius Curiæ, & Mensæ Episcopalis, qui non vivit expensis Episcopi, seù non est eius commensalis, gaudet quidèm privilegio fori, & exemptione à personalibus: sed non ab oneribus realibus, & mixtis, nisi concurrat legitima consuetudo ad eius favorem. Montis Regalis 7. *Sep.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 75. Aquinaten. 23. *Iunij* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 59. Forosempronien. 28. *Apr.* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti p.* 546.

5. Etiàm Cancellarius Foraneus Archiepiscopi gaudet privilegio fori. Firmanâ 13. *Ianuarii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 67.

6. Idem decretum fuit de Cancellario Abbatis. In una nullius S. Mariæ de Balneo 15. *Iunij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 64.

7. Cancellarius Foraneus Curiæ Episcopalis admittendus est ad Magistratum Secularem, ne Libertas Ecclesiastica præiudicetur, ità tamèn, ut quòad pertinentia ad officium Magistratus non gaudeat privilegio fori. Lauretana 14. *Maij* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1098. Tudertinâ 14. *Maij* 1676. *ibi p.* 1252.

8. Cancellarius Curiæ Episcopalis Clericus coniugatus est capax imbussolari pro Consiliario, non autèm pro Magistratu. Sutrinâ 18. *Maii* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 106.

V. verbo *Consilia*, *Consiliarij*.

9. Cancellarius Episcopi, & alij de eius familiâ sinè Episcopi licentiâ non sunt molestandi pro custodia portæ Civitatis. Pisauren. 22. *Junij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 51.

10. Cancellarius Vicarij Foranei gaudet tantùm privilegio fori. Senogallien. 19. *Aug.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 55. Æsinâ 7. *Aug.* 1657. *lib. decr. Rocci p.* 21.

p. 21. Vrbevetanâ 8. *Ap.* 1687. *lib. decr. Mart. p.* 663. Imolen. 19. *Ap.* 1695. *lib.* 1. *decr. Val. pag.* 183.

11. Quandò Cancellarius Vicarij Foranei contraxit debitum cum Communitate in administratione officij publici, iniungitur Episcopo, ut ipsum removeat ab officio Cancellarij. In d. Æsinâ *ibidem*.

12. Cancellarius S. Officij censuratus ob recognitionem cadaveris factam in loco immuni, cassatâ dicta recognitione, absolvitur. Narnien. 7. *Maii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1577.

13. Cancellarius, & alij Officiales Curiæ Laicalis facientes recognitionem corporis cadaveris præcipitati in puteo curtilis contigui habitationi Vicarij Generalis non incidunt in Excommunicationem, attento quod Vicarius dixerit talem recognitionem non spectare ad ipsum, sed ad Curiam Laicalem. Albanen. 24. *Augusti* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 140.

14. Jussu Sanctissimi Legatus Vrbini procedit ad examinandum Cancellarium Vicarij Foranei cum facultate procedendi, etiàm contrà eumdem. Vrbinaten. 25. *Maij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 175.

15. Cancellario idoneo vti debet Iudex Ecclesiasticus. V. verbo *Processus* n. 22.

CANONICI

1. CAnonici Collegiatæ, qui capitulariter convenerant defendere causam Immunitatis, omnes tenentur ad expensas pro eadem causa: interesse verò, & liquidationem expensarum Sac. Congregatio committit Episcopo. Lycien. 7. *Septembris* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 343.

2. Canonicus extractus ab Ecclesia, & carcere addictus, Episcopus provideat, ut charitativè tractetur

ctetur, donec eius causa discutiatur. Cariaten. 24. *Iulij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 136.

3. Canonico Ecclesiæ Rossanen. Romæ commoranti, Agenti sui Episcopi, ac Procuratori sui Capituli, est bonificanda franchitia farinæ. Rossanen. 26. *Nov.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 230.

4. Intellige tamèn tempore procuræ. Jn una nullius Terlitij 5. *Mar.* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1070.

5. Jn domibus Canonicalibus, qui faciunt, & qui iubent fieri perquisitiones, Censuris innodantur. Florentinâ 9. *Feb.* 1694. *d. lib. pag.* 103.

6. Canonicus, qui mandavit fieri extractionem violentam à loco immuni excommunicatur unà cum laicis, qui illam executi fuerant. Camerinen. 3. *Augusti* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 206.

7. Canonicus, Vicarius Generalis cur, & quomodò punitus? V. verbo *Vicarius Generalis* n. 24.

CANONICI REGVLARES

1. PRoposito dubio ab Episcopo, an Præpositus Canonicorum Regularium incurrerit in Censuras Bullæ Cœnæ ob recursum habitum ad Judices Laicos ad effectum impediendi executionem decretorum factorum in Visitatione Pastorali? Sac. Congreg. respondit: Episcopus præfigat terminum Præposito ad deducendum quidquid potest in Sac. Congregatione. Tridentinâ 6. *Decembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 234.

2. Præcipitur liberatio Canonici Lateranen. quem eius Superiores carcerari fecerant per Ministros Curiæ Laicalis in Cœmeterio Cathedralis. Vilnen. 11. *Ianuarij* 1695. *d. lib. p.* 167.

3. Præpositus Generalis, & Canonici Congregationis Lateranen. absolvuntur cum reincidentia

post

post quatuor menses, quatenùs Episcopo præstiterint debitam obedientiam intrà tempus præscriptum à D. Nuncio iuxtà decretum datum die 16. Novembr. præteriti. Vilnen. 8. *Oct. d. Anni*, *& lib. pag.* 222.

4 Nuncio Apostolico datur facultas absolvendi cum reincidentia post quatuor Menses d. Præpositum Generalem, & Canonicos Lateranenses, quatenùs priùs reintegraverint Patrem N. ad assumptionem habitus Religiosi, & ad ea omnia, quæ habebat in Religione, eumque honorificè Palatio Episcopali restituerint. *Ibidem*.

5. Canonicus Lateranensis, qui non obedivit Curiæ Episcopali in causa censuræ latæ ob violatam Immunitatem, absolvitur à D. Vicesgerente in Vrbe præsens, prævia obligatione de parendo mandatis Ecclesiæ. Vilnen. 4. *Dec. d. lib. & Anni p.* 234.

CANTOR

1. CAntor Ecclesiæ Cathedralis, qui vivit ex salario, & expensis eiusdem Ecclesiæ, gaudet privilegio fori. Vrbevetanâ 13. *Augusti* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 26.

2. Licèt gaudeat Immunitate Ecclesiasticâ, attamèn stante eius malâ qualitate, & atrocitate delicti, annuente Sanctissimo condemnatur ad Ergastulum per decennium. Tarentinâ 28. *Septembris* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 91.

CAPELLA

1. QVandò Capella existens in Palatio Gubernatoris est perpetua, & invariabilis, confugientes ad eam gaudent Immunitate; secùs si sit variabilis, & non perpetua. Tuderti-

Tudertinâ 7. *Maij* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 89.

2. Capella sita in Palatio Abbatiali habens ingressum ab atrio cuiusdam Palatij, inserviens publicæ utilitati, gaudet Immunitate Ecclesiasticâ quamvis Palatium non sit unitum Ecclesiæ Abbatiali. In una nullius S. Joannis in Lamis 14. *Novembris* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 439.

3. Capella verò privati Palatij regularitèr non gaudet Immunitate. Tudertinâ 4. *Iunij* 1663. *d.l. p* 489.

4. Etiàm Capella ruralis vulgò dicta *una Maestà*, posita in publica via, nisi probetur fuisse constructam auctoritate Ordinarij, non gaudet Immunitate. Spoletanâ 2. *Martii* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 171.

5. Mandante Sanctissimo clauduntur Capellæ Civitatis, etiàm cum muro, attento quod confugiti committunt continuos abusus, & scandala, & onera Missarum transferantur in alias Ecclesias arbitrio Episcopi. Lycien. 19. *Maii* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1249.

6. Capella contigua, ut dicitur, *al corpo di Guardia*, erecta ut Milites ibì degentes audiant Missam maximè diebus festivis, permittitur declarari non esse locum immunem. In una nullius Orbetelli 16. *Feb.* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 142.

7. In cubiculo, quod est de pertinentijs Capellę publicæ, Episcopus prohibeat dormitionem, & retentionem cubilis. Tudertinâ 30. *Septembris* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 16.

CAPELLANVS

1. CApellanus gaudet exemptione quòad bona assignata pro prima erectione Capellaniæ. Firmanâ 26. *Feb.* 1692. *lib. decr. Grimal. p.* 91.

2. Capellanus Regiæ Capellæ Pro-Regis nequit impe-

impedire vigore inhibitionis Capellani Maioris cognitionem causæ introductæ contrà ipsum in Curia Episcopali, & inhibitio præfata est revocanda. Caietana 11. *Dec.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 240.

V. verbo *Captivus*.

CAPTIVVS

INiungitur Episcopo, ut procedat proùt de jure contrà omnes culpabiles ob violatam Libertatem, & Jurisdictionem Ecclesiasticam in Persona Parochi, qui captivus traductus fuerat Orbetellum jussu Capellani Maioris Neapolis hanc sibi potestatem arrogantis. In una Massæ in Etruria 15. *Iulii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 300.

CAPTVRA

1. CAptura Sacerdotis facta in loco immuni de mandato Fiscalis Nunciaturæ pro debito civili est invalida. Juvenacen. 13. *Iulij* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 37.

2. Archiepiscopus abstineat à captura in Ecclesia, quandò non agitur de casibus exceptis in Bulla. Cosentinâ 23. *Julii* 1625. *ex Reg. Script. Vet. p.* 64.

3. Quandò non constat capturam esse secutam in loco immuni, Reus est restituendus Curiæ Seculari. Montis Falserni 24. *Aprilis* 1663. *lib. decr. Rocci pag.* 480.

4. Aliquandò datur facultas Vicario Capitulari deveniendi ad capturam mulieris retentæ scandalosè in domo immuni Præposituræ à Præposito. Firmanâ 22. *Ap.* 1692. *lib. decr Grim. pag.* 119.

5. Aliquandò iniungitur Episcopo, ut procedat ad capturam contrà excommunicatum, si post ag-

grava-

gravatorias, & reaggravatorias non resipiscat. Tudertinâ 20. *Ian.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 887.

6. Aliquandò, ut procedat ad capturam Baroncelli, & Birruariorum, qui extraxerunt ab Ecclesia & Cæmeterio confugitos ob delationem armorum. Cesenaten. 16. *Julii* 167 . *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 1123.

7. Aliquandò præcipitur, ut utraque Curia curet capturam Clerici homicidæ; & retineat nomine Sacra Congreg. Ariminen. 24. *Ianuarij* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem pag* 4.

8. In causa capturæ factæ à Laicali Potestate servi, & aurigæ D. Nuncij, Sac. Congregatio rescripsit, quod Regij Ministri consignent in authentica forma omnia acta hanc causam concernentia, etiàm cartellam excarcerationis; nèc non ordinem faciendum à Prorege, quod prædicta acta habeantur pro cassis & abolitis, tamquàm gesta in præiudicium Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticę; aliàs Nuncius procedat ad ulteriora. Neapolitanâ 2. *Augusti* 1686. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 597.

9. Captura facta per Curiam Laicalem à scalis Ecclesiæ est invalida. Neapolitanâ 4. *Iunii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 45.

10. Datur Episcopo facultas absolvendi pro suo arbitrio in forma privata ob capturam Clerici factam per ipsius Parentes. Civitatis Ducalis 19. *Feb.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 171.

CARCER

1. INiungitur Archiepiscopo Taurinen. ut curet, quamprimùm poterit, fabricare carceres Ecclesiasticos, & fiat memoria huius Ordinis, ut sempèr appareat. Taurinen. 4. *Iunij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 46.

2. Ad

2. Ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ remittendus est Carceratus, dùm cognoscitur, an gaudere debeat privilegio fori? cùm in hoc adsit textus clarus *in Cap. Si Judex laicus de sent. Excommun. in 6.* Januen. 21. *Aug.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 290.

3. Episcopus utatur jure suo contrà impedientes usum carcerum Curiæ Secularis pro retentione suorum Carceratorum. Civitatis Plebis 16. *Martii* 1669 *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 326.

4. Sacerdos prætensus monetarius carceratus à Curia Seculari, ad carceres Ecclesiasticos est reducendus, sed quatenùs isti carceres non reputentur tuti, Archiepiscopus permittat retineri in carceribus Laicalibus reportatâ obligatione retinendi nomine Ecclesiæ. Et prosequatur, ac impinguet processum, & transmittat ad Sac. Congr. Episcoporum. Materanen. 23. *Junii* 1693 *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 56.

5. Ex gratia Sanctissimi, quatenùs carceres Judicum Ecclesiasticorum non sint tuti, permittitur, ut Reus retineatur in carceribus Laicis nomine Judicis Ecclesiastici, donèc processus conficiatur. Isclanâ, seù Neapolitanâ 22. *Junii* 1627. *lib.* 1. *decr. Paulucci pag.* 55.

6. Itèm permittitur, ut Carcerati in carceribus Laicis possint ex permissione Episcopi in eisdem retineri pro tuta custodia ad nutum Curiæ Ecclesiasticæ, seù ad dispositionem Sac. Congregationis. Brugnaten. 6 *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 107.

7. Aliquandò, quandò carceres Episcopales non sunt tuti, Extractus ad formam Bullę de ordine Sac. Congregationis consignatur Gubernatori, qui recipiat, & custodiat nomine Sac. Congreg. Anagninâ 12. *Maij* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 938.

8. Aliquandò de ordine Sanctissimi, si Archiepiscopus non habet tutos carceres, iniungitur, ut

utatur

utatur carceribus Laicis pro retentione Sacerdotis extracti nomine Sanctitatis Suę. Taurinen. 29. *Feb.* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 1209. Troiana 18. *Sept.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 162.

9. Aliquandò Sacra Congregatio iniungit Judici Ecclesiastico, ut permittat Carceratum retineri in carceribus Laicis pro tuta custodia ad dispositionem Ecclesiæ. Viterbien. 4. *Jan.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 1. Terracinen. 17. *Apr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 117.

10. Aliquandò conceditur Nuncio facultas retinendi Baronem Extractum ad tutiorem custodiam in carceribus Secularibus nomine Ecclesię. Neapolitanâ 29. *Jan.* 1667. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 82.

11. Aliquandò pręcipitur Episcopo amico Carcerati, ut mandet reponi Extractum ob prętensum delictum exceptum in carceribus Laicis, uti tutioribus juxtà ordines alias datos, & non retineat in suis, Oppiden. 3. *Oct.* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 673.

12. Carceratus potest aliquandò causâ ægritudinis habilitari è carceribus arbitrio Judicis Ecclesiastici. Arianen. seù Neapolitanâ 5. *Februarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 170.

13. Aliquandò dùm transmittuntur acta, Sacra Congregatio jubet Carceratum poni in carceribus laxioribus. Aquinen. 31. *Augusti* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 309.

14. Attentâ adversa valetudine permittitur commutatio carceris in domum propriam Sacerdoti pretenso extracto dolosè, pręvia cautione de se repręsentando ad omne mandatum. Tudertinâ 10. *Aprilis* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 85.

15. Permittitur Vicario Apostolico, ut commutet carcerem malæ qualitatis in aliquam mansionem Palatij Episcopalis Paroco carcerato provectę ætatis, & infirmitate podagrę laboranti, pręstita

cautione

cautione de ibì manendo, utì in securo carcere. Sorana 13. *Sep* 1698. *lib* 2. *decr. Vallem pag.* 174.

16. Datur Episcopo facultas assignandi pro sui arbitrio Sacerdoti sic petenti Oppidum N pro carcere, prȩvia idoneâ cautione. Nicoteren. 2. *Februarii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 554.

17. Mandante Sanctissimo, Archiepiscopus non permittat Reum jàm translatum ad carceres Vicariȩ è carceribus Episcopalibus, denuò transferri per Laicos ad aliquam arcem: sed detinere faciat in carceribus, in quibus reperitur. Neapolitanâ 18. *Feb.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 8.

18. Carceres Turronis Bononien. non sunt carceres Ecclesiastici. Bononien. 28. *Nov.* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 867.

19. Adhærens ferratis carcerum Curiæ Episcopalis incorporatorum Palatio Episcopali gaudet Immunitate Ecclesiasticâ. In una nullius 30. *Iunii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 131.

20. Permittitur Episcopo donèc possit suos reaptare carceres, vti carceribus Laicis, reportatâ priùs obligatione à Persona legitima retinendi nomine Ecclesiæ Carceratos. Campanien 24. *Sept.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 150.

CARCERARIVS

Aliquandò de mandato Sanctissimi ex causis animum suum moventibus datur facultas extrahendi ad formam Bullæ Greg. XIV. Carcerarium, qui dedit libertatem Carcerato à Curia Seculari. Aquilanâ 22. *Iunij* 1668. *l.* 1. *decr. Alt. p.* 237.

V. verbo *Causarum cognitio quoad exemptos* n. 13.

CAR-

CARCERANS

1. CArcerans Clericum, itèm personam aliquam de Curia Ecclesiastica, vel alio titulo exemptam, excommunicationem incurrit. In una nullius Atini 27. *Ap.* 1694. *lib.* 1. *decr. Val. p.* 119. Civitatis Castellanæ 5. *Ap.* 1633. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 154.

V. verbo *Curia Laicalis* n. 1. 3. 12.

2. Amplia I. etiamsì Domini temporales, vel Ministri Curiæ Laicalis Carcerantes Clericum protestentur se paratos illum consignare Curiæ Ecclesiasticæ, statìm ac constiterit de eius Clericatu, vel de qualitate criminis gaudentis privilegio fori. In una nullius Bolchi, seù S. Petri dè Cusani 22. *Ianuarii* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 194.

3. Amplia II. etiamsì ad modicum tempus illum detinuerit. Litteren. 4. *Dec.* 1694. *l.* 1. *decr. Val. p.* 159.

4. Amplia III. etiamsì Clerici carcerati à Birruarijs relaxati fuerint statìm ad instantiam Episcopi. Caputaquen. 16. *Sep.* 1687. *lib. decr. Mort. pag.* 154.

5. Limita quòad Birruarios noctu Carcerantes Clericum, quem ut talem non agnoverant, & manè sequenti relaxarunt. Ostunen. 16. *Nov.* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 252.

6. Amplia IV. ad Cooperantes in dicta carceratione Clerici, Egitanien. 23. *Ian.* 1694. *lib.* 1. *dec. Val. pag.* 101. Hydruntinâ 18. *Sep. d. A.* & *lib. pag.* 146.

7. Amplia V. etiàm ad Tentantes carcerare Clericum, vel quemcumque alium gaudentem privilegio fori. Anglonen. 19. *Iulii* 1695. *lib.* 1. *dec. Vallem. p.* 203.

8. Amplia VI. ad Mandantes carcerari Clericum. Hydruntinâ 18. *Sep.* 1694. *d. lib. pag.* 146.

9. Limita nisi Clericus post renunciationem iudicialem Clericatus deputatus à Gubernatore ad exigendas gabellas, & factus obnoxius reassumpsisset

ſet habitum cum licentia quidèm Epiſcopi, ſed contrà conditionem ab eodem appoſitam. Jn una nullius Altamuræ 11. *Aprilis* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 597. & Birruarij, qui prædictum Clericum in actu carcerationis percuſſerunt, facto verbo cum Sanctiſſimo, abſolvuntur ad cautelam. *Ibidèm.*

10. Suſtinentur Cenſuræ latæ contrà Birruarios Curiæ Laicalis Campaniæ Vrbis ob carcerationem Clerici factam in territorio Vrbis abſquè mandato alicuius Superioris. Anagninâ 22. *Ianuarii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 550. At poſteà ex particulari audientiâ Sanctiſſimi, Sanctitas ſua mandavit concedi novam audientiam, & ſuſpendi Cenſuras ad duos Menſes. *Ibidèm pag.* 553.

11. Miniſtri Curiæ Laicalis carcerantes Laicos convenientes Perſonas Laicas in Tribunali Eccleſiaſtico excommunicantur. Sutrina 8. *Iulii* 1681. *lib. decr. Martelli pag.* 132.

CARCERATVS

1. Carcerati extracti à loco immuni vigore facultatis Apoſtolicæ pro tempore, quo retinentur in carceribus, ſi ſint pauperes, & ex piorum eleemoſynis ali non poſſint, debent in ſubſidium ali expenſis petentis, puta Principis, aut Magiſtratus Laici, cuius intuitu fuerunt extracti, & carcerati. Melevitana 13. *Oct.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 45.

2. Quandò locus carcerationis eſt vltrà triginta paſſus ab Eccleſia; Carceratus non gaudet privilegio Immunitatis Eccleſiaſticæ. Firmana 30. *Martii* 1666. *lib. decr. Borromei pag.* 149.

3. Non conſtat Carceratum eſſe in loco immuni, qui captus fuit in loco diſtante tredecim, aut decem paſſus ab Eccleſia ſita intrà ambitum Civitatis. Tiburtinâ 11. *Iulij* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti*

viti pag. 342. Nullius Cerignolæ 15. *Iulij* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 2225.

4. Carceratus in distantia vnius palmi à scalis Hospitalis Verulani non constat esse captum in loco immuni. Verulanâ 24. *Augusti* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 142.

5. Itèm captus in distantia viginti sex pedum ab Ecclesia Parochiali sitâ in Castello, seù Oppido. Oritanâ 30. *Sept.* 1704. *lib.* 3. *decr Vallem. p.* 618.

6. Carceratus intrà spatium triginta passus propè Ecclesiam Conventus ruralis Discalceatorum gaudet Immunitate, & est restituendus. Verulanâ 19. *Augusti* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 181.

7. Cursor Curiæ Ecclesiasticæ à satellitibus Laicis Carceratus in platea Ecclesiæ Domus Confraternitatis, etiàm habente in eius medio Crucem, quæ Cœmeterium nuncupatur, & publicè reputatur locus immunis, restituendus est, cùm constet de Immunitate loci. Perusinâ 30. *Maij* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 322.

8. Sic Carceratus in Domo Rectorali contiguâ Ecclesiæ, sed locatâ Laico, reputatâ tamèn semper pro loco immuni. Tiburtinâ 1694. *lib.* 1. *dec. Val. p.* 110.

9. Carceratus supèr tectum Domus Parochialis, dùm simùl adhærebat muro Ecclesiæ, gaudet Immunitate. Fanen. 25. *Sep.* 1696. *lib.* 2. *decr. Val. p.* 49.

10. Captus in tenuta S. Juliani prætensæ Jurisdictionis Episcopatus Viterbien. privativè quòad Curiam Laicalem, attentis probationibus, consignandus est Curiæ Episcopali, reservatis iuribus hìnc indè. Viterbien. 2. *Dec.* 1704. *lib* 3. *decr Vall. p.* 633.

11. Carceratum in Cancellaria Episcopali sitâ in Palatio Episcopi de mandato Curiæ Ecclesiasticæ Episcopus mandet excarcerari, prævio deposito summæ contentæ in mandato, & cautione de s-

constituendo ad omne mandatum, quatenùs fuerit captus ob debitum civile. Maceraten. 27. *Febr.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 273.

12. Carcerati in Domo contiguâ Ecclesiæ, à qua medio anditu, seù *Cataratta*, ut dicitur, descenderunt in Sacristiam: at advenientibus eorum inimicis cum Curia Laicali ex parte Ecclesiæ metu mortis redierunt in Domum propriam, vbi carcerati fuere; Sac. Congregatio præcipit, quod reducantur ad carcères Ecclesiasticos. Policastren. 27. *Maii* 1687. *lib. decr. Martelli p.* 107.

13. Carceratus in loco immuni per Ministros Curiæ Episcopalis ob furtum, & traditus Curiæ Legationis, à qua damnatus fuit ad triremes, obtinet à S. Congregatione petitum arrestum, ne transmittatur ad triremes; & interim Sac. Congreg. petit informationem ab Episcopo, cum transmissione actorum. Feretranâ 28. *Iulij* 1648. *lib.* 4. *dec. Paul. p.* 55.

14. Carcerati charitativè tractandi sunt. Lauretanâ 13. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 200. Nullius Carrariæ 25. *Martii* 1679. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 1733. *& alibi.*

15. Idem dic de ijs, qui retinentur nomine Ecclesiæ in carceribus laicalibus. Pisanâ 2. *Oct.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 249. Pientinâ 30. *Iunii* 1700. *d. lib. pag.* 296. Senogallien. 15. *Martij* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 564.

V. verbo *Canonicus* n. 2.

16. Archipresbytero, & alteri Carceratis dè ordine Sac. Congregationis, Episcopus mandet auferri compedes, & tractari charitativè. Sarsinaten. 30. *Sept.* 1704. *lib.* 3. *dec. Vallem. pag.* 621.

V. verbo *Nuncius quòad Regul.* n. 3. & seq. & 14.

17. Quòad Clericum detentum jussu Episcopi in pessimo carcere, & alium in profundo Arcis cum evidenti vitæ periculo, Sac. Congregatio præcipit Episco-

Episcopo, ut supèr qualitate carceris charitativè provideat. Meliten. 7. *Sept.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 84. Prænestinâ 28. *Julij. d. A.*, *&* *lib. p.* 66. Pisanâ 19. *Februarij* 1695. *eiusdem lib. pag.* 172.

18. Sacerdoti carcerato in secreto carcere Episcopus concedat allocutionem cum persona ei confidenti, approbandâ ab Episcopo, & allocutio concernat res familiares, & domesticas Carcerati, & fiat in præsentia Ministri Curiæ Episcopalis. Comen. 8. *Octobris* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1657.

19. Clericos indebitè carceratos à Curia Laicali Episcopus sibi consignari curet. Isclanâ, seù Neapolitanâ 2. *Maij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 43. Meliten. 4. *Nov. d. Anni*, *&* *lib. pag.* 84.

V. verbo *Curia Laicalis* n. 1. 3. 12.

Verbo *Extractus ob delicta* n. 18.

20. Clericus homicida viri, cuius uxorem cum alijs rebus asportaverat, & in contemptum Justitiæ in locis Provinciæ frequentèr veniebat, Carceratus à Curia Ecclesiastica, aliquandò de ordine Sanctissimi consignatur Curię Laicali. Asculanâ, seù Firmanâ 15. *Maij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 121.

21. Etiamsì carceratus sit Religiosus. V. verbo *Episcopus quoad Regulares* n. 14.

22. An Carcerati in Castro, qui permittentibus Regijs Ministris accesserunt ad audiendam Missam in Sacello dicti Castri viginti ferè passus à carceribus distante, si posteà renuant redire ad carceres, possint extrahi à Sacello absquè læsione Immunitatis Ecclesiasticę? Sac. Cong. respondit: Episcopus declaret non gaudere. Lycien. 6. *Julii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 132.

23. Carcerati à Curia Ecclesiastica non possunt à Laicis excarcerari, & Episcopus procedat etiàm contrà mandantes excarcerationem. Bovinen. 23.

Augusti 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 115.

24. Quarè Officiales Civitatis, qui propria auctoritate excarcerarunt detentum jussu Episcopi, excommunicantur. Naulen. 30. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 180.

25. Ob gravissima incommoda, quæ patitur Abbas Secularis carceratus in carceribus Nunciaturæ, scribitur Nuncio, ut prò suo arbitrio excarceret, prestita idoneâ cautione de se presentando in Urbe. Neapolitanâ 25. *Feb.* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1704.

26. Cùm Sacerdos carceratus à Vicario Capitulari, ei pecuniam solvisset prò excarceratione; Sac. Congregatio iubet, ut Vicarius restituat pecuniam. Oritanâ 22. *Ap.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 149.

27. Minister Curiæ Ecclesiasticæ, qui violentèr, ac publicè relaxavit Carceratum à Curia Laicali, punitur. V. verbo *Cursor* n. 4.

CARDINALIS

1. SAcra Congregatio decernit facultatem absolvendi Censuratos ratione violate Immunitatis, Libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiastice de rigore Juris delegandam esse Eminentissimo Cardinali Episcopo, non Eminentissimo Legato. Faventinâ 26. *Maij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 126.

2. Eminentissimus Cardinalis Archiepiscopus non potest absolvere excommunicatos ex causa violatæ Immunitatis, absquè previa facultate S. Sedis. Neapolitanâ 23. *Augusti* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 117.

3. Bona Eminentiss. Cardinalium declarantur immunia à contributione pro hospitatione Militum. V. verbo *Contributio causâ Belli* n. 4. 5.

4. Cardinali Urbis Vicario aliquandò committitur facultas absolvendi &c. V. verbo *Extractores* n. 4.

n. 4., *Bannitus* n. 10., *Absolutio* n. 25.

CASUS

1. Constito de Casu excepto, Reus consignandus est Curiæ Laicali. Neocastren. 19. *Ap.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 184.

2. Aliquandò, quamvis ex processibus non constet de Casu excepto, tamèn ob gravissimas circumstantias concurrentes in delicto, Sac. Congregatio censuit consulendum esse Sanctissimum pro pœna Triremium perpetuarum. In eadem 19. *Julii d. Anni*, & *lib. pag.* 202.

3. Aliquandò pro pœna Triremium ad decennium annuente eodem Sanctissimo. Narnien. 27. *Aprilis* 1694. *d. lib. pag.* 119.

4. Vbi non constat de Casu excepto, extractus debet restitui Ecclesiæ. Bononien. 13. *Maii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 153.

V. verbo *Extractus* per totum, & sæpè alibì.

CATASTRVM

1. Bona Ecclesiasticorum sunt delenda à Catastro Laicorum. Nucerinâ 18. *Dec.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 20. Taurinen. 14. *Feb.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 246. Casalen. 9. *Junii* 1637. *ibi p.* 3.

2. Bona donata beneficio debent deleri de Catastro Laicorum. Asculanâ 31. *Augusti* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 13.

3. Itèm non debent referri in Catastro Laicorũ. Nullius Altamuræ 18. *Mar.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul p.* 98.

4. Bona empta per Moniales à Laicis Episcopus delere faciat de Catastro. Feretranâ 14. *Februarii* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 184.

5. Tenuta assignata pro dote Collegiatæ, olim propria Equitum Hierosolym. vendita à R. Camera Apostolica cum beneplacito Sanctissimi, in Catastro Ecclesiasticorum, non Laicorum est describenda. Camerinen. 18. *Junii* 1669. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 363.

6. Impedientes directè, vel indirectè mutationem nominum in Catastris Laicorum vendentium, donantium, vel alienantium in Ecclesias, Pia Loca, & Personas Ecclesiasticas, & exigi procurantes onera à dictis Ecclesijs, Pijs Locis, & Personis Ecclesiasticis bona stabilia ementibus, vel titulo donationis, seù alio legitimo titulo acquirentibus; vel à Laicis venditoribus, donantibus, & alienantibus, in Ecclesias, Pia Loca, & Ecclesiasticos, postquàm præfati venditores, donantes, & alienantes non sunt ampliùs domini, & possessores, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, prout incidunt consilium, vel favorem eisdem præstantes. Vercellen. 26. *Julii* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 236.

7. Renuentes mutare in Catastris nomina Laicorum vendentium, vel donantium, seù alienantium in Personas Ecclesiasticas, incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini. Vercellen. 11. *Octobris* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 236.

8. Episcopus non permittat bona Ecclesiasticorum describi in Catastro Laicorum. Thelesinâ 7. *Julii* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 573.

9 Episcopus curet Clericum aboleri à regestis laicalibus, in quibus describuntur *le Cedole* solutionum Regiarum. Pennen. 23. *Septembris* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 845.

10. Aliquandò causa translationis bonorum de Catastro in Catastrum remittitur ad Sac. Congregationem Boni Regiminis. Vrbinaten. 18. *Augusti* 1699. *Lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 252.

CAV-

CAUSARUM AVOCATIO

Jubente, vel approbante Sanctissimo aliquandò avocatur Causa tùm à Curia Episcopali, tùm Archiepiscopali. Vilnen. 16. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall.p.* 158. Cornetanâ 26. *Maij* 1703. *lib.* 3. *dec. Vall. p.* 400.

V. verbo *Stuprum* n. 7.
Verbo *Equites Hierosolymitani* n. 19.
Verbo *A. C.* n. 10.

CAUSARUM COGNITIO

1. AD Ordinarium, & Curiam Ecclesiasticam solùm, spectat cognoscere causam Clericatus, & fraudis in susceptione Characteris. Regien. 28. *Maii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 2. Aquilanâ 18. *Iulij* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 153. Ariminen. 11. *Aug.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 84. Civitatis Castelli 19. *Augusti* 1704. *lib.* 4. *decr. Vallem. p.* 605.

V. verbo *Ritus* per totum.

2. Causæ tàm civiles, quàm criminales contrà Clericos Coniugatos, & Cęlibes spectant ad Curiam Ecclesiasticam privativè. Tropien. 26 *Julii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 144. Asculanâ 16. *Ianuarii* 1691. *lib decr. Martelli pag.* 116.

3. Etiamsì Clericus sit Miles S. Jacobi, causa spectat ad Episcopum, nisi privilegia Militiæ habeant derogationem specialem. Lauden. 26. *Augusti* 1636. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 12.

4. Similitèr cognitio Causæ contrà Ecclesiasticos, etiàm pro delicto Læsæ Maiestatis, fieri debet à Judice Ecclesiastico, & degradatio præcedere debet in casu consignationis, ac ità observatum fuit in Flandria 1633. in causa Decani Cameracen,

cen. nec non in Gallia quòad causam Episcoporum habitam eodem A. 1633. Bruxellen. 25. *Maij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 62.

5. Nec Tribunali Regio competit cognitio in causis Ecclesiasticorum, etiàm Læsæ Maiestatis. Tarentinâ 4. *Aug.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 206.

6. Causa filij Coloni Mensæ Episcopalis spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Fulginaten. 13. *Julii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 37.

7. In dubio an Feudum sit laicale, vel Ecclesiasticum? cognitio causæ spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Cassanen. 22. *Ian.* 1629. *l.* 1. *decr. Paul. p.* 122.

8. Cognitio Causæ an confugiti gaudere debeant Immunitate Ecclesiastica? spectat ad solum Episcopum, & in hoc Curia laicalis est omninò incapax. Nolanâ 6. *Octobris* 1638. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 75. *& sepè alibi.*

9. Itèm causa delicti, seù homicidij commissi à Clero in rixa, spectat ad Curiam Episcopalem, non ad Curiam Legationis. Ariminen. 7. *Aug.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 40.

10. Quòad controversias intèr Curiam Legationis Vrbini, & Curiam Episcopalem Senogallien. supèr cognitione explosionis sclopi de mandato Clerici, qui erat depositarius pignorum Curiæ Episcopalis, factæ per alium Clericum cum vulnere lethali alterius Clerici, Sac. Congregatio declarat, spectare ad Curiam Episcopalem. Senogallien. 27. *Feb.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 476. *&* 27. *Martij d. Anni, & lib. pag.* 481.

Et viatica à Clerico depositario soluta Commissarijs Legationis in fabricatione processus sunt ei restituenda. In eadem 4. *Sep. d. A.*, *& lib. p.* 515.

11. Super controversijs inter Curiam Legationis, & Archiepiscopum Bononien. ex causa homicidij

cidij in Perſonam Archipresbyteri in loco Diœceſis Bononien. patrati ex rixa, cuius auctor intèr cęteros prætenditur fuiſſe Clericus, Sac. Congregatio cenſuit, attentis facultatibus particularibus, etiàm in ſpiritualibus, nec non preventione, cognitionem cauſæ ſpectare ad Cardinalem Legatum; Miniſtros autèm Legationis ob exceſſum in carceratione Notarij Epiſcopalis, & Balivi Curiæ Archiepiſcopalis, & incurriſſe Cenſuras, & indigere abſolutione, pro quâ datur facultas Archiepiſcopo ratione exempli. Bononien. 16. *Iunij* 1654. *lib. 5. decr. Paul. pag.* 43.

12. Cognitio cauſæ fabricationis falſæ monetæ contrà Clericum ſpectat ad Curiam Epiſcopalem ex Conſtit. S. M. Vrbani VIII. Eugubinâ 18. *Februarii* 1631. *lib. 2. decr. Paul. pag.* 96.

13. Cognitio fraudum, quæ committuntur ab Eccleſiaſticis in venditione vini minutatìm, ſpectat ſimilitèr ad Judicem Eccleſiaſticum. Ravennaten. 20. *Aug.* 1635. *lib. 2. decr. Paul. pag.* 235.

14. In cauſa Clerici Beneficiati non deferentis habitum, & Tonſuram, qui eà de cauſa carceratus fuit à Curia Epiſcopali, deindè relaxatus ſub præcepto pœnali ducatorum 50. & in ſubſidium excommunicationis, ſed ſpreto præcepto recurrit ad Judices Laicos, & per eos ſignificavit Epiſcopo, ſe renunciaſſe Clericatui, cum fuiſſet declaratus ab Epiſcopo incurriſſe in excommunicationem ſubſidialem, ille appellavit ad A. C.; Sac. Congreg. pronunciavit, quòad Cenſuras ob ſpretum præceptum remitti ad A. C; quòad recurſum ad Judices Laicos, Epiſcopus procedat ſer. ſer. Lucerinâ 28. *Febr.* 1690. *lib. decr. Mart. p.* 582.

15. Cauſæ delictorum commiſſorum de tempore, cùm Reus erat Clericus, ſpectant ad forum Eccle-

Ecclesiasticum. Cremonen. 13. *Iulii* 1637. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 36.

16. Quandò Clericus est auctor rixæ, Causa spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Signinâ 23. *Martij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 58. Ariminen. 18. *Aug.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 238.

17. Uterque Judex, Episcopus scilicèt, & Iudex Laicus procedat contrà suos Subditos in Causa homicidij commissi & ab Ecclesiastico, & à Laicis, cum causa sit divisibilis. Montis Falisci 27. *Febr.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 904.

18. Causa rixæ intèr Clericos, qui cum approbatione Episcopi renunciarunt Clericatui, spectat ad Curiam Secularem. Recinaten. 3. *Febr.* 1671. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 520.

19. Causa Sacerdotis cum suo patruo circumscriptis omnibus actis gestis in Curia Laicali post susceptionem Clericatus, spèctat ad forum Ecclesiasticum. In una Marzorum 1. *Martij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 192.

20. Causa prætensi retractus, quòad Clericum donatarium spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Aquinaten. 15. *Julii* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 566.

21. In Causa Clerici vulnerantis Laicum, Curia Secularis omninò abstineat. Perusinâ 12. *Junii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 234.

22. Similitèr Causa homicidij commissi ab eo, qui posteà reasumpsit habitum clericalem, & non constat reasumpsisse in fraudem, spectat ad Episcopum, non ad Gubernatorem. Lauretanâ 15. *Martii* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 664.

23. Cognitio causæ contrà Confratres Confraternitatis N. spectat ad Archiepiscopum. Mediolanen. 17. *Nov.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 57.

24. Sicut & causa contrà Confraternitatem haben-

habentem requisita spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Gravinen. 21. *Sep.* 1633. *lib.* 2 *decr. Paul. p.* 131.

V. verbo *Confraternitas* n. 1.

25. Causa Ecclesiastici, qui coràm Delegato Aquarum iniurijs affecit Architectum, & alios, attentâ authoritate Delegationis compræhendente Ecclesiasticos, spectat ad ipsum Delegatum. Spoletanâ 24. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 142.

COGNITIO CAVSARVM QVOAD BONA

1. COgnitio causarum etiàm intèr Laicos spectat ad forum Ecclesiasticum, quandò controversia vèrtitur quomodòcumque supèr bonis Ecclesiasticis. Verulanâ 2. *Maii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 136.

2. In causis Centuum, Canonum, & similium pro bonis Ecclesiasticis solvendorum, non est procedendum, nisi coràm Judice Ecclesiastico. Casalen. 25. *Apr.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 188.

3. Cognitio causæ supèr bonis emphyteuticis Ecclesiæ spectat ad Judicem Ecclesiasticum, etiamsì dubitetur, dicta bona esse emphyteutica, cum ista cognitio spectet etiàm ad Judicem Ecclesiasticum. Montis Falisci 13. *Dec.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 179.

4. Cognitio causarum supèr bonis emphyteuticis Ecclesiasticis ratione confinium, & similium, spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Liparen. 26. *Iunij* 1624. *lib.* 1. *decr. Paul p.* 143.

5. Causæ bonorum Ecclesiasticorum, bonorum emphyteuticorum Ecclesiasticorum, funeralium, sepulturarum, decimarum, ac Juris patronatus, spectant ad Episcopum. Signinâ 16. *Decembr.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 29. & 30.

6. In dubio, an bona possessa à Clerico sint feu-dalia

dalia? Cognitio dictæ qualitatis spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Cassanen. 9. *Septembris* 1631. *lib.* 2. *decret. Paul. pag.* 89.

7. Causam bonorum qualitatis gentilitiæ, seù adinstàr bonorum emphyteuticorum Baroniæ, possessorum titulo emptionis à Monasterio Monialium spatio quindecim annorum, spectat ad Judicem Ecclesiasticum. In una Marzorum 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 174.

8. Cognitio caducitatis Bonorum Ecclesiasticorum spectat ad Jurisdictionem Ecclesiasticam. Taurinen. 2. *Iunij* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 203.

9. Cognitio causarum damnorum datorum super bonis Mensæ Episcopalis, spectat ad Episcopum, & eius Curiam privativè quòad alios quoscumque Judices, nèc ei obstant privilegia agriculturæ. Ostien. 17. *Iulij* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 226.

10. Cognitio prætensæ fraudis in mensura, quâ vtitur famulus Ecclesiastici in venditione rerum ipsius Ecclesiastici, spectat ad Episcopum. Perusinâ 2. *Decembr.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 8.

V. verbo *Famulus* per totum.

11. Causa bonorum Sacerdoti assignatorum pro patrimonio Clericali, spectat ad Curiam Eccles. Firmanâ 10. *Sep.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 27.

12. Cognitio, an bona, quæ asportantur, sint personæ Ecclesiasticæ? spectat ad Judicem Ecclesiasticum, non ad Laicos. Civitatis Plebis 25. *Januarii* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 97.

13. Cognitio causarum tàm damnorum datorum in bonis Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, quàm pœnarum eorumdem damnorum, spectat ad Curiam Episcopalem. Castren. 12. *Novembris* 1652. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 1.

14. Cognitio causarum supèr fructibus Decima-

marum, Legatorum Piorum, adimplementi celebrationis Missarum, & Anniversariorum spectat ad Episcopum. In una S. Marci 9. *Maii* 1656. *lib.* 5. *decr. Paulucci pag.* 95.

15. Causa executionis testamenti Laici disponentis ad pias causas demandata à Testatore Sacerdoti, ut hæredi fiduciario, spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Nullius Guastallæ 25. *Septembris* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallemani p.* 46.

16. E contrà verò causa inventarij hæreditatis Clerici ad favorem Laici, spectat ad Curiam Laicalem. Pisauren. 17. *Nov.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 257.

17. Causa executionis animalium suinorum retentorum contrà Edictum Sac. Consultæ in bonis emphyteuticis Capituli, quòad animalia Laici, qui emerat glandes in dictis bonis, spectat ad Curiam Laicam; quò verò ad animalia propria Canonici, spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Narnien. 14. *Martii* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 409.

CAUSARUM COGNITIO QUOAD EXEMPTOS

1. Cognitio causarum Colonorum, Custodum, & aliorum inservientium Mensæ, & Curiæ Episcopali, spectat ad Curiam Episcopalem privativè quòad alios Judices. Oppiden. 6. *Martij* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 240. Auximanâ 7. *Aug.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 124.

2. Causæ civiles, & criminales Officialium, Ministrorum, & Familiarium, qui vivunt expensis Episcopi, spectant ad Episcopum. Signinà 16. *Dec.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 29. & 30.

3. Causa homicidij proditorij commissi in Personam

ſonam Epiſcopi ab eius Familiari; ſpectat ad forum Eccleſiaſticum; & cum præfatus Familiaris poſt delictum aſſumpſerit habitum regularem, & profeſſionem ſolemnem emiſerit; Sac. Congreg. dixit: in reliquis ad Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium. Gneſnen. 20. *Iunij* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag* 427.

4 Cauſa Coloni partiarij Epiſcopi ſpectat ad Curiam Epiſcopalem, quamvìs ſit Miles. Verùm Epiſcopus curet, ut in futurum militiam deſerat. Fanen. 5. *Maii* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 50.

5. Cauſa filij Coloni bonorum Menſæ Epiſcopalis ſpectat ad Curiam Eccleſiaſticam. Fulginaten. 3. *Iulii* 1637 *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 37.

6. Cognitio cauſæ contrà Operarios in bonis Monialium, ſpectat ad Curiam Eccleſiaſticam. Vrbevetanâ 10. *Sep.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 29.

7. Cauſa contrà cuſtodes animalium Eccleſiaſticorum damna dantium in bonis Laicorum, ſpectat ad Curiam Eccleſiaſticam. Bovinen. 28. *Septem.* 1604. *lib.* 1 *decr. Vallem. pag.* 148.

8. Cauſa delicti commiſſi à famulo Vicarij Generalis, ſpectat ad Curiam Epiſcopalem. Ferentinâ 13. *Iulii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 37.

9. Cauſa Miniſtrorum, & Patentatorum S. Domus Lauretanę ſpectat ad Judicem S. Domus. Lauretanâ 24. *Apr.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 218.

10. Cauſa Carcerarij Epiſcopalis ſpectat ad ipſum Epiſcopum, nec vllo modo Epiſcopus debet eum conſignare Curiæ Laicæ maximè in delicto cooperationis fugæ Carceratorum in Curia Epiſcopali, de quibus agebatur, an gauderent Immunitate? Meliten. 24. *Apr.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 219.

11. Cognitio cauſæ tàm quòad exploſionem

ſclopi

sclopi contrà Baroncellum Curiæ Episcopalis; quàm quòad violentam eximitionem Carceratorum, spectat ad Episcopum. Callien. 26. *Septembris* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 160.

12. Causa Birruarij Legationis in rixa vulnerantis alium Birruarium, qui posteà tertia die à delicto se describere fecit in Birruarium Curiæ Ecclesiasticæ, cùm constet de fraude ad aufugiendum Judicium Legationis, spectat ad Curiam Legationis. Bononien. 22. *Apr.* 1692. *lib. decr. Grimaldi p.* 117.

13. Causa homicidij commissi à Laico in personam Birruarij Curiæ Episcopalis in actu executionis mandati eiusdem Curiæ, spectat privativè ad Curiam Episcopalem, quamvis Reus sit jàm condemnatus à Curia Laica, & quamvis existat in eius carceribus, consignandus est Curiç Episcopali. Verulanâ 22. *Apr.* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 123.

14. Causa rixæ inter Birruarios Curiæ Episcopalis, & Laicum, ab ipsis repertum laborare die festi, spectat privativè ad ipsum Episcopum; quarè Curia Laicalis non potest procedere contrà ipsum Laicum ad pœnam Triremium. Senogallien. 19. *Augusti* 1692 *lib. decr. Grimaldi pag.* 180.

15. Causa percussionis Balivi salariati à Curia Seculari in actu executionis mandati Vicarij Foranei, in qua Curia Laica in carceratione Rei, & Ecclesiastica in inquisitione prævenit, spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Ripanâ 20. *Novembris* 1685. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 510.

CAUSARUM COGNITIO QUOAD LAICOS

1. **CAusa, nedùm contrà Clericum, sed etiam contrà Laicum complicem, spectat ad Curiam Episcopalem, cùm hæc causa sit indivisibi-**

lis Balneoregien. 3. *Oct.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 203. Vrbanien. 5. *Martii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 25. Beneventanâ 19. *Ianuarii* 1638. *d. lib. pag.* 51.

2. Si Laicus carceratus à Ministris Laicis Reus plurium delictorum mixti fori, est subiectus ratione originis, vel delicti Curiæ Laicali, cognitio spectat ad ipsam Curiam Laicalem, quatenùs in captura prævenerit, excepta causâ offensionis Curiæ Ecclesiasticæ, quæ privativè spectat ad ipsam Curiam Ecclesiasticam; si verò non sit subiectus, remittatur Episcopo, qui super omnibus cognoscat. Civitatis Plebis 8. *Dec.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 141.

3. Instante Sac. Consultâ pro declaratione supèr pertinentia explosionis scloporum secutæ intèr Laicos, causâ cuiusdam fęminæ, quam frequentabat quidam Ecclesiasticus; ex quibus Laicis unus arrepto priùs sclopo insecutus fuerat dictum Ecclesiasticum, qui tamèn non interfuit prædictæ explosioni; Sac. Congregatio auditis relatione processus constructi à Curia Episcopali, nec non rationibus ab utroque foro allatis, censuit, spectare ad Curiam Laicam. Æsinâ 27. *Martii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 481.

4. Cognitio etiàm contrà Laicos supèr fraudibus, & simulationibus donationum per ipsos Laicos Clericis factarum, spectat ad Episcopum; qui non obstantibus quibuscumque, & signantèr Litteris hortatorijs, non omittat cognoscere. Acernen. 20. *Augusti* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 192.

5. Quandò de consensu utriusque Partis, Causæ introducuntur in Tribunali Ecclesiastico, & de consensu utriusque Partis prorogatur iurisdictio, Episcopus potest cognoscere Causas vertentes intèr puros Laicos. Orten. 23. *Iunii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 57.

6. Causa querelæ per Ecclesiasticum, simùl & per

per Laicum expositæ in Curia Episcopali supèr furto commisso à Colono Monialium, non est mixti fori, sed jurisdictio Episcopi potest prorogari, per consensum querelati, & querelantis. Civitatis Castelli 7. Sept. 1683. lib. decr. Alt. pag. 228.

7. In Causa criminali, ubi querelatus est Custos bonorum Mensæ Episcopalis, Episcopus potest legitimè procedere in vim prorogationis. Ibidem.

8. Post introductum iudicium in Curia Episcopali contrà quosdam Laicos, iisdem instantibus, reassumpta fuit Causa à Tribunali Laico, volens Episcopus procedere ad declarationem Censurarum contrà Curiam Laicalem, monetur supersedere in fulminatione usquè ad novum ordinem Sac. Congregationis. Oritanâ 20. Ian. 1694. lib. 1. decr. Vall. p. 100.

9. Probatâ consuetudine observantiæ. Leg. Unic. Cap. quando Imperator, Causa Virginis, quæ percussit Mulierem, & posteà obtinuit à Curia Episcopali inhibitionem contrà Curiam Laicalem, spectat ad Curiam Episcopalem. Balneoregien. 10. Martii 1693. lib. 1. dec. Vallem. pag. 29.

10. Cognitio Causæ vulnerum illatorum à Vidua in rixa cuidam rustico, spectat ad Curiam Laicalem. Asculanâ 17. Nov. 1699. lib. 2. decr. Vall. p. 258.

11. Sacra Congregatio supèr Edictum Vicarij prohibentis Judici Laico interponere decretum in contractibus minorum, & Mulierum, in quibus habent interesse Ecclesiastici, atquè cognoscere Causas civiles, in quibus ijdem interesse habent; declaravit, huiusmodi Edictum sustineri quòad contractus Ecclesiasticorum; & quòad causas eorumdem, quotiès sunt Actores, & non adsit legitima consuetudo contraria, spectare ad Curiam Secularem. Ibidèm.

12. Causa Laici, cuius forum Actor sequitur,

H 2 cogno-

cognoscenda est coràm Judice Laico, nisi adsit contraria consuetudo. Januen. 4. *Decembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 17.

CAUSARUM COGNITIO QUOAD IMMUNITATEM LOCALEM, ET EXTRACTORUM

1. Cognitio an locus extractionis, & carcerationis sit immunis? spectat ad Episcopum. Lycien. 11. *Sep.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 201. Camerinen. 19. *Iunii* 1635. *d. lib. pag* 223. Beneventanâ 8. *Octob.* 1657. *lib. decr. Rocci pag.* 40.

2. Imò cognoscere debet Episcopus Causam non tàm respectu Immunitatis, sed etiàm respectu delicti, & eius qualitatum; an sit de exceptis in Bulla? Oritanâ 16. *Jan.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 151.

3. Cognitio Causæ circà violatam Immunitatem Ecclesiæ, spectat ad Episcopum, in cuius Diœcesi extat Ecclesia; vel facta fuit Immunitatis violatio. Cosentinâ 10. *Iunij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 6.

4. Pariter cognitio supèr Immunitate loci spectat ad Episcopum Diœcesanum. Civitatis Castellanæ 22. *Jan.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 121.

5. Imò iniungitur, ut in Causa violatæ Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ Episcopus procedat non obstantibus Litteris Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regul. Maceraten. 9. *Octobris* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1465.

6. Cognitio an Confugientes gaudere debeant Immunitate? spectat ad solum Episcopum, & Curia Laicalis in hoc est omninò incapax. Nolanâ 6. *Octobris* 1638. *lib.* 3 *decr. Paul. pag.* 75. Meliten. 21. *Jan.* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 151.

7. Causa homicidij commissi in personam Laici in

In Ecclesia Regularium spectat ad Curiam Episcopalem. Senogallien. 14. *Ian.* 1648. *lib.* 4. *dec. Paul. p.* 39.

8. Similiter cognitio causæ super rixa in Monasterio Regularium ortâ inter litigantes coràm Episcopo spectat ad ipsum Episcopum. Adiacen. 18. *Feb.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 98.

9. Sicùt etiàm causa homicidij commissi in Claustro Conventus spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Jn una nullius Terlitij 23. *Decembris* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 20.

10. Causa explosionis sclopi in anditu domus parochialis spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Faventinâ 23. *Mar.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 113.

CAVSARVM MIXTI FORI COGNITIO

1. IN causa Sacerdotis offensi, vel occisi, vti mixti fori, utrumque forum procedere potest in contumacia, at si Curia Episcopalis prævenerit in captura, ipsa sola procedere debet. Aprutinâ 8. *Ap.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 172. Alatrinâ 10. *Iunij* 1664. *lib. decr. Rocci p.* 558.

2. Vterque Judex procedit in causa Laici percutientis Birruarium Curiæ Episcopalis, quandò sententia Episcopi est contumacialis. Assisien. 27. *Feb.* 1674. *lib.* 1. *decr. Altovitì pag.* 902.

3. Jn causa offensæ illatæ Cursori Curiæ Episcopalis datur locus præventioni. Terracinen. 9. *Octobris* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pàg.* 133.

4. Cognitio causæ Coqui Seminarij spectat ad Curiam Episcopalem, quæ prævenit. Vrbevetanâ 12. *Nov.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 34.

5. Cognitio causæ homicidij commissi in personam Clerici, spectat ad Curiam Ecclesiasticam, quæ prævenit per capturam. Dertonen. 10. *Septembris* 1652.

1652. *lib. 4. decr. Paul. pag.* 197.

6. Attentâ absolutione tàm ab excommunicatione, quàm à delicto ser. ser. datâ ab Episcopo, Judex Laicus non potest Oratorem molestare. MontisAlti 15. *Dec.* 1648. *lib. 4. decr. Paul. p.* 66.

7. Absolutus à Curia Episcopali supèr stupris commissis, cum posteà captus fuisset à Birruarijs Curiæ Laicæ Sac. Consulta institit pro declaratione, an Curia Laicalis, procedere posset in eisdem causis tamquàm mixti fori, non obstante prædictâ absolutione, eò quod non intercesserit captura Rei in Curia Ecclesiastica? Eminentissimi Patres prævio examine processus ab eadem Curia constructi, censuerunt benè fuisse absolutum, & excarcerandum, & ampliùs non molestandum. Perusinâ 30. *Septembris* 1704. *lib. 3. decr. Vallem. pag.* 619.

8. Jn iudicio supèr adulterio attendenda est prçventio fori; in iudicio verò supèr separatione thori, spectat cognitio ad Judicem Ecclesiasticum. Castren. 20. *Sep* 1634. *lib. 3. decr. Paul. pag.* 99.

9. Episcopus fecerat præceptum de non conversando cuidam viro cum alia coniugata, cùmque idem Episcopus non haberet proprios Executores, Baroncellus Civitatis illos simùl carceravit, quarè Episcopus significavit Judici Laico, ut illos retineret ad dispositionem suæ Curiæ: sed hoc non obstante eos relaxavit. Petente mox Episcopo declarari, an Ministri Curiæ Laici, qui cooperati sunt ad excarcerationem Censuras incurrerint? Sacra Congr. respondit: Lectum, cum causa sit mixti fori, & potuerit Judex Laicus procedere. Montis Politiani 27. *Jan.* 1643. *lib. 3. decr. Paul. p.* 195.

10. Jn causa controversiæ vtriusque Curiæ supèr carceratione prætensi adulteri, de ordine Sanctissimi datur Episcopo facultas illum consignandi

gnandi Curiæ Laicali, ſtatim ac fuerit expeditus à præiudicijs, quæ habet in Curia Eccleſiaſtica. Viterbien. 21. Nov. 1693. *lib. 1. decr. Vallem. pag. 87.*

11. Cauſa homicidij commiſſi in confinio duorum locorum, quorum unum ſubeſt in temporalibus Epiſcopo, aliud Duci Laico, attentâ præventione, ſpectat ad Ducem, qui tamen in ſuos tantum poteſt procedere. Bovinen. 23. *Iulij* 1625. *ex Regeſto Scripturarum Veter. pag.* 64.

12. Cauſa homicidij commiſſi à Laico occaſione rixæ intèr Eccleſiaſticos, ſtante præventione, ſpectat ad Curiam Eccleſ. Anagninâ 20. *Auguſti* 1669. *lib. 1. decr. Altoviti pag.* 389.

13. In cauſa homicidij commiſſi à Laico aſſociato à Sacedote, & Clerico, vterque Iudex procedat. Aſculanâ 28. *Apr.* 1671. *lib. 1. decr. Alt. p.* 544.

14. Cauſa rixæ ſecutæ intèr mulieres in Eccleſia, ſpectat ad Gubernatorem, ſtante præventione reali. Signinâ 17. *Iulii* 1663. *lib. decr. Rocci pag.* 496.

15. Cauſa oſculi violentèr illati Puellæ, in qua ipſa dedit querelam ſolùm in Curia Laicali, & eius Mater in utràque Curia, ſpectat ad Curiam Laicalem. Spoletanâ 20. *Iulii* 1688. *lib. decr. Mart. p.* 324.

16. Cauſa violentiæ illatæ Virgini in publica via, datâ præventione in Curia Eccleſiaſtica per carcerationem Rei, licèt datâ fuerit querela in utrâque Curia, ſpectat ad Curiam Eccleſ. Farfen. 30. *Mar.* 1694. *lib. 1. decr. Val. pag.* 113.

CAVSÆ NON SPECTANTES AD SACR. CONGREGATIONEM

1. CAuſa Spolij Palatij Abbatis Secularis facti authoritate privatâ, non ſpectat ad Sacr. Congregationem. Neapolitanâ 17. *Decembris*

 1680.

1680. *lib. 2. decr. Altoviti p.* 2117.

2. Causa vsurpationis bonorum Monasterij Monialium à particularibus factæ non spectat ad Sacr. Cong. Oritanâ 6. *Iulii* 1694. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 133.

3. Quòad res detentas in Monasterio à quâdam Sanctimoniali spectantes ad Personam particularem, causa non spectat ad Sacr. Congr. Tarentinâ 17. *Maii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 1192.

4. Cognitio supèr violentijs illatis Clerico à Baroncello, & Birruarijs authoritate privata, non spectat ad Sacr. Congreg., sed Ordinarius procedat pròut de iure. Sabinen. 31. *Iulij* 1691. *lib. decr. Martel. pag* 750.

5. Quandò agitur de incursu Censurarum vigore *Cap. si quis suadente*; Sacra Congregatio remittit Partes ad Judices suos, Jn eâdem Sabinen., & in Melphien. 25. *Sep.* 1692. *lib. decr. Grimal. p.* 199. Motulen. 18. *Aug.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 239.

6. Itèm causa quòad vulnera inflicta Clerico à Laico in Ecclesia, non spectat ad Sacr. Congregationem. Nullius Atini 18. *Ap.* 1694. *l.* 1. *dec. Val. p.* 119. V. verbo *Baroncellus* n. 3. 4.

7. Sæpè Sac. Congr. remittit causas ad Judices suos. Tropien. 9. *Feb.* 1694. *l.* 1. *decr. Val. p.* 104. *& alibi.*

CAVTIO

1. DE iure Ecclesiastici non possunt cogi à Judice Laico ad præstandam Cautionem. Nucerinâ 11. *Feb.* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 42.

2. Cautio præstita per confugitum, etiàm coram A. C. occasione suæ carcerationis in loco immuni, est delenda, & cassanda. Salernitanâ 25. *Nov.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 18.

3. Similitèr Cautio præstita per vxorem extra-
ĉti

dì ab Ecclesia à Curia Laicali coràm ipsa Curia antè absolutionem Censuratorum est delenda. Nullius Orbetelli 10. *Martii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 30.

4. Idem dic de Cautione extorta supèr bonis quibuscumque Ecclesiasticorum. Aquen. 20. *Feb.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 105.

5. Quandò restituendus Ecclesiæ non habet, vndè det Cautionem de non offendenda parte, à qua nondùm obtinuit pacem, loco Cautionis permittitur exilium, usquè dùm sequatur pax. Tridentina 1. *Dec.* 1670. *lib.* 1. *decr. Altoviti p.* 503.

6. Sic extractus retentus in carceribus ad correctionem, non dimittitur nisi præstitâ Cautione de non offendendo eo, cum quo habuit differentias. Nolanà 10. *Aug.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 2028.

7. Similitèr antequàm restituatur Clericus facinorosus extractus à loco immuni, præcipitur, ut det Cautionem de non offendendo querelantes, & testes. Portuen. 25. *Sep.* 1696. *lib.* 2. *decr. Val. p.* 50.

8. Non est permittendum ab Episcopo, ut per Clericum Militem S. Jacobi detur in foro Laicali Cautio, quod ab Episcopo restituetur Judici Militię. Lauden. 26. *Aug.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 12.

V. verbo *Absolutio* n. 49.
Archipresbyter n. 3.

CEDVLONES

1. PRocedendum est contrà deaffigentes, vel delacerantes Cedulones. Marsicanâ 18. *Junij* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 186. Nucerina 18. *Nov.* 1687. *lib. decr. Martelli p.* 186. Nullius Atini 27. *Apr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 119. Aquen. 3. *Dec.* 1693. *d. lib. pag.* 91. Civitatis Castelli 28. *Sept.* 1694. *d. lib. p.* 148. Verulanà 4. *Junij* 1697.

lib. 2. decr. Vallemani pag. 96.

2. Etiàm procedendum est contrà deturpantes Cedulones. In eadem Civitatis Castelli.

3. Imò contrà lacerantes Cedulones Episcopus reaggravet Censuras. Imolen. 7. *Martij* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 526.

4. Censuratus, qui amovit Cedulones cum spretu à loco, vbi erant affixi, non absolvitur nisi previâ reaffictione eorumdem per ipsummet faciendâ in eodem loco, à quo eos amovit, vbi saltèm unadie remaneant affixi. Faventinâ 26. *Maij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 126.

5. Cedulones non solùm debent affigi contrà Censuratum in loco, vbi commisit delictum: sed transmittendi sunt etiàm ad Ordinarium loci, vbi actualitèr commoratur Censuratus, ut effigere faciat. Brundusinâ 26. *Iulij* 1635. *lib. 2. decr. Paul. p.* 164.

6. Cedulones tamen priùs sunt contrà Censuratum affigendi ab Episcopo in propria Ecclesia, & deindè per litteras requisitoriales certioret Metropolitanum, si Censuratus est extrà suam Diœcesim. Campanien. 13. *Nov.* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 284.

7. Verùm Episcopus S. Marci faciens affigere Cedulones in Civitate Cosentina contrà Ministros Regios ob violatam Jurisdictionem Ecclesiast. irrequisito Archiepiscopo Cosentino, procedat ad novam reaffictionem ipso requisito. In una S. Marci 18. *Iulii* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 639.

8. Vicarius procedat ad affictionem Cedulonum contrà Gubernatorem, qui percussit, & extraxit Birruarium ab Ecclesia, in qua erat expositum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Aversanâ 29. *Sep.* 1622. *ex Regesto Scripturarum Veter. pag.* 35.

9. Iniungitur, ut amoveantur Cedulones, præstita fideiussione de satisfaciendo Partibus post liqui-

quidationem faciendam, attento quod Censurati ex occisione Sacerdotis petierunt humilitèr absolutionem, accesserunt ad Vrbem, & in omnibus contriti, & obedientes se exhibuerunt. Regien. 29. *Sept.* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 268.

10. Stante absolutione data Censurato cum reincidentia, Archiepiscopus amoveat Cedulones. Firmanâ 5. *Oct.* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1654.

11. Delendum est nomen Censurati à Cedulonibus, quatenùs obtinuerit absolutionem de ordine Sac. Congregationis cum reincidentia. Neapolitanâ 14. *Apr.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 925.

12. Attamèn iniungitur reaffictio Cedulonum contrà Gubernatorem, & alios, qui post absolutionem cum reincidentia ex gratia Sanctissimi obtentam, adhùc retinet indebitè Extractum ab Ecclesia in suis carceribus. Nolanâ 2. *Iunij* 1674. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 945.

13. Et etiàm iniungitur, ut contrà malè Absolutos cum reincidentia, defectu facultatis Apostolicæ, Archiepiscopus mandet reaffigi Cedulones. Hydruntina 20. *Septem.* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 193.

CENSVRÆ

1. ALiquandò sustinentur Censuræ latæ sine monitione, & terminis, v. g. ob notorietatem facti scandalosi, & enormitèr læsivi Immunitatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticæ, ut inhibitionis Potestatis Secularis præsentatæ Episcopo, nè procedat. Boven. 18. *Martii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani p.* 142. Neapolitanâ 27. *Maij* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 106.

2. Sustinentur Censuræ declaratæ contrà Ianitorem Civitatis in ipso actu, quò renuit aperire portas

portas Civitatis Episcopo, asserendo se habere ordinem à Domino Civitatis de sic faciendo ipsi Episcopo. Minerbinâ 30. *Ianuarii* 1685. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 408.

3. Procedendum ad Censuras contrà Laicos ob recognitionem Confugitorum in loco immuni. Cosentinâ 23. *Aug.* 1632. *lib.* 2. *dec. Paul. pag.* 130.

4. Similitèr procedendum ser. ser. ad Censuras contrà insultantes Curiæ Ecclesiasticæ. Caputaquen. 13. *Oct.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 44.

5. Incurrunt in Censuras Deputati sanitatis, & alij, qui tempore pestis tentarunt, vel curarunt, aut acceperunt Monasteria Regularium pro Lazaretorum usu. Florentinâ 21. *Ianuarij* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 72.

6. Incurritur Excommunicatio ob fractionem violentam portæ Ecclesiæ, & extractionem confugiti factam ab aliquo, tamquàm à Persona particulari. Beneventana 12. *Febr.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 4.

7. Incurrunt Excommunicationem Ministri Communitatis, & Vice Princeps ob violentias illatas Ecclesiæ, nàm armata manu, & quasi furore Populi detulerunt in Ecclesiam Bancum, ut vulgò dicitur *Bancone*, ac custodierunt die, ac nocte, impediendo ne clauderetur janua Ecclesiæ, & datur facultas absolvendi, quatenùs humilitèr petatur; reintegrata tamèn Ecclesia cum remotione Banchi. Isernien. 1. *Mart.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 174.

8. Incurrunt Excommunicationem Ministri Curiæ Protectionalis Almæ Domus Lauretanæ, ob carcerationem Balivi Curiæ Episcopalis, & ob monitorium transmissum Vicario Generali, tamquàm turbatori Jurisdictionis Protectionalis. Recinaten. seù Lauretana 29. *Maij* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 25.

9. Censuræ fulminatæ per Episcopum contrà eum

eum, qui dedit votum Curiæ Seculari contrà Capellam, & Economos Confraternitatis, eò quod votum sit Judiciale, sustinentur. Isernien. 2. *Octobris* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1009.

10. Censuræ latæ ab Episcopo contrà Baronem, & Baroncellum, eò quià posuerunt Confugitum in compedibus, & in manicis ferreis in ipsa Ecclesia, sustinentur. Complanà 30. *Maii* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1767.

11 Censuræ fulminatæ ab Episcopo contrà mandatarios, qui violentèr è carceribus Episcopalibus extraxerunt Clericum, sustinentur. Gravinen. 23. *Martii* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 154.

12. Censuræ latæ ob carcerationem laborantium in molendinis Ecclesiasticorum, sustinentur. Neritonen. 6. *Iulij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 132.

13. Censuræ latæ ab Episcopo Aquen. contrà subditos Reipublicæ Januen. eò quià carcerarunt Cursorem exequentem citationem absquè licentia Gubernatoris Reipublicæ, sustinentur. Aquen. 4. *Junij* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 94.

14. Censuræ latæ contrà Laicos carcerantes testes, eò quià se examinarunt in Curia Ecclasiastica, sunt validæ. Militen. 12. *Septembris* 1684 *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 364.

15. An Censuras incurrat Baroncellus, à quo Reus allegans Clericatum, fuit ductus liber ad Vicarium Generalem in Palatio Episcopali? Vide verbo *Palatium Episcopi* n. 11.

16. An incurrat Censuras Curia Laicalis, quandò facto ei præcepto à Ministro Ecclesiastico de non impediendo translationem cadaveris ad locum immunem, non ampliùs obstitit? Vide verbo *Recognitio corporis delicti* n. 20.

FA-

VARII CASUS, IN QUIBUS SAC. CONGR. DECLARAT CENSURAS NON SUSTINERI

1. NOn sustinentur censuræ latæ contrà Birruarios Curiæ Laicalis ob carcerationem Clerici noctu factam, quem ut talem non agnoverant, quemque mane sequenti relaxarunt. Ostunen. 16. *Novemb.* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 252.

2. Item latæ in Gubernatorem ob carcerationem factam in quodam Palatio Abbatiali, in quo Gubernatores consueverunt retinere Reos in carceribus ad eorum custodiam destinatis in eodem Palatio, ut plurimùm habitato etiam ab Affictuariis unà cum suis Uxoribus. In unâ nullius S. Marci 26. *Novemb.* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 194.

3. Itèm latæ contrà Gabellarium, qui in vim duarum sententiarum super manutentione exegerat Gabellam ab Ecclesiasticorum Colonis, à quibus non fuit appellatum, & interim partes deducant iura sua in Sacra Congr. super meritis causæ. Faventinâ 19. *Aug.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 169.

4. Baroncellus Laicus carcerans Clericum coniugatum, quem ut talem non agnoverat, quo cognito statim relaxavit, non constat quod incurrerit Censuras, proindè iniungitur Episcopo, nè illum molestet. Pisauren. 17. *Nov.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 257.

5. Non sustinentur Censuræ latæ contrà Birruarios, qui ducti à Religioso Carthusien. ad revocandum alium Carthusiensem fugitivum, perquisierant Domum habitatam quidem à Parocho, quæ tamen non erat Parochialis Alatrinâ 5. *Maii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 217.

6. Censuræ latæ ab Episcopo ob carcerationem sim-

simplicis affictuarii ejusdem Episcopi factam à Curia Laica, non sustinentur. Terracinen. 30. *Martij* 1666. *lib. decr. Borromei pag.* 154.

7. Itèm fulminatæ contrà Gubernatorem ab Episcopo, eò quia condignam civilem salutationem eius Personæ non exhibuit. Et mandatur Nuncio, ut vocato Episcopo Neapolim, seriò ipsum moneat. Caven. 24. *Ianuarij* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 192.

8. Itèm fulminatæ contrà Gabellarios, qui coegerunt cauponem ad solutionem Gabellæ comestibilium, quæ emerat à Laicis, & posteà retrovendebat in caupona locata ab Episcopo. Andrien. 8. *Aug.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 827.

9. Censuræ fulminatæ ab Episcopo contrà Patruos, qui extraxerunt suum Nepotem Clericum causâ meliùs assecurandi ipsum à suis inimicis, non sustinentur. Avellinâ 24. *Martij* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1221.

10. Similiter censuræ fulminatæ contrà fideiussorem Appaltatoris Gabellarum, eò quia ut pullatus fideiussor debitoris, non refecit indebitè exactū per Appaltatorem à Clericis; non sustinentur, quoad ipsum fideiussorem. Tranen. 6. *Julij* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1415.

11. Item fulminatæ contrà Assessorem Curiæ Laicalis ob mandatum executum contrà res in domo Laici, quamvis prætendantur pertinere ad Clericum filium ipsius Laici. Ostunen. 7. *Junii* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1591.

12. Item fulminatæ ab Episcopo contrà Curiam Secularem pro tempore, quo Sac. Congreg. eidem Episcopo iniunxit, ut supralederet à processu ad ulteriora. Civitatis Castelli 12. *Julij* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1609.

13. Censuræ fulminatæ contrà Regularem, & Inter-

Interdictum appositum eius Conventui, ob resistentiam factam Vicario foraneo volenti perquirere confugitum in dicto Conventu, non sustinentur, defectu facultatis, quæ solis Episcopis competit, & ideò Vicarius Generalis procedat contrà Vicarium foraneum, & alios Violatores Immunitatis Ecclesiasticę. Alexanen. 17. *Dec.* 1680. *l.* 2. *decr. Alt. p.* 2117.

14. Non sustinentur Censuræ latæ ab Episcopo contra impedientes ipsum, ne posset prosequi fabricam controversam à parte, pro se defendendo à servitute novi operis. Castellaneten. 28. *Januarii* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 2143.

15. Censurę fulminatæ contra Clericum ob prętensum recursum ad Regios: sed attentâ probatione, quod recursus non fuit factus à Clerico, sed ab eius consanguineo, non sustinentur; & quia Episcopus condemnavit simul in pœnam pecuniariam, Sacr. Congreg. ordinavit pecuniam restitui. Lycien. 17. *Martii* 1682. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 22.

16. Pariter Censuræ fulminatæ à Metropolitano contra Curiam Episcopalem sui Suffraganei, eo quia in causa Immunitatis non paruit eius Inhibitionibus, non sustinentur. Telesinâ 12. *Ian.* 1683. *lib.* 3. *dec. Altoviti pag.* 131.

17. Censurę latę contrà Ministros subhastantes animalia fraudulenter donata à patre filio Clerico, ad effectum non solvendi onera, non sustinentur. Nuscana 15. *Jan.* 1686. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 526.

18. Sic Censuræ latæ absque declaratoriâ, & probatione criminis lęsivi Immunitatis Eccles. contra Arrendatorem serici, non sustinentur. Nuscanâ 10. *Martii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 3.

19 Similiter non sustinentur Censuræ latæ contrà Birruarios, qui in loco non immuni capturarunt Reum, sed Reus vi traxit Birruarium, semper

tamen

tamèn eum tenentem, ad locum immunem, à quo Birruarij retraxerunt. Hyeracen. 30. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 113.

20. Itèm declaratæ contrà Curiam Laicalem ob carcerationem Clerici coniugati exercentis Artem Lanionis, nèc incedentis in habitu, & tonsura. Terracinen. 19. *Apr.* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 347.

21. Itèm declaratæ ab Episcopo contrà Ministros Laicos ob non consignationem carcerati in habitu Laicali prætensi Clerici coniugati, qui de facto non erat Clericus, sed fide falsâ Clericatum probabat. Melevitanâ 19. *Ap.* 1701. *lib.* 3. *dec. Vall. p.* 347.

22. Itèm fulminatæ contrà Ministros Laicos ob carcerationem Clerici non incedentis in habitu, & tonsura, nèc inservientis Ecclesiæ, sed exercentis artem Aromatariæ, non sustinentur. Soranâ 19. *Aprilis* 1701. *d. lib. pag.* 347.

23. Censuræ declaratæ contrà Laicum, eò quia cùm fuisset citatus coràm Judice Laico à Procuratore Regulari Conventus in causa hæreditatis per modum meræ reconventionis, citavit eumdem Regularem in eadem causa coràm eodem Judice, non sustinentur. Montis Falisci 5. *Julii* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 361.

24. Tandèm non sustinentur Censuræ latæ ab Episcopo contrà Commissarium Legationis Romandiolæ ob carcerationem Sacerdotis examinandi in causa criminali, factam vigore facultatis Eminentissimi Legati habentis speciale Breve Sanctissimi. Imolen. 24. *Aprilis* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 930.

VARII CASUS, IN QUIBUS CENSURÆ DECLARANTUR NULLÆ.

1. Censuræ sunt nullæ, si post interpositam protestationem ferantur absquè nova citatione

tatione. Bisignanen. 19. *Nov.* 1687. *lib decr. Martelli* f. 181. Tudertinâ 13. *Junii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 57.

2. Si ferantur ex prętextu legitimè non probato contrà Gubernatorem, & Actuarium Curiæ Laicalis sub prætextu, quod formaverit Processum Criminalem in quosdam Ecclesiasticos, omissis ex industria titulis Ecclesiasticorum, ut sìc reputati tamquàm Laici, conveniri possent in foro Laicali; quarè Episcopus procedat ex integro. Venefran. 7. *Sept.* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 346.

3. Si ferantur non præmissis debitis probationibus, sed tantùm supèr attestationibus, v. g. circà carcerationem Clericorum. Verulanâ 12. *Julii* 1689. *d. lib. pag.* 496.

4. Itèm, quandò Carcerati fuerunt citati ad personalitèr comparendum, non per Procuratorem. *Ibi.*

5. Quandò non fuerunt citati ad audiendam sententiam. *Ibidèm.*

6. Itèm, quandò non constat, quod sententia declaratoria sit publicata. *Ibidèm.*

7. Si ferantur post biduum à lapsu termini præfixi; debent enim ferri die immediatè sequenti. Auximanâ 13. *Ian.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 196.

8. Quandò post comparitionem, & decretum *Intimetur parti*, circumducta fuit prima citatio. Ostunen. 18. *Martij* 1698. *d. Lib. pag.* 142.

9. In omnibus supradictis casibus Episcopus procedat ex integro. *ubi suprà.*

10. Itèm nullæ sunt, si ferantur antè lapsum termini præfixi. Squillacen. 2. *Junii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 22.

11. Itèm nullæ sunt, quæ fuerunt latæ post comparitionem, vel interpositam protestationem, vel extrà terminum præfixum in monitorio. Narnien. 2. *Decembris* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 89.

Con-

Conversanen. 10. *Februarij* 1699. *d. lib. pag.* 202.

12. Censuræ latæ à Vicario Capitulari contrà Canonicos sunt nullæ, attentâ protestatione facta in termino citationis per eosdem, & à Vicario non attenta, nec admissâ. Minerbinen. 9. *Augusti* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 372.

13. Itèm, quando Censurandi comparuerant intrà terminum Monitorij petentes copiam Processus ad faciendas defensiones, aliàs protestando, & appellando, si ferantur Censuræ, nullæ sunt; & Episcopus procedat ser. ser. ad novam declarationem. Narnien. 2. *Martij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 275.

14. Itèm, si ferantur transacto die præfixo in termino, vel si dies, in quo accusata fuit contumacia, erat festivus. Senogallien. 7. *Iulij* 1699. *d. lib. p.* 231.

15. Et ubì Censurandi protestati fuerint, se ignorasse incurri Censuras, & lædi Immunitatem, datur facultas illos absolvendi in forma privata. *Ibi.*

Vide verbo *Appaltator* n. 2.

16. Itèm, si ferantur post assignatum terminum incongrum, v. g. sex horarum ad dicendum causam &c. in distantia octo milliarum. In una Thelesiarum 13. *Julij* 1700. *d. lib. pag.* 301.

Et tunc datur facultas absolvendi in forma privatâ. *Ibidem.*

17. Aliquando sustinentur, etiam sub assignatione termini trium horarum. Vide verbo *Terminus* num. 6. & seq.

18. Imò etiamsi nullus assignetur terminus. Vide verbo *Censuræ* n. 1. 2.

19. Declarantur nullæ Censuræ latæ in Gubernatorem, qui appræhendit Clericum ad effectum, ut duceretur ad Vicarium, puniendum ob verba injuriosa in ipsum prolata. Camplen. 8. *Iulii* 1698. *lib.*

2. *decr. Vallem. pag.* 160.

Et tunc datur facultas absolvendi ad cautelam in forma privata *Ibidem.*

20. Aliquando nullæ declarantur Censuræ latæ à Curia Episc. contra Ministros Legationis ob carcerationem Pistoris, & Venditoris panis Mensæ Episcopalis, & datur Archiepiscopo Ravennaten. facultas absolvendi dictos Ministros. Faventinâ 20. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 187.

21. Censuræ fulminatæ contrà Clericum, & alios à Viceduce, non habente necessariam facultatem, declarantur nullæ. Signinâ 26. *Apr.* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1571.

CENSURARUM SVSPENSIO

1. Episcopus nequit concedere suspensionem à Censuris in causa violatæ Immunitatis, absque prævia facultate Sanctæ Sedis. Cremonen. 28. *Novembris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 209.

2. Conceditur Ordinario facultas suspendendi Censuras ad tempus. Umbriaticen. 19. *Apr.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 46.

3. Suspensio Censurarum declaratarum cum remotione Cedulonum conceditur ad tempus, ad effectum, ut intrà idem spatium temporis liquidentur, & cum effectu solvantur expensæ, & damna data. Cosentinâ 18. *Decembr.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 259.

4. Itèm conceditur suspensio Interdicti respectu particularis, attentâ relatione Episcopi, ad effectum, ut contrahere valeat matrimonium. Boianen. 10. *Iunij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 5.

5. Aliquandò conceditur suspensio Censurarum ad tempus, ad hoc, ut Censuratus possit deducere sua iura in Sac. Congreg. Tudertinâ 23. *Januar.* 1674.

lib.

lib. 1. *decr. Altoviti pag.* 891.

6. Aliquandò autem suspensis Censuris latis ob prætensam usurpationem bonorum Ecclesiastico-, rum, causa remittitur ad A. C. Anglonen. 30. *Sept.* 1704. *lib.* 4. *decr. Vallem. pag.* 617.

7. Sæpè suspenduntur Censuræ per tres Menses in honorem festivitatum. Lavellen. 26. *Mart.* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 78.

8. Datur facultas suspendendi ad tempus Censuras, non absolvendi ad effectum, ut Fiscalis Regius censuratus procuret Processum à Curia Regia contrà Clericum factum, & illum exhibeat in actis Curię Episcopalis, non obstante allegatâ impotentiâ illum habendi. Catacen. 10. *Iunij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 6. Ragusinâ 9. *Septem.* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 424. Acernen. 27. *Febr.* 1665. *ibi pag.* 610.

9. Conceditur suspensio Censurarum, usquè dùm conficiatur planta loci capturæ. Cassanen. 15. *Dec.* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1316.

10. Censuræ fulminatę ab Episcopo ob carcerationem sui Cursoris, & ob insultum ad eius Palatium, cum carceratione sui Vicarii, & Cancellarii, suspenduntur, cum hęc omnia peracta sint per brachium Seculare invocatum à Curia Metropolitana, & causa remittitur ad Sacr. Congregationem Episcoporum. Motulen. 24. *Ianuarii* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 766.

11. Aliquandò Sacra Congregatio scribit Episcopo, ut transmittat Acta, & interim abstineat à fulminatione Censurarum; & quatenùs eas fulminaverit, suspendat usquè ad novum ordinem. Sarzanen. 24 *Martii* 1627. *lib.* 1. *dec. Paul. pag.* 42. Boven. 28. *Sep.* 1694. *lib.* 1. *dec. Vall. pag.* 150. Ripanâ 16. *Sep.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 176.

12. Aliquandò, ut supersedeat à fulminatione

Censurarum, ex causa percussionis Confugiti, & tentatę extractionis eiusdem à loco immuni, & quatenùs fuerint publicatę, absolvat oratorem cum reincidentia si humilitèr petierit. Gravinen. 6. *Iulij* 1694. *lib.* 1. *decr. Val. p.* 133. Militen. 30. *Iulii d. lib. pag.* 205.

13. Suspensis Censuris, & facta per Baronem renunciatione recursibus ad Judices Laicos, Judex Ecclesiasticus competens procedat super negotio principali. Insulana 25. *Februarii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 138.

14. In Causa Censurarum latarum contrà Advocatum Fiscalem Regię Audientię, iniungitur Archiepiscopo, ut auditis partibus informet, & illas interìm suspendat per duos menses. Baren. 6. *Augusti* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 207.

15. Aliquando super Censuris latis à Curia Episcopali, Sac. Congreg. tribuit Nuncio Apostolico facultatem illas suspendendi pro tempore sibi benevisio. Comen. 6. *Novemb.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem.* & 26. *Febr.* 1695. *d. lib. pag.* 173.

CENSURATI

1. Censuratus non est cogendus ad comparendum personalitèr in quibuscumque caussis, sed pro prudentia, & arbitrio Episcopi, attenta gravitate delicti. Meliten. 2. *Martii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 275.

2. Et quatenùs sufficienter possit probari per Procuratoris comparitionem, non est cogendus ad personaliter comparendum; secùs, si non possit. Ibid. Et in Verulana 12. *Julii* 1689. *lib. decr. Martelli p.* 496.

3. Episcopus non permittat Censuratos se gerere tamquàm si non essent, nisi utantur absolutione cum reincidentia concessa à Sacra Congregatione

juxtà

juxtà temporis limitationem. Insulanâ 30. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 113.

4. Iniungitur Episcopo, ut contrà à se Censuratos ob violationem Immunitatis, & Libertatis Eccles. procedat etiàm mediante aggravatione Censurarum, non obstante Inhibitione, ac Absolutione obtentâ ab A. C. & quocumque alio impedimento. Satrianen. 17. *&* 24. *Ap. d. A. & lib. p.* 117. 118.

5. Contrà Censuratos spernentes Censuras, seù contrà monitos, Episcopus procedat ad vlteriora, assignato illis novo termino ad parendum. Ruben. 11. *Apr.* 1690. *lib. decr. Martelli p.* 509.

6. Contrà Censuratos notorios, qui non curant absolvi, procedendum est ad aggravatorias, & reaggravatorias. Aquen. 5. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 91. Regien. 2. *Ian.* 1694. *d. lib. pag.* 69. Nullius Montis Virginis 19. *Iulii* 1695. *d. lib. p.* 203. Lauden. 6. *Dec. d. A.*, *& lib. p.* 234. *& alibi.*

V. verbo *Gubernatores Excommunicati* n. 12. & seq.

7. Contrà Censuratos, vltrà aggravatorias, & reaggravatorias, Episcopus vtatur alijs remedijs permissis, nempè ut diebus festivis fiat publicatio intèr Missarum solemnia. Aprutinâ 21. *Martij* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 243.

8. Contrà Judicem censuratum, qui non se gerit ut excommunicatum, audiendo Sacrum, & interveniendo functionibus sacris, licèt absolutum à Confessario vigore Jubilæi, & à quodam Vicario Nullius, procedat Vicarius ad aggravatorias, & reaggravatorias in omnibus locis, vbì excommunicatus exercet Jurisdictionem. Conversanâ 8. *Iulij* 1692. *lib. decr. Grimaldi p.* 155.

Vide verbo *Accessus ad Urbem* n. 8.

9. Publicationes Excommunicatorum, ut evitentur, fieri debent diebus festivis. Beneventanâ

15. *Iulii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 22. Colentinâ 13. *Octobris d. A.*, & *lib. pag.* 44.

10. Contrà Excommunicatum, qui contemnit Censuras, Episcopus conficiat Processum, & transmittat Ministro S. Inquisitionis. Minerbinâ 30. *Ianuarii* 1685. *lib.* 3. *decr. Altov. pag.* 408.

11. Excommunicatus non debet admitti in petitorio coràm Curiâ Episcopali, nisi præcedente Absolutione. Sancti Severini 22. *Maii* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1394.

12. Excommunicati contumaces non audiuntur, nisi paruerint. S. Agathæ Gothorum 19. *Sept.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 91.

13. Excommunicati non sunt absolvendi, nisi refectis damnis, & expensis interesse habentibus. Theatinâ 5. *Martii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 141.

14. Electionem Excommunicati in Priorem Confraternitatis Archiepiscopus authoritate sua ordinariâ declaret esse nullam, & tamquam contrà insordescentem procedat ad vlteriora, proùt de iure. Mediolanen. 13. *Aug.* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 114.

15. Excommunicato Episcopus neget sepulturam in loco Sacro ad formam *Cap. à nob.* 2. *de Sent. Excommunic.* Catacen. 11. *Augusti* 1631. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 85.

16. Ministri Laici censurati ob capturam Clericorum, etiamsì posteà excarceraverint, monendi sunt de Censurarum incursu;& nisì petant absolutionem, compellantur per Censuras. Januen. 5. *Maij* 1674. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1394.

17. Censurato à proprio Episcopo petenti absolvi ab alio Episcopo, Sac. Congreg. rescribit: Se præsentet omninò proprio Episcopo. Soranâ 24. *Aprilis* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 935.

18. Quandò Excommunicati sunt multi, si unus faciat

faciat depositum pro satisfactione expensarum pro suâ quotâ, conceditur ex gratia facultas ipsum absolvendi. Signinâ 28. *Maij* 1678. *l.* 2. *dec. Alt. p.* 1585.

19. Aliquandò Episcopus facit Censuratos monere per Confessarios de incursu Censurarum.

Vide verbo *Aragoniæ Regnum*.

20. Presbyter, quamvis censuratus, gaudet Immunitate Ecclesiastica. Aquilanâ 4. *Decembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 16.

21. Ad hoc ut censuratus habens ius Patronatus ad Beneficium, possit præsentare, ne Ecclesia privetur debito servitio, & præsentatio sit valida, datur facultas eum absolvendi ad mensem. Ostunen. 18. *Julii* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 1279.

Vide verbo *Absolutio*.

CENSVS

EDictum Gubernatoris Mediolanen. quoad Censualistas pro reductione Censuum passivorum, non afficit loca pia. Cremonen. 31. *Julii* 1691. *lib. decr. Martelli pag.* 748.

CLERICVS

1. COnventio Clerici de non vtendo privilegio Clericali reijcitur tamquam contraria Immunitati, & Libertati Ecclesiasticæ. Dertonen. 18. *Iunii* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 98.

2. Clerici confugientes ad Ecclesiam gaudent Immunitate Ecclesiasticâ. Romanâ 17. *Ianuarii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 79.

3. Clericus percussor alterius Clerici confugiens ad Ecclesiam gaudere debet Immunitate. Sulmonen. 9. *Oct.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 236.

4.

4. Clerico licet exercere negotiationem in bonis proprijs, in alienis verò stante necessitate præcisâ dumtaxat cum facultate Ordinarii, ut in sequenti. Tricaricen. 28. *Maij* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 2.

5. Clerici non possunt conducere bona nisi pro eorum necessariâ sustentatione ab Ordinario declarandâ; & priùs petenda est licentia à Sac. Congregatione Concilij. Tranen. 30. *Maii* 1628. *d. l. p.* 95.

6. Clericus gerens munus Commissarij Nunciaturæ gaudet privilegijs Clericalibus. Troianâ 24. *Ianuarij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 110.

7. In dubio de Clericatu Rei restituti à Curiâ Laicali, Episcopus procedat proùt de jure ser. ser. ad declarationem citato Fisco Laicali, & ante sententię executionem certioret Sac. Cong., ac cautè custodiat. Meliten. 5. *Maii* 1699. *l.* 2. *dec. Val. p.* 218.

CLERICUS QVOAD FORVM

1. CLerici pro oneribus, & impositionibus, ad quę, & ad quas de jure tenentur, compellendi sunt solùm per Judices Ecclesiasticos. Britinorien. 23 *Iulij* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 189.

2. Clericus gaudet privilegio fori, non obstante irregularitate contractâ ob homicidium. Alatrinâ 13. *Augusti* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 112.

3. Clerici non possunt citari ad forum Laicale. Nullius Montis Cassini 6. *Aug.* 1695. *l.* 1. *dec. Val. p.* 170.

4. Etiamsi Clericus non habeat requisita S. Conc. Trid remittendus est Episcopo illum repetere volenti. Tudertinâ 12. *Sep.* 1645. *l.* 3. *decr. Paul. p.* 262.

5. Simplex Clericus inquisitus in Curiâ Baronali de gravi delicto in officio Gubernatoris à se exercito, etiamsi Gubernium habeat adnexum exercitium pœnæ sanguinis, gaudet privilegio fori.

Fir-

Firmanâ 19. *Febr.* 1669. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 318.

6. Clericus carceratus est consignandus Curiæ Eccles.non obstante appellatione interposita.Januen. 10. *Maij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 90.

7. Clericus gaudet privilegio fori quòad personã, etiamsi post delictum, & processum, Clericatum assumpserit. Januen. 16. *Dec.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 191. Regien. 28. *Maii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 2.

8. Clerici non possunt cogi ire ad certum molendinum, vel furnum. Faven. 13. *Julii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 37.

9. Nec possunt ligari à Constitutione, seù Statuto Laicali permittente viam executivam pro dote. Beneventanâ 19. *Jan.* 1638. *d. lib. pag.* 52.

10. Clerici, qui carcerantur, nullo modo transmittendi sunt ab Ordinario ad carceres Laicales, quandò habet proprios tutos, sed retinendi sunt in carceribus Ecclesiasticis. Nullius Altamuræ 18. *Julii* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 156.

11. Clericus successor Laici non ligatur instantiâ inchoata coràm Judice Laico. Nullius 27. *Septembris* 1632. *Lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 140. Hyeracen. 12. *Octobris d. Anni, & lib. pag.* 142.

12. Non obstante, quod Clericus beneficiatus Eques Hierosolymitanus prætensus Monetarius carceratus à Curia Laica sit conductus extrà Diœcesim, Diœcesanus vindicet, & procedat proùt de jure. Neapolitanâ 18. *Dec.* 1674. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 1041.

13. Clericus omninò restituendus, & consignandus est Curiæ Archiepiscopi, qui posteà poterit eum dimittere ad suam liberam dispositionem, vel in carceribus Laic., vel in Triremibus, in quibus detinebatur, procedendo successivè ad cognitionem delictorum, & condemnationem eiusdem proùt juris. Januen. 12. *Feb.* 1645. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 5.

14 An

14. An Clerici comprehensi sint in Brevi S. M. Vrbani VIII. facultativo Judicibus criminalibus Vrbis Reos furto confessos torquendi, & examinandi de alijs furtis in genere, de quibus non extant judicia? Sac. Congreg. licèt *die* 16. *Feb. A.* 1677. decreverit non comprehendi; attamèn *die* 30. *Martii d. A.* recessit à decisis, & dixit comprehendi *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1668.

15. Suppositâ renunciatione legitima facta per Clericum Clericatui, & quod fuerit ab Episcopo Diœcesano acceptata, nequit gaudere privilegio fori. Militen. 24. *Iulii* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 286.

16. Clericus non incedens in habitu, & tonsura, & vivens scandalosè, non gaudet privilegio Clericali, prævià adhibita monitione. Neapolitanâ 13. *Nov.* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 288.

17. Clericus non incedens in habitu, & tonsura, imò exercens indigna Statui Ecclesiastico, præsentando Bannitos Curiæ Seculari, ex quibus aliqui capitalitèr puniuntur, exequendo per se ipsum aliquandò carcerationes, nec non exercendo officium Cancellarij Laici, non debet gaudere privilegio fori. Fundanâ 30. *Julii* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2020.

18. Clericus incedens in habitu, & tonsura Advocatus Consistorialis, & Pauperum, etsi non sit adscriptus alicui Ecclesiæ particulari, nec ei inserviat, gaudet privilegio fori, & exemptione ab oneribus, & impositionibus Laicorum. Taurinen. 15. *Februarii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 27.

19. Clericus provocans fratrem Laicum ad divisionem, convenire debet coràm Judice Laico, uti Judice Rei conventi. N. N. 9. *Octobris* 1635. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 235.

20. Clericus laudatus non potest declinare forum Judicis Laici, quandò sententia dirigitur contrà

trà

trà laicum laudantem ; secùs si dirigatur contrà Clericum laudatum. Boianen. 4. *Sep.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 128.

21. Clericus vocatus in Curia Ecclesiastica pro divisione à proprio Fratre, qui ut eluderet judicium, & Jurisdictionem Ecclesiasticam, renunciavit in manu cuiusdam Episcopi Clericatum, & Beneficium, & posteà uti Laicus introduxit contrà Fratrem alia judicia coràm Judice Laico, nisi infrà mensem renunciet comparitioni coràm Judice Laico, & præstet legitimum consensum in jurisdictione Judicis Ecclesiastici quòad causam introductam, Vicarius Capitularis procedat. Neapolitanā 18. *Julii* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 637.

22. Iniungitur Episcopo, ut præcipiat Clerico, quod abstineat ab Officio Prioratus Communitatis, alitèr renunciet Clericatui; simile præceptum faciat alijs Clericis ad similia Officia publica imposterùm electis. Montis Falisci 18. *Octob.* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 2276.

23. Cum Promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ proposuisset infraposita dubia, scilicèt:

I. An liceat Superioribus Laicis ordinare, quod non imbussolentur Clerici simplices in Bussolo Magistratuum?

II. Posito, quod sint imbussolati dicti Clerici, an possit à Superioribus Laicis negari eos admittere ad possessionem Officij Magistratus, ad quod fuerunt extracti?

III. An debeat permitti in Libris publicis Communitatis registrari Litteras continentes prohibitiones, & ordines Superiorum Laicorum contrà Clericos tàm quòad primum, quàm quòad secundum dictorum casuum?

IV. An à Superioribus Laicis possit fieri præceptum

14. An Clerici comprehensi sint in Brevi S. M. Vrbani VIII. facultativo Judicibus criminalibus Vrbis Reos furto confessos torquendi, & examinandi de alijs furtis in genere, de quibus non extant judicia? Sac. Congreg. licèt *die* 16. *Feb. A.* 1677. decreverit non comprehendi; attamèn *die* 30. *Martii d. A.* recessit à decisis, & dixit comprehendi *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1668.

15. Suppositâ renunciatione legitima facta per Clericum Clericatui, & quod fuerit ab Episcopo Diœcesano acceptata, nequit gaudere privilegio fori. Militen. 24. *Iulii* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 286.

16. Clericus non incedens in habitu, & tonsura, & vivens scandalosè, non gaudet privilegio Clericali, prævià adhibita monitione. Neapolitanâ 13. *Nov.* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 288.

17. Clericus non incedens in habitu, & tonsura, imò exercens indigna Statui Ecclesiastico, præsentando Bannitos Curiæ Seculari, ex quibus aliqui capitalitèr puniuntur, exequendo per se ipsum aliquandò carcerationes, nec non exercendo officium Cancellarij Laici, non debet gaudere privilegio fori. Fundanâ 30. *Julii* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2020.

18. Clericus incedens in habitu, & tonsura Advocatus Consistorialis, & Pauperum, etsi non sit adscriptus alicui Ecclesiæ particulari, nec ei inserviat, gaudet privilegio fori, & exemptione ab oneribus, & impositionibus Laicorum. Taurinen. 15. *Februarii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 27.

19.* Clericus provocans fratrem Laicum ad divisionem, convenire debet coràm Judice Laico, uti Judice Rei conventi. N. N. 9. *Octobris* 1635. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 235.

20. Clericus laudatus non potest declinare forum Judicis Laici, quandò sententia dirigitur con-

trà

trà laicum laudantem; secùs si dirigatur contrà Clericum laudatum. Boianen. 4. *Sep.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 128.

21. Clericus vocatus in Curia Ecclesiastica pro divisione à proprio Fratre, qui ut eluderet judicium, & Jurisdictionem Ecclesiasticam, renunciavit in manu cuiusdam Episcopi Clericatum, & Beneficium, & posteà uti Laicus introduxit contrà Fratrem alia judicia coràm Judice Laico, nisi infrà mensem renunciet comparitioni coràm Judice Laico, & præstet legitimum consensum in jurisdictione Judicis Ecclesiastici quoad causam introductam, Vicarius Capitularis procedat. Neapolitanã 18. *Julii* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 637.

22. Iniungitur Episcopo, ut præcipiat Clerico, quod abstineat ab Officio Prioratus Communitatis, alitèr renunciet Clericatui; simile præceptum faciat alijs Clericis ad similia Officia publica imposterùm electis. Montis Falisci 18. *Octob.* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 2276.

23. Cum Promotor Fiscalis Curiæ Ecclesiasticæ proposuisset infrapòsita dubia, scilicèt:

I. An liceat Superioribus Laicis ordinare, quod non imbussolentur Clerici simplices in Bussolo Magistratuum?

II. Posito, quod sint imbussolati dicti Clerici, an possit à Superioribus Laicis negari eos admittere ad possessionem Officij Magistratus, ad quod fuerunt extracti?

III. An debeat permitti in Libris publicis Communitatis registrari Litteras continentes prohibitiones, & ordines Superiorum Laicorum contrà Clericos tàm quoad primum, quàm quoad secundum dictorum casuum?

IV. An à Superioribus Laicis possit fieri præ-

ceptum

ceptum dictis Clericis, ne ingrediantur Magistratum, quandò extracti sunt?

V. An à Superioribus Laicis possit fieri decretum, aut aliud actum judiciale, quo Clerici declarentur incapaces exercendi munera publica, etiamsì ipsis Clericis sint à Sac. Canon. prohibita?

Sac. Congregatio respondit:

Ad primum posse præcipere Laicis sibi subditis, nè imbussolent Clericos.

Ad II. posse.

Ad III. posse, dummodò ordo non feratur directè in Clericos.

Ad IV. & V. negativè. Firmanâ 20. *Dec.* 1667. sed registratæ in una Aquipendij 23. *Sep.* 1692. *lib. decr. Grim. pag.* 195.

Adverte, quod resolutiones præfatæ in Firmana sunt datæ pro Clericis simplicibus, & in Causa Aquipendij pro Clericis Coniugatis.

Vide verbo *Consilia*, *& Consiliarij.*

CLERICVS QVOAD EXEMPTIONES

1. Clericus non tenetur ad onera, nisi ea sint certa, realia, & invariabilia. Camerinen. 17. *Ian.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 80.

2. Clerici gaudent exemptione fructuum, etiàm in bonis eisdem donatis. Laquedonen. 31. *Ianuarij* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 82.

3. Clerici gaudent exemptione pro bonis patrimonialibus in totum, & etiàm pro acquisitis, & donatis. Campanien. 4. *Septembris* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 992.

4. Clerici non tenentur ad gabellas, quandò per alios, vel per se ipsos, absque sui officij detrimento, arti sericæ operam dant cum folijs arborum in

in proprijs bonis exiſtentium. Neocaſtren. 9. *Iunij* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 34.

5. Clerici gaudent privilegio exemptionis à collectis, & oneribus, etiamſi non ſint in Sac. Ordinibus conſtituti. Montis Alti 29. *Maij* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 139. Aquilanâ 27. *Iulii* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 207.

6. Quamvis Civitas eſſet in poſſeſſione immemorabili illos non eximendi, niſi dederint cautionem reſtituendi emolumenta, ſi non promoveantur cum ad legitimam ætatem pervenerint. In eadem Aquilana. *Ibidem.*

7. Clerici gaudent exemptione ab oneribus perſonalibus, & realibus, etiamsì non habeant requiſita Sac. Concilij, cum Concilium Trid. non habentibus dictas qualitates, non adimat, nisì privilegium fori. Firmanâ 10. *Septembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 5. Aſſiſien. 29. *Iunij d. Anni & lib. p.* 141. & 10. *Maij* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 155. In eadem 3. *Oct.* 1634. *d. lib. p.* 203. Aprutinâ 6. *Martii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 218.

8. Clericus gaudet exemptione pro bonis patrimonialibus in portione eidem tangente. Aſten. 10. *Maij* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 156. Novarien. 23. *Aug.* 1633. *ibi pag.* 169.

9. Clerici etiàm habentes ſolùm primam Tonſuram, vel minores Ordines, ſunt exempti ab impoſitionibus laicalibus. Montis Regalis 10. *Auguſti* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 69. & Montis Alti 10. *Nov.* 1638. *ibi p.* 77. Mutinen. 23. *Auguſti* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 116.

10. Clerici in Minoribus conſtituti viventes ſimùl cum eorum Patribus, non tenentur ad collectas, & alia onera pro bonis ſibi donatis, niſi donationes ſint fraudulentæ, & uti tales per Judicem Eccleſiaſticum declaratæ. Hyeracen. 4. *Julii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 244.

11. Cle-

11. Clerici in Minoribus, etiamsì non se promovere faciant ad Ordines Sacros, gaudent exemptione ab impositionibus. Civitatis Pennæ 21. *Martij* 1656. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 275.

12. Clerici ex solo charactere Clericali gaudent exemptione ab impositionibus, collectis, & alijs oneribus. Fanen. 23. *Iunij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.*19.

13. Etiamsì sint in Minoribus, nec habeant requisita Sacri Concil. In eadem 13. *Augusti* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 23.

14. Etiamsì in susceptione Ordinis protestati fuerint nolle eximi ab oneribus laicalibus. Aprutinà 10. *Sept.* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 196.

15. Pro tempore, quo quis fuit Clericus, non est molestandus pro oneribus, quorum exemptione fruebatur. In una Theatinæ Provinciæ 9. *Septembris* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 89.

16. Clericus eximitur de jure à Datio bonæ tenentiæ. Tricaricen. 28. *Maii* 1626. *lib.*1. *decr.Paul.p.*2.

17. Clericus gaudet exemptione quoad bonam tenentiam, & alia, etiamsì post Clericatum fuerit inhabilis ad servitium ex superveniente infirmitate. Sulmonen. 6. *Maii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 78.

18. Clerici, & Capellani Collegiatæ N. gaudent exemptione, & Immunitate, etiamsì non probentur adscripti ab Episcopo servitio dictæ Ecclesiæ. Lucanâ 22. *Iunii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 50.

19. Clerici sunt exempti à gabellis laicalibus, etiàm pro portione colonica. Ortunen. 24. *Iulij* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 196.

20. Clerici non tenentur ad gabellam impositam pro extractione olei recollecti in suis bonis patrimonialibus, & beneficialibus. Lycien. 24. *Iulii* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 196.

21. Clericus non tenetur ad impositionem Capita-

pitationis ex bonis, & redditibus Patris, cuius impensis vivit. Aquilanâ 4. *Septembris* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 127.

22. Clerici cives Romani possidentes bona in territorio Civitatis Malleani, non tenentur ad solutionem gabellæ extractionis vigore Statuti Laicalis debitæ pro fructibus ex ijsdem bonis recollectis Romam convehendis pro eorum usu. Sabinen. 8. *Aprilis* 1687. *lib. decr. Martelli p.* 80.

23. Clerici tenentur ad onera Cameralia tantùm, in quibus Ecclesiastici sunt specificè comprehensi. Assisien. 28. *Iulij* 1648. *l.* 4. *decr. Paul. p.* 54.

24. Clericis delinquentibus non incedentibus in habitu, nec inservientibus Ecclesiæ, fiat præceptum cum termino competenti sub pœna privationis privilegiorum de incedendo, & inserviendo; quod si non paruerint, Episcopus potest procedere ad illorum privationem ser. ser., qua secuta non possunt gaudere exemptione Clericis competente. Aquilana 5. *Maii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 138.

25. Clerici non gaudent privilegijs Patrimonij Ecclesiastici pro bonis ad suscipiendos Ordines Sacros eis assignatis, donèc non fuerint in Sacris Ordinibus constituti; si verò dicta bona fuerint translata in possessionem eorumdemClericorum sine fraude, de qua Episcopus diligentèr cognoscere debet, gaudent, ut cætera bona à Clericis acquisita, etiàm antè susceptionem Ordinum Sacrorum. Castellaneten. 20. *Mart.* 1662. *l. decr. Rocci p.* 391. Campanien. 4. *Sept.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 992. Pedemontana. 22. *Nov.* 1692. *lib.* 1. *decr. Val. p.* 4.

26. Clericus in Sacris constitutus gaudere debet exemptione etiàm quòad Patrimonium Sacrum, quandò Beneficia per ipsum obtenta non sufficiunt ad congruam eius sustentationem. Auximana 1.

Decembris 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 80.

V. verbo *Patrimonium* n. 3. seq.

27. Clerici non possunt gravari Collectis impositis pro solutione salarij Medici, Chirurgi, & Magistri Grammaticæ super eorum bonis patrimonialibus In una nullius S. Laurentij in Campo 14. *Februarii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 84.

V. verbo *Medicus*.

28. Clericus tenetur ad solutionem gabellæ, quæ à venditore fuit computata in pretio bonorum venditorum; vel eamdem summam tenetur restituere ipsi venditori. Tudertina 23. *Maij* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 252.

CLERICI QVOAD HABITVS REASSVMPTIONEM

1. Clericus etiamsi propria authoritate habitum Clericalem reassumat post delictum, & processum, gaudere debet privilegio fori, & est liberatus à Jurisdictione Judicis Laici quòad personam; quod si subsit fraus, quam Judex Ecclesiasticus cognoscere, & declarare debet, potest Judex Laicus processui finem imponere, & contrà illum realitèr quòad bona procedere. Cosentina 16. *Sept.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 58.

2. Clerici si voluntariè, & expresse deponendo habitum ipsum renuncient in actis Curiæ Episcopalis cum approbatione, & acceptatione Episcopi, & cum declaratione, quod absque illius licentia habitum non reassument, non possunt propria authoritate ipsum reassumere. Mazzanen. 16. *Decembris* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 192.

3. Clerico licet reassumere habitum absque alia licentia Episcopi. Oritana 18. *Augusti* 1654. *lib.* 5. *decr. Paulucci pag.* 50.

4.

4. Reassumens habitum, & tonsuram post prætensum delictum à se commissum, gaudere debet privilegio fori Ecclesiastici tàm quòad personam, quàm quòad bona, etiàm ex constitutionibus Regni. Marsicanâ 11. *Dec.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 297.

Vide verbo *Habitus Clericalis* per totum.

CLERICI DOMICILIARII

1. Clerici Domiciliarij, idest, qui ratione Domicilij decem annorum à Curia Archiepiscopali declarantur Neapolitani, comprehenduntur in concordia facta cum beneplacito Apostolico supèr franchitia à Civitate cum Capitulo, & Clero, & ideò eis debentur franchitiæ farinæ, vini, olei, & aliorum commestibilium. Neapolitanâ 31. *Julij* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 975.

2. Clericis Domiciliarijs debetur franchitia, quandò ab Archiepiscopo summariè declarati sunt, vel declarandi erunt verè, & legitimè contraxisse Domicilium. In eadem 19. *Decembris* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 700.

3. Repropositâ causâ Sac. Congr. stetit in decisis *die* 19. *Dec.* 1690. scilicèt deberi franchitias Ecclesiasticis, qui ab Em. Archiepiscopo summariè declarati, vel declarandi sint verè, & legitimè contraxisse Domicilium ad effectum participandi in pecunia, quæ erogatur à Civitate Neapolis juxtà præfatam concordiam pro franchitijs A. 1617. Neapolitanâ 26. *Feb.* 1692. *lib. decr. Grim. pag.* 93.

CLERICI CONIUGATI QUOAD PRIVILEGIUM FORI, ET CANONIS

1. Clerici coniugati gaudent privilegio Canonis, & fori tantùm. Bovinen. 29. *Dec.*

1625.

1625. *lib. Scripturarum Vet. pag.* 76.

2. Clerici coniugati habentes requisita *Cap. Unic. de Cleric. coniug. in* 6. gaudent privilegio fori. Lycien. 28. *Maij* 1626 *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 1. Neritonen. 17. *Ian.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 80. Anglonen. 18. *Iunii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 4. S. Severinæ 19. *Apr.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 26.

3. Unanimi consensu Sac. Congregatio approbat opinionem, quod Clericus coniugatus gaudeat privilegio fori, etiàm in merè civilibus. Caputaquen. 24. *Nov.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 214.

4. Sac. Congr. approbat formulam sententiæ promulgandæ per A.C. pro exemptione Privilegij fori Clericorũ coniugatorũ, additis tamèn verbis, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, quàm etiàm in mixtis. Caputaquen. 21. *Junii* 1644 *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 229.

5. Supèr quæsitis propositis à Barone Loci Marciliinacæ, an scilicet exemptio à pœna prò damnis illatis competat Clericis, etiàm coniugatis? item, an prædicti Clerici gaudeant privilegio fori, non modò in causis criminalibus, sed etiam in civilibus? Sac. Congreg. respondit:

Ad I. affirmativè, concurrentibus requisitis.

Ad II. etiàm affirmativè concurrentibus requisitis, & attentâ consuetudine. Neocastren. 29. *Aprilis* 1704. *lib.* 4. *decr. Vallemani pag.* 577.

6. Clerici coniugati gaudent privilegio fori, etiàm in Causis merè civilibus dependentibus à criminalitate. Bovinen. 27. *Feb.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 29.

7. Imò in Causis merè civilibus etiàm non dependentibus à criminalibus. Bovinen. 2. *Julij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 47. Oppiden. 27. *Sept.* 1632. *ibi p.* 140. In eadem 11. *Sept.* 1634. *ibi p.* 201. & 6. *Maii* 1635. *p.* 219. Squillacen. 19. *Ian.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 53. Rossanen. 23. *Martii* 1638. *ibi pag.* 57.

8. Cle-

8. Clerici coniugati non possunt conveniri coràm Jùdice Laico. Montis Casini 22. *Dec.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 163.

9. Et sìc Clerici coniugati ad solutiones, ad quas de jure tenentur, non possunt cogi, nisì coràm Judice Ecclesiastico. Rossanen. 23. *Martii* 1638. *lib.* 3. *dec. Paul. pag.* 57 Nazaret. 15. *Iunij* 1638. *ibi p.* 64.

10. An Clerici coniugati reassumentes habitum Clericalem post exercitium Officiorum Laicalium, gaudeant privilegio fori; Sac. Congr. respondit: Episcopus se conformet dispositioni *Capit. Unic. de Cleric. coniug. in* 6., *& Sac. Concil. Triden Sess.* 23. *Cap.* 6. *de Reformatione*. Polcastren. 11. *Septembris* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 681.

11. Clericum coniugatum carcerantes excommunicantur. Hydruntinà 18. *Dec.* 1694 *pag.* 162.

12. Clericum coniugatum Episcopus tueri debet, ne vexetur à Curia Laica. In eadem 27. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 199 Bisignanen. 15. *Novemb.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani p.* 628. *& alibi.*

13. Invocato etiàm, quatenùs opus sit, brachij Secularis auxilio. Nucerinà 9. *Februarii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 105.

14. Clericus verò coniugatus non habens requisita *Cap. Unic. de Cleric. coniug. in* 6. non gaudet privilegio fori. Civitatis Castelli 20. *Dec.* 1661. *lib decr. Rocci p.* 37. Reatinà 13. *Aug.* 1704. *lib.* 3. *decr. Val. p.* 602.

15. Verùm, qui indulto Apostolico dispensatus fuit ab obligatione incedendi in habitu, & tonsura, gaudet privilegio fori. Fulginaten. 18. *Oct.* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1861.

16. Clericus coniugatus habens omnia requisita, excepto quod non constat de deputatione ad servitium Ecclesiæ certæ, & particularis, inserviens tamèn Ecclesiæ in genere, gaudet fori privilegio.

Anconitanâ 24. *Maii* 1701. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 353.

17. Clericus coniugatus non incedens in habitu, & tonsura, imò exercens officium Gubernatoris armorum, conventus in Curia Capitolina, ubì acquievit ad plures Actus, sed posteà petens gaudere privilegio fori, remittitur à Sac. Congr. ad eamdem Curiam Capitolinam. Romana 11. *Ianuarij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 167.

18. Clericus coniugatus habens servitium militare cum functionibus merè militaribus, & laicalibus, non retinet privilegia *Cap. Vnic.* &c. Asculanâ 10. *Feb. &* 26. *Maij* 1699. *lib.* 2. *decr. Val. pag.* 222.

19. Clericus coniugatus non gaudet privilegio fori, quandò non incessit in habitu, & tonsura, ac fuit Capitaneus Militiæ, & incubuit mercaturæ. Assisien. 28. *Jan.* 1681. *lib.* 2 *decr. Alt. p.* 2142.

20. Clericus coniugatus exercens artem Merciariam cum mensuris fraudolentis, puniendus est ab Ordinario. Firmanâ 17. *Decembris* 16[illegible]. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 235.

21. Clericus coniugatus non incedens in habitu, & tonsura, munus Cancellarij Curiæ Laicalis exercens solùm prò interìm, etiàmsì non præcesserint admonitiones, non potest allegare privilegium fori, salvo tamèn iure Episcopo repetendi. Anagninâ 16. *Sep.* 1687. *lib. decr. Mart. p.* 152.

22. Clericus coniugatus nunquàm incedens in habitu, & tonsura, nec inserviens Ecclesiæ, & exercens artem ruralem, non gaudet privilegio fori. Sabinen. 13. *Sep.* 1701. *lib.* 3. *decr. Val. p.* 379.

Vide verbo *Clericus quòad forum* n. 23.

23. Clericus coniugatus exercens artem lanionis; incedens in habitu, & tonsura, captus à Curia laicali ob fraudem ponderis, non gaudet privilegio fori, & Curia laicalis procedat. Terracinen.

nen. 19. *Apr.* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 347.

24. Clericus coniugatus, qui post fugam à Triremibus, ad quos à suo Episcopo damnatus fuerat ad septemnium: ob nova delicta carceratus fuit à Curia Laic., remittendus est Episcopo, qui posteà remitti faciat ad Triremes. Et cum Sanctissimo pro novis delictis, si de illis sufficientèr constiterit, ut puniatur pœnà Triremium ad vitam. Melevitanâ 15. *Dec.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 216.

25. Clericus coniugatus remex voluntarius, vulgò *Bonavoglia*, non gaudet privilegio fori, sed solùm privilegio Canonis quòad pœnam sanguinis. Melevitanâ 7. *Sep.* 1688. *lib. decr. Mart. p.* 343.

26. Quòad Clericum coniugatum, qui per plures annos, nec in habitu incesserat, nec alicui Ecclesiæ inservierat, Episcopus procedat ad declarationem prout de iure. Tiburtinâ, seù Romanâ 10. *Februarij* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 203.

27. Clerici coniugati docere debent de requisitis intrà terminum ab Episcopo assignandum. Lycien. 14. *Jan.* 1698 *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 132. Anconitanâ 31. *Aug.* 1700. *d. lib. pag* 309.

CLERICI CONIVGATI QVOAD ONERA

1. Clerici coniugati gaudent exemptione ab oneribus personalibus, & alijs de consuetudine competentibus. Lycien. 28. *Maii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 1. Neritonen. 17. *Jan. d. A. & lib. pag.* 80. Anglonen. 18. *Junii d. A. & lib. pag.* 4. S. Severinæ 19. *Apr.* 1627. *d. lib. pag.* 46. Squillacen. 27. *Aug.* 1627. *d. lib. pag.* 64. Laquedonen. 22. *Julii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 51. Oppiden. 11. *Sept.* 1634. *Ibi p.* 201.

2. Clerici coniugati sunt exempti ab onere Ca-

pitationis tamquàm merè personali, etiamsi exerceant aliquam artem, dummodò non sordidam, sed honestam. Oppiden. 21. *Nov.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p* 238. Squillacen. 19. *Ian.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 53. Tridentinâ 18. *Nov.* 1687. *lib. dec. Mart. pag.* 188.

3. Clerici coniugati de iure communi gaudent privilegio exemptionis ab oneribus, & servitijs personalibus, & militaribus; ac propterea Sac. Congr. censuit suspendendam esse executionem Brevis S. M. Vrbani VIII. 28. *Iulij* 1642. concessi, quo dicebatur concessum esse Magno Magistro compellere posse Clericos coniugatos ad prestanda servitia militaria, & ab ipso Magno Magistro iustificanda esse in eo enarrata, quod scilicet Laici sint insufficientes ad eadem onera, & adsit consuetudo cogendi dictos Clericos ad præfata onera. Melevitanâ 21. *Martii* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 276.

4. Clerici coniugati non tenentur ad solutionem onerum etiàm realium pro tempore decurso antè contractum Matrimonium. Castellaneten. 20. *Martij* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 391.

5. Clerici coniugati sunt exempti in Regno Neapolitano ab onere Focularis, ad formam consuetudinis, quæ viget in quolibet loco, & quæ omninò sustinenda est, etiàm remedijs Sac. Can. Castren. 20. *Martii* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 209. & 10. *Nov. d. A. & lib. pag.* 282. Catacen. 23 *Maij* 1645. *lib.* 3 *decr. Paul. pag.* 251. Rossanen. 19. *Ian.* 1638. *d. lib. pag.* 52. Castellaneten. 20. *Marij* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 395.

Vide verbo *Foculare*.

6. Clerici coniugati non tenentur ad onera imposita pro donativo Regio, datâ consuetudine, quod sint exempti ab oneribus etiàm mixtis, & realibus. Caputaquen. Laquedonen. Oritanâ, & alijs

12. *Dec.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 266. Beneventanâ 27. *Feb.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 271.

7. Clerici coniugati non gaudent exemptione à solutione Collectarum, nisi adsit consuetudo contraria. Aquilanà 25. *Sep.* 1627. *lib.* . *decr. Paul. p.* 65. Camerinen. 28. *Sep.* 1694. *lib.* 1 *decr. Vrl. p.* 84.

8. Clerici coniugati gaudent exemptione à Collectis, & aliis oneribus, etiàm realibus, probatâ concludentèr consuetudine Policastren. 9. *Octobris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 10.

9. Clerici coniugati, circumscriptâ consuetudine ad eorum favorem, de iure communi non gaudent exemptione ab hospitatione Militum, cum sit onus mixtum; sed ex particulari Capitulatione Honorij. Oppiden. 23. *Aug.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 169.

10. Veiùm positâ legitimâ consuetudine gaudent exemptione à Collectis, ab oneribus hospitationis Militum, & contributionis pro eisdem. Hydruntinâ 7. *Aug.* 1640 *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 126.

11. Clericus coniugatus non gaudet exemptione ab oneribus; etiamsi habeat Breve retinendi pensionem, nisi legitimè doceat de consuetudine in contrarium. Firmanâ 23. *Augusti* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 168.

12. Clerici coniugati non gaudent exemptione ab oneribus realibus, nisi succedant loco personalium; vel adsit consuetudo ad eorum favorem. Aprutinâ 6. *Mart.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 218.

13. Similiter Clerici coniugati datà consuetudine gaudent franchitiis. Bissignanen. 9. *Iunii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 33.

14. Clerici conjugati non sunt exempti ab oneribus, etiam mixtis, non concurrente consuetudine legitimâ ad eorum favorem. Cassanen 26. *Iunii* 1644. *lib.* 3. *dec. Paul. p.* 232.

15.

15. Clerici conjugati non sunt exempti, circumscriptâ consuetudine ad eorum favorem, ab impositione taxæ, quæ non sit opus personale. Catacen. 19. *Nov.* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 160.

16. Clerici conjugati tenentur ad gabellas, & taxas auctas, si non adsit legitima consuetudo contraria. Catacen. 6. *Octob.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 211.

17. Clericus coniugatus Indulto Apostolico dispensatus ab obligatione incedendi in habitu, gaudet etiam exemptione ab oneribus personalibus, & aliis, modò in his concurrat consuetudo. Fulginaten. 18. *Octob.* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 1861.

18. Clerici conjugati quoad onus dictum Foculare, doceant de consuetudine non solvendi. Policastren. 19. *Ap.* 1695. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 184.

19. Quoad Bailivam, servetur asserta consuetudo solvendi per Clericos præfatos. *Ibidem.*

20. Quoad hospitationem Militum, non tenentur. *Ibidem.*

21. Quoad onus dictum *la Giornata*, non tenentur. *Ibidem.*

22. Quoad onus dictum *il Donativo*, in casu, de quo agitur, non tenentur. *Ibidem.*

23. Quoad onus dictum *Carne morticina*, pariter non tenentur. *Ibidem.*

CLERICI CONJUGATI QUOAD OFFICIA PUBLICA

1. Clerici conjugati non possunt eligi inviti in Syndicos, & ad alia officia pro regimine communis ab Universitate. Hyeracen. 4. *Julii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 254.

2. Verùm attentâ necessitate Communitatis ex deficientia subjectorum habilium, annuente Sanctissi-

ctiſſimo conceditur facultas Epiſcopo, ut Clerici conjugati cogantur ad exercendum officium Exactoris pro hac vice tantùm, & etiam ex præfata cauſa, mandante Sanctiss., cogatur à Gubernatore ad ſuſcipienda munia publica. Urbevetanà 2. *Iulij* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 160.

3. Paritèr annuente Sanctiſſimo adſtringuntur ad exercenda officia publica, derogatis omnibus privilegiis In eadem 2. *Dec.* 1690. *lib. decr. Martel. pag.* 604.

4. Et denuò attentà deficientià perſonarum ad effectum replendi Buſſulum Magiſtratus. In eadem 6. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 199.

5. Et tandem cum in dicta Civitate Urbevetana Conſiliarij pro majori parte eſſent Clerici conjugati, de mandato Sanctiſſimi datur facultas illos cogendi ad exercenda munia publica. In eadem 10. *Ianuarii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 467.

6. Injungitur Epiſcopo, ut compellat Clericos conjugatos ad officia communitativa, ſi non habent requiſita *Cap. Unic. de Cleric. conjugat.* Camerinen. 25. *Maij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 123.

7. Clericus conjugatus eſt exemptus ab officio Æconomatus. Avellinà 12. *Januarii* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 68.

8. Clerici conjugati habentes requiſita *Cap. Uni. de Cler. coniug.* ſunt capaces intereſſendi conſiliis publicis Communitatis, & ſimilibus. Avellinà 3. *Octobris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 203.

9. Clerici conjugati de rigore Juris admitti debent ad Magiſtratus, & officia Univerſitatis; ſed Epiſcopus pro ſua prudentia curet ipſos voluntariè abſtineri ab hujuſmodi prætenſione, vel ſer. ſer. declaret privatos privilegiis Clericalibus, quatenùs, ut ſupponitur, non incedant in habitu, & tonſura. Viterbien. 27. *Feb.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 273.

10.

10. Clerici conjugati non sunt impediendi quin possint exercere officia publica, ad quæ fuerunt electi, & impedientes consulant conscientiæ suæ; at Episcopus curet prudenter, ne acceptentur dicta officia à Clericis. Tudertinâ 4. *Nov.* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1867. & 6. *Nov.* 1634. *lib.* 2 *decr. Paul. pag.* 207.

11. Clericus conjugatus est capax imbussulari pro Consiliario, non autem pro Magistratu. Sutrinâ 18. *Mart.* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 106.

12. Clericum conjugatum, ut abstineat à munere Syndici Communitatis, Episcopus potest suadere, non cogere. Alatrinâ 6. *Iulij* 1694. *l.* 1. *dec. Val. p.* 131.

13. Aliquandò tamen Clericus coniugatus ob suam incorrigibilitatem ad instantiam Civitatis, prohibetur ab ingressu Magistratus Civitatis. Recinaten. 15. *Mart.* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1547.

Vide verbo *Consilia*, *Consiliarii.*

CLERICUS CÆLEBS

CLericus Cælebs exercens artem medicam gaudet privilegio Clericali. Aquinaten. 20. *Novemb.* 1685. *lib.* 3. *decr. Altov. pag.* 508.

Clericus Cælebs ex facultate Sac. Congr. cogitur ad suscipiendum onus Conservatoris, ad quod fuit extractus. Urbevetanâ 16. *Augusti* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 169.

CLERICI GRÆCI ALBANENSES, SEU ITALO-GRÆCI

1. CLerici Ritus Græci debent gaudere omnibus Libertatibus, & Exemptionibus, seù Immunitatibus, quibus gaudent Clerici Latini. Regien. 27. *Sept.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 140.

2.

2. Clerici conjugati Ritu Græco ordinati, ser.ser. tuendi sunt ad instar Latinorum non conjugatorum. Hydruntinâ 13. *Mar.* 1663. *lib. decr. Roc. p.* 464.

3. Clerici Albanenses gaudent privilegiis Clericalibus, etiamsi post contractum Matrimonium cum unicâ, & virgine, Ordines Clericales susceperint. Bissinianen. 26. *Junij* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 284.

4. Clerici Ritus Græci non possunt declarari per Episcopum Laici, eò quod post contractum Matrimonium Ordines Clericales susceperint. Et illi gaudere debent exemptione etiam ab oneribus realibus. Bissinianen. 24. *Ian.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 242.

5. Clericus, qui priùs primam Tonsuram Ritu Latino, & posteà Ritu Greco eamdem primam Tonsuram, & quatuor Ordines Minores suscepit, & Matrimonium contraxit, gaudere tantùm debet, si non adsit consuetudo contraria, privilegiis *Capit. Unic. de Cleric. conjug. in* 6. Hydruntinâ 20. *Dec.* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 239.

6. Clericus Græcus ordinatus sub Ritu Latino, non gaudet, nisi privilegiis competentibus Clericis Latinis. Rossanen. 11. *Sep.* 1685. *lib.* 3. *decr. Altov. p.* 487.

7. Clerici Albanenses bigami Ritu Græco viventes, non gaudent privilegiis, & exemptionibus à Collectis. Rossanen. 28. *Sept.* 1666. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 44. & 18. *Martii* 1687. *lib. decr. Mart. pag.* 67.

8. Dispensatus verò super bigamiâ à Sede Apostolicâ, attentâ maximè possessione gaudendi, gaudet eadem exemptione ac Clerici Latini. Cassanen. 26. *Sept.* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1843.

9. Clericus Græcus est exemptus à gabella imposita super vino; Et attenta eius paupertate, publicè vendere potest, ut dicitur *l' Acquavita*, absque eo quod possit ab eo prætendi dicta gabella, nec molestari, cùm non sit ars prohibita Clericis. Lycien. 2. *Iulii*

2. *Julii* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 16.

10. Ex decreto *sub die* 16. *Febr.* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 141. Clerici Italo-Græci declarantur exempti à Collectis, attentâ quasi possessione. Cassanen. 2. *Dec.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 189.

11. Episcopus bonificari faciat franchitias Clerico Græco, tàm in præterito, quàm in futurum, ac si fuisset præsens, dummodò eas alibì non habuerit eodem tempore. Lycien. 29. *Nov.* 1692. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 5.

Vide verbo *Filius* n. 6. & seq.

CLERICI SALVATICI

1. SAc. Congreg. certior reddita in nonnullis Regni Neapolitani Diæcesibus, Diaconos, quos vocant Salvaticos, in maximum numerum citrà Ecclesiarum necessitatem, aut utilitatem excrevisse, volens eorumdem exemptionis causam declarare, & fraudibus quibuscumque occurrere, de Sanctissimi D. N. Gregorii XV. mandato, Diaconis Salvaticis huiusmodi pro Ecclesiarum, & Episcoporum servitio retineri, vel in locum quoquomodo deficientium assumi posse in Cathedralibus, seù Superioribus Ecclesiis ad summum quatuor; in Collegiatis, vel Parochialibus duos; in aliis verò Ecclesiis, in quibus Divina celebrantur, si Episcopo videbitur, unum; quos quidem Episcopi prorsùs gratis, & tales, qui omninò per se ipsos, non autem per interpositam personam, servitium debitum præstent; nec ullo modo criminosos, aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant; aliàs, & hi nullo gaudeant privilegio, & eligentes judicium Sedis Apostolicæ severum experientur. Eos verò privilegio Canonis non gaudere; fori autem privilegio in criminalibus, omninò; in civilibus, quoad corporis distri-

ctionem

ctionem tantùm, & Immunitate ab oneribus personalibus; non autem ab aliis, durante servitio, frui debere: sed si alicubi majoribus utantur privilegiis, & immunitatibus ex legitima consuetudine, cuius cognitionem, & declarationem in casu controversiæ eadem Sac. Congr. sibi reservat, illam debere attendi, cognitionem verò aliorum præmissorum ad Ordinarios pertinere hoc præsenti decreto statuit, præcepit, & declaravit *X. Kal. Iulij* 1623. *Lib. Scripturarum veterum pag.*15.

Tanti ponderis est suprapositum decretum, ut infrascriptas Resolutiones Sac. Congr. in confirmationem eiusdem ediderit.

2. Juxtà decretum editum sub Gregorio XV. Clerici Salvatici eligendi sunt ab Episcopo, ideòque electi contrà hoc decretum non debent gaudere privilegio Clericorum Salvaticorum. Ugentinâ 8. *Aprilis* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 75.

3. Decretum editum de Anno 1623. sub Gregorio XV. circà Clericos Salvaticos, est observandum; Et dantur litteræ circulares ad omnes Ordinarios prò illius observantia; & etiàm desupèr scribitur D. Nuncio, ac iniungitur A. C. ut non concedat inhibitiones, nisi ad præscriptum ejusdem decreti, & alitèr concessas revocet. Neapolitanâ, seù Regni 21. *Aprilis* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 200.

4. Itèm quòad numerum Clericorum Salvaticorum, iniungitur observantia ejusdem decreti. Regien. 20. *Sep.* 1667. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 160. Catacen. 25. *Ian.* 1689. *lib. decr. Martelli p.* 414. Melphien. 13. *Martij* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 129. In una nullius Atini 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 175.

5. Quarè si Clerici Salvatici numerum in præfato decreto præscriptum excedant, ad dictum numerum sunt reducendi. Cassanen. 26. *Iulij* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 232.

6.

6. Verumtamèn decretum ſupradictum circà reductionem Clericorum Salvaticorum non comprehendit Diœceſim habentem conſuetudinem, & privilegia ſpecialia in contrarium. Squillacen. 19. *Iulii* 1624. *Ex Regeſto Script. Veterum pag.* 30.

7. In Eccleſijs, in quibus celebrantur ad minus duæ Miſſæ pro qualibet Hebdomada, permittitur deputatio unius Clerici Salvatici pro qualibet Eccleſia. Oppiden. 17. *Martij* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 171.

8. Permittitur Epiſcopo deputare Clericos Salvaticos pro neceſſario ſervitio Eccleſiarum, etiamsì hactenùs in illo loco non fuerint deputati. Caſertanâ 6. *Maij* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 76.

9. Removendi omninò ſunt ab Epiſcopo Clerici Salvatici obligati ad reddenda ratiocinia adminiſtrationis bonorum Publici. Itèm illi, qui ſerviunt per alios, & qui ſunt adſcripti Eccleſijs, in quibus ſemèl tantùm, vel bis in Anno celebratur. Materanen. 13. *Apr.* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 247. S. Severinæ 28. *Aug.* 1663. *d. lib. pag.* 503.

10. Poſito, quod Clerici Salvatici ob violentias eis illatas à Gubernatore renunciaverint eorum privilegijs; Epiſcopus concedat novas litteras Patentales Clericis Salvaticis juxtà numerum præſcriptum in ſupraposito decreto. Catacen. 11. *Septembris* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 657.

CLERICI SALVATICI QUOAD PRIVILEGIUM FORI, ET CANONIS

1. Clerici Salvatici poſitâ conſuetudine gaudent privilegio Canonis. Laquedonen. 22. *Iulij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 51.

2. Clerici Salvatici non gaudent, niſì privilegio fori, exceptâ conſuetudine in contrarium. Anglonen.

glonen. 18. *Junii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 4. Laquedonen. 22. *Julii* 1630. *lib.* 2 *decr. Paul. pag.* 51.

3. Clerici Salvatici gaudere debent, ſuppoſitâ conſuetudine, privilegio fori, tàm in civilibus, quàm in criminalibus. Lancianen. 25. *Nov.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 17.

4. Clerici Salvatici gaudere debent privilegio fori in criminalibus, & in civilibus, nèc non privilegio Capitis, attentâ maximè ſuppoſita conſuetudine. Marturanen 23. *Feb.* 1638. *l.* 3. *decr. Paul. p.* 54.

5. In Diaconos Salvaticos eligi poſſunt nobiliores Civitatis, illique gaudent privilegio fori; at Epiſcopus curare debet, ut ſe abſtineant ab huiuſmodi exercitio. Inſupèr dicti Clerici gaudent privilegio fori in civilibus, & ppropterea coràm Judice Laico nequeunt conveniri. Hyeracen. 4. *Julii* 1645. *lib.* 3 *decr. Paul. pag.* 254.

6. Clerici Salvatici, & alij Miniſtri Eccleſiæ, gaudent ijſdem privilegijs, quibus gaudebant vivente Epiſcopo. Oppiden. 13. *Auguſti* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 2.

7. Clericus inſerviens actualitèr Eccleſiæ, carceratus à Curia Seculari, debet remitti Curiæ Eccleſiaſticæ. Tudertinâ 6. *Maii* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1241

8. Clerici Salvatici ad onera, ad quæ tenentur, non poſſunt cogi, niſi à Judice Eccleſiaſtico. Nazarenâ 15. *Junii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 64.

CLERICI SALVATICI QVOAD ONERA, ET EXEMPTIONES

1 CLerici, & Diaconi Salvatici non tenentur ad ſolutionem pro oneribus perſonalibus, pro mixtis verò, & realibus tenentur, ſi non adſit

consuetudo contraria ad eorum favorem. Cassanen. 26. *Iulii* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 232. Nuscanâ 24. *Aprilis* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 279. Insulanâ 12. *Ian.* 1700. *lib.* 2. *dec. Vallem. pag.* 265.

2. Clerici Salvatici non gaudent exemptione à Collectis, nisi adsit consuetudo ad eorum favorem concludentèr probata. Policastren. 9. *Octobris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 10.

3. Clerici Salvatici non tenentur ad taxam impositam pro custodia Maris, benè tamèn ad taxam pro focu lari, pro salario Medici, pro refectione Pontium, ac Viarum; nèc non ad hospitationem Militum, dummodò non adsit consuetudo in contrarium. Neritonen. 16. *Sept.* 1630. *l.* 2. *dec. Paul. p.* 60.

4 Iidem non sunt exempti à taxa pro solutione salarij Medici, cum non sit onus personale, nisì adsit consuetudo eis favorabilis. Neritonen. 14. *Octobris* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag* 62.

5. Clerici Salvatici non gaudent exemptione ab oneribus realibus, nisì succedant loco personalium. Aprutinâ 6. *Martii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 218.

6. Suppositâ locì consuetudine, quod Clerici Salvatici gaudent Immunitate ab oneribus realibus, & mixtis; Diaconus Salvaticus, quàmvis forensis, gaudere debet pro suis bonis in dicto loco existentibus. Belcastren. 24. *Martii* 1637. *lib* 3. *decr. Paulucci pag.* 28.

7. Diaconi Salvatici non sunt exempti ab hospitatione Militum, & tenentur contribuere in pecunia, vel mobilibus pro dicto Hospitio in alia domo Vniversitatis. Hyeracen. 4. *Iunii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 254.

8. Clerici Salvatici non comprehenduntur in exemptione Ecclesiasticorum facta per Universitatem ab impositione supèr qualibet libra serici, nisi adsit

adsit legitima consuetudo, quod sint exempti ab oneribus realibus, & mixtis. Oppiden 22. *Novembris* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 105.

9. Verùm non tenentur ad taxam, ut dicitur *dell'Impreſtito*, præsertim attentâ consuetudine Bissignan. 19. *Ian.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 52.

10. Clerici Salvatici de familia armata Curiæ Episcopalis possunt arma deferre, nec impediri possunt à Curia Laicali. Tropien. 22. *Iulii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 51.

11. Diaconi Salvatici non possunt inviti ab Vniversitate eligi in Syndicos, & ad alia officia pro regimine Vniversitatis. In eadem Hyeracen. *Ibidèm.*

12. Attentâ consuetudine nunquàm interrupta, Clerici Salvatici Civitatis Militen. sunt immunes ab hospitationis Militum, & ab aliis solutionibus insolitis. Militen. 29. *Septembris* 1624. *in Regestro Scripturarum Veterum pag.* 3.

13. Paritèr Clericis Salvaticis Civitatis Insulanæ in Calabriâ, & Territoriis, competit exemptio ab oneribus Fiscalibus, cum satis constet de consuetudine ad eorum favorem. Insulanâ 8. *Augusti* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 405.

CLERICATVS

1. Episcopus non permittat coactam renunciationem Clericatus à Clericis cælibibus, ac coniugatis, & Diaconis Salvaticis. Neocastren. 24. *Ian.* 1645. *lib.* 3 *decr. Paul. pag.* 243.

2. Clericus detentus in carceribus Ecclesiasticis, cui intimatur, quod non exibit, nisi renunciet Clericatui, sicùt de facto renunciavit, reintegrandus est ad Clericatum. Tranen. 10. *Martii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 31.

V. verbo *Clericus* n. 16. 22. 23., *Carceratlus* n. 9., *Causarum Cognitio* n. 14., *Ritus* per totum, *Episcopus quoad Cleric.* n. 2. & seq.

CLERVS

1. CLerus Secularis, & Regularis, est exemptus à gabellis per Laicos impositis. Vicen. 25. *Maij* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 63.

2. Nec potest soluere, etiàm sponte, gabellas à Laicis impositas, & summæ solutæ sunt restituendæ. Vicen. 15. *Iunij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 65.

3. Nec tenetur contribuere prò Pontibus; respectu verò reparationis aquarum potest concedi facultas, ut pro rata commodi, & vtilitatis privatæ à Judice Ecclesiastico declarandæ, contribuat. Mutinen. 24. *Martii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 29.

4. Clericus debet gaudere exemptione à solutiotione Bonætenentiæ pro bonis, emptis, & donatis. Casertanâ 19. *Aug.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 53.

5. Clericus non tenetur custodias facere occasione suspicionis Turcarum, nisi concurrente præcisâ necessitate. Tranen. 11. *Ianuarij* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 140.

6. Clerus est exemptus à Collecta imposita per Communitatem supèr domibus. Ripanâ 8. *Decembris* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 146.

7. Nec tenetur pro augumento subsidij triennalis, nisì pro proportionabili ratâ iuxâ ratam dicti subsidij expressam in Bulla S. M. Pauli III. Ravennaten. 22. *Julii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 134

8. Itèm ad onus vnius ligni prò qualibet sarcinâ ob servitium Arcis non tenetur. Perusinâ 9. *Octobris* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 132.

9. Clerus quòad onera merè personalia non potest

test cogi ab Episcopo. Bissignanen. 27. *Martij* 1640. *lib. 3. decr. Paul. p. 113.*

10. Nec ligatur bannimentis Magistratus Secularis de petenda licentia accedendi ad proprias vineas tempore vindemiarum, & ideò non tenentur petere præfatam licentiam; & quandò bannimenta ista sint necessaria pro publica vtilitate, & necessitate, Episcopus potest providere mediante suo Edicto. Forolivien. 31. *Maii* 1659. *l. 5. dec. Paul. p.* 92.

11. Clerus pro oneribus, ad quæ tenetur, est cogendus à Judice Ecclesiastico, non autèm à Laico. Vercellen. 26. *Feb.* 1636. *lib. 2. decr. Paul. p.* 245.

12. Clerici consensus pro contribuendo, V. verbo *Contributio* n. 34., *Contributio causa Belli*.

CÆMETERIUM

1. Episcopus cum facultate Sanctissimi procedit ad examinandum Religiosos super qualitate Cœmeterij positi in eorum Claustro. Fanen. 31. *Julii*, *seu* 1. *Aug.* 1691. *lib. decr. Mart. p.* 747.

Vide verbo *Canonicus Regul.* n. 2.

2. Non constat qualitatem Cœmeterij competere Claustro Regularium, per hoc quod unus Testis de visu dicat Annos 20. antea in ipso Claustro fuisse tres sepulturas, quæ tùnc temporis obturatæ, & repletæ sunt, & ossa Cadaverum asportata in Ecclesia. Fanen. 22. *Ap.* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 119.

COLLECTÆ

1. Ab Ecclesiasticis, etiàm spontè dantibus, seu solventibus, non possunt exigi Collectæ laicorum absque incursu Censurarum. Volaterranâ 18. *Dec.* 1629. *lib. 2. decr. Paul. pag.* 21.

2. Collecta imposita à Civitate pro solvendo solito donativo Regis, non afficit Clerum, & Ecclesiasticos. Catanien. 11. *Sep.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 2.

3. Collecta imposita per Ministros Laicos in Ducatu Bavariæ supèr bonis Ecclesiasticis pro expeditione, & manutentione Militum, ob prætensam necessariam defensionem ejusdem Ducatus, & exactio ejusdem forsitàn secuta, est contraria Immunitati, & Libertati Ecclesiasticæ, ac improbata à Sac. Can., & Ordinationibus Concil. generalium, tamquàm facta non servatâ formâ in illis præscriptâ, & signantèr non obtenta prius licentia Sedis Apostol., & ideò est nulla, & invalida, nec licuit illam imponi, & exigi; atque summæ exactæ restituendæ sunt. In una Bavariæ 22. *Aprilis* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 176.

4. Clerus Vercellensis petijt declarari infraposita dubia.

I. An exigentes Collectas pro bonis donatis Ecclesiæ, quandò donationes sunt cum fraude, incidant in excommunicationem?

II. An exigentes pro bonis donatis Ecclesiæ cum conditione solvendi onera, & tributa, etiàm imponenda, incidant in Excommunicationem?

III. An si Cives communi consensu generali, vel speciali, obligent eorum prædia pro Collectis in futurum imponendis, ut ad quoscumque transeant, cum dicto onere transeant; ac propterea Ecclesia acquirens subiaceat? & an Cives dicantur facere contrà Immunitatem, & Libertatem Ecclesiasticam?

IV. An si dictæ Collectæ non solvantur à Clericis, possit à Judice Laico fieri executio contrà eadem bona?

Sac. Congr. censuit:

Ad I.

Ad I. Non incurrere, factâ tamèn prius per Episcopum declaratione supèr fraude donationum.

Ad II. Non incurrere, quandò sub conditione expressa fuerint bona donata Ecclesiæ.

Ad III. Respondit, ut ad proximum.

Ad IV. Per Judicem Laicum non posse fieri executionẽ, sed spectare ad Judicem Ecclesiasticum. Vercellen. 15. *Nov.* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 238.

5. Clerico in Sacris constituto restitui debent Collectæ indebitè exactæ à Ministris Communitatis quòad bona eius Patrimonij Sacri, quamvìs ille promotus fuisset ad Sacros Ordines incæpto iam semestri, in cuius fine dictę Collectę solvendę erant, & etiàm restitui debent eidem summæ exactæ pro Collectis etiàm Cameralibus, exceptis tamèn oneribus privilegiatis. Æsina 5. *Oct.* 1688 *l dec. Mar. p.* 357.

6. Ecclesiastici possidentes bona in loco Gradariæ non tenentur ad Collectam impositam tempore Ducum Vrbinaten. titulo recognitionis vulgò *Regalo*. Pisauren. 26. *Feb.* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 93. & 19. *Augusti pag.* 159

7. Attentâ reintegratione, & prævio consensu partis, absolvitur Regius exactor ob Collectam violentèr exactam à Clerico. Aquilana 11. *Iunii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 166.

V. verbo *Communitas* n. 4.

COLLECTOR SPOLIORVM

V. verbo *Coloni Mensæ Episcopalis* n. 13.

COLLEGIVM

1. Collegium de Propaganda Fide in Vrbe gaudere debet privilegio Immunitatis Ecclesiasticæ, etiàm quòad confugientes. Romanâ 8. *Nov.* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 124.

2. Collegia Societatis Jesu gaudent exemptione Ecclesiastica quòad omnia. Catanien. 3. *Aprilis* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 120.

COLONI ECCLESIASTICORVM, ET RELIGIOSORVM

1. COloni partiarij gaudent privilegio fori. Nullius Atini 17. *Martij* 1695. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 190. & 17. *Maii d. A.* & *lib. p.* 190.

2. Coloni partiarij gaudent exemptione ab exactionibus, & privilegio fori. S. Agathæ 16. *Julii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 8. Faventina 19. *Maii* 1627. *ibi p.* 47. Tudertina 14. *Feb.* 1628, *ibi p.* 84.

3. Coloni partiarij bonorum Patrimonialium Ecclesiasticorum gaudent non solum privilegio fori, & exemptione ab oneribus communitativis pro Animalibus retentis in dictis bonis, & pro fructibus recollectis in eis: sed exemptione ab oneribus personalibus, scilicèt officio Exactoris, Syndici, & Custodiæ carriagij Lignorum, Palearum, & similibus. Firmana 26. *Feb.* 1678. *l.* 2. *dec. Alt. p.* 1534.

4. Attamèn Coloni Ecclesiasticorum non habentes requisita non gaudent privilegio fori, nec exemptione ab oneribus personalibus. Fulginaten. 6. *Febr.* 1677. *lib* 2. *decr. Altoviti pag.* 1341.

5. Coloni partiarij Clericorum, qui non laborant, neque colligunt ex bonis Coloniæ ad vivendum pro majori parte Anni, non gaudent privilegio fori. Tudertinâ 20. *Dec.* 1667. *lib* 1. *decr. Alt. p.* 183.

6 Quòad assertum Colonum partiarium Religiosorum, qui simul erat, ut ajunt, *Socio* cujusdam Clerici, damnatum ad Triremes per Curiam Laicalem ob eximitionem belvarum, & ob homicidium, Sac. Congr. declaravit non gaudere privilegio fori, &

& Curia Laicalis vtatur jure suo. Spoletana 21. *Decembris* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 541.

7. Coloni Ecclesiasticorum non tenentur, nec possunt cogi ad acceptandum officium Syndici Communitatis. Civitatis Castelli 14. *Maij* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1097. Ibidèm 23. *Iunij* 1676. *ibi p.* 1268.

8. An Coloni Ecclesiasticorum possint adstringi à Gubernatore Civitatis ad onera, & munera personalia, ac sordida præstanda, & exercenda, proùt accusare personalitèr, laborare curru, plaustrisque gestare paleas, fænum, ligna, frumentum, vina, aliaque similia facere tàm pro servitio ipsorum, quàm in transitu Militum, & aliorum? Sac. Congregatio censuit Colonos Cleri, seù Ecclesiasticorum non teneri ad servitia sordida, nec ad ea, quæ retrahunt à cultura agrorum Ecclesiasticorum. Cesenaten. 16. *Iulii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 7. Carpien. 19. *Mar.* 1667. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 108.

9. Coloni Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum sunt exempti ab oneribus associandi Milites, seù ut dicitur, *le Guardie*, quæ circumeant loca campestria pro defensione à damnis. Ravennaten. 10. *Februarii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 115.

10. Colonus partiarius Ecclesiæ gaudet exemptione ab oneribus personalibus. Forolempronien. 19. *Decembris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 212.

11. Coloni Personarum Ecclesiasticarum non tenentur ad solutionem alicujus oneris, seù impositionis, etiàm respectu portionis Colonicæ, nec non bobum, & instrumentorum ipsorum Colonorum, si ad culturam bonorum personarum Ecclesiasticarum deserviant. Vercellen. 23. *Ianuarij* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 270.

12 Coloni Ecclesiasticorum non tenentur ad solutionem oneris subrogati in locum Vigiliarum

pro

pro custodia Terræ faciendâ. Faventina 17. *Decembris* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2115.

13. Coloni Personarum Ecclesiasticarum tenentur ad solutionem oneris, ut dicitur, *del Tasso*, pro bonis proprijs dumtaxat. Itèm tenentur ad solutionem oneris unius solidi pro Bobus tantùm proprijs, & non destinatis pro cultura bonorum Personarum Ecclesiasticarum. Non tenentur verò ad solutionem oneris sex denariorum ratione industriæ, & servitij, quod habent ex cultura bonorum Personarum Ecclesiasticarum. Vercellen. 20. *Maij* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 283.

14. Coloni partiarij Ecclesiasticorum non tenentur ad solutionem quatuor denariorum pro Civitate, habitatione, seù foculari, nisi habeant bona extrà, & præter Coloniam Ecclesiasticorum. Vercellen. 12. *Febr.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 6.

15. Coloni Ecclesiasticorum sunt exempti ab oneribus, ut dicitur, *del Carregio*. Mutinen. 12. *Novembris* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 33.

16. Coloni partiarij Cleri non tenentur ad impositiones, & onera occasione hospitationis Militum. Regien. 14. *Dec.* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag* 95.

17. Coloni Personarum Ecclesiasticarum non sunt privandi quasi possessione non solvendi affidas Juris pascendi pro animalibus ipsarum Personarum. Maceraten. 18. *Februarii* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 9.

18. Coloni Ecclesiasticorum sunt exempti ab onere translationis palearum, & alijs oneribus personalibus. Ravenn. 22. *Iunij* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 68.

19. Coloni Ecclesiasticorum non tenentur ad prætensam portionem Colonicam. Taurinen. 25. *Aprilis* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 189.

20. Coloni, & Affictuarij pro fructibus perceptis ex bonis Eccles. gaudent exemptione ab oneribus

bus super Vino, & Molitura. Taurinen. 11. *Septembris* 1634. *lib.* 2 *decr. Paul. pag.* 202.

21. Coloni Monialium non tenentur ad solutionem gabellæ Juris pascendis pro Animalibus Monialium; secùs verò quòad eorum Animalia. Spoletanâ 18. *Julii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 146.

22. Coloni Monialium sunt exempti à solutione Macinatus pro Bobus inservientibus ad culturam bonorum Monasterij pro maiori parte anni. Auximanâ 9 *Nov.* 1631. *lib.* 2 *decr. Paul. pag.* 103.

23. Non tenentur recipere salem à Gabellottis Communitatum Laicalium. Casalen. 9. *Maij* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 607.

24. Sunt immunes ab onere personali unius Corbæ frumenti quolibet anno pro custodia in Arce & ad portas Terræ, dummodò pro maiori anni parte vivant ex fructibus collectis in prædijs Ecclesiasticorum. Faventinâ 17. *Dec.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2115. & 14. *Dec.* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 388.

25. Proceditur contrà Gubernatorem, Ministros, & Executores Curiæ Laic. ob carcerationem Colonorum Mensæ Ecclesiasticæ. In una nullius Atinî 27. *Aprilis* 1694. *lib.* 1. *dec. Vallemani pag.* 119.

26. De ordine Sanctissimi datur facultas obligandi Colonos Ecclesiasticorum ad reparandam viam Flaminiam pro hac tantùm vice, & dummodo non possit deduci in exemplum. Urbinaten. 10. *Decem.* 1692. *lib. decr. Grim. pag.* 9.

27 Denuò ad instàr Litterarum datarum Legato Ferrar. sub die 7. *Febr.* 1693., ijdem Coloni obligantur, ut suprà. Urbinaten. 15. *Maii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 121. Maceraten. 31. *Iulii* 1695. *d. lib. p.* 205.

28. De ordine Sanctissimi datur facultas cogendi Colonos Ecclesiasticorum, & aliorum privilegiatorum ad effectum de quo suprà, attenta urgente ne-

necessitate, & dummodo non transeat in exemplum Vrbinaten. 2. Julii d. lib & A pag. 199.

29. Item Coloni Ecclesiasticorum tùm Secularium, tùm Regularium, & cuiuslibet personæ alio titulo privilegiatæ, adstringuntur præstare opera personalia pro reaptatione Viarum. Camerinen. 3. Septembris d. Anni, & lib. pag. 213.

COLONI MENSÆ EPISCOPALIS

1. Coloni partiarij Mensæ Episcopalis habentes requisita gaudent privilegio fori ratione coloniæ bonorum. Viterbien. 6. Dec. 1627. lib. 1. decr. Paul. p. 75. Cervien. 26. Iunii 1628. ibi p. 97. Sutrinâ 1. Martii 1679. lib. 2. decr. Altov. pag. 1716.

2. Dummodò vivant pro maiori parte anni ex fructibus coloniæ. Vrbanien. 13. Novembris 1668. lib. 1. decr. Altoviti pag. 290.

3. Et ità gaudent privilegio fori, ut causæ spectent ad forum Eccles. privativè quòad Judices Laicos. Interamnen. 12. Augusti 1642. lib. 3. decr. Paul. pag. 181. Anconitanâ 14. Novembris 1645. lib. 3. decr. Paulucci pag. 262.

4. Coloni partiarij Mensæ Episcopalis gaudent privilegio fori, etiamsi executio fiat extrà Diœcesim à Curia Laicali. Fundanâ 13. Octobris 1637. lib. 3. decr. Paul. pag. 45.

5. Coloni partiarij præfati gaudent privilegio fori, etiàm in causis damni dati. Nucerinâ 13. Novembris 1629. lib. 2. decr. Paul. pag. 14.

6. Non solùm Coloni partiarij Mensæ Episcopalis, sed etiàm alij de eorum familia inservientes in eisdem bonis, gaudent privilegio fori. Ariminen. 13 Iulii 1631. lib. 2. decr. Paul. pag. 82.

7. Coloni Episcopi, ultrà privilegium fori, sunt exempti

exempti quòad onera personalia, & ab hospitatione Militum, & ab onere coloniæ. Vercellen. 26. Februarii 1636. lib. 3. decr. Paul. pag. 4.

8. Coloni partiarij Mensæ Episcopalis, ultrà privilegium fori, gaudent exemptione ab exactionibus. Neocastren. 13. Aug. 1629. lib. 2. dec. Paul. pag. 2.

9. Ijdem, dummodò habeant requisita, gaudent exemptione ab oneribus, & contributionibus Communitativis, seù Laicalibus. Cervien. 20. Martii 1630. lib. 2. decr. Paul. pag. 32.

10. Gastaldi Mensæ Episcopalis admittantur ad officia publica, ità tamèn, ut quòad pertinentia ad ea non gaudeant privilegio fori. Ravennaten. 27. Sept. 1692. lib. decr. Grim. pag. 200.

11. Coloni Mensæ Episcopalis non tenentur ad gabellam duorum tarenorum pro qualibet mensura grani, & hordei recollectis in bonis eiusdem Mensæ. Agrigentinâ 24. Apr. 1646 l 3. decr. Paul. p. 277.

12. Admittitur consuetudo immemorabilis (dummodò probetur) concedendi Terras Mensæ Episcopalis, etsi exiguas, pluribus Colonis partiarijs, qui privilegio Immunitatis singuli gaudeant; sicut Coloni maiorum Terrarum fruuntur ex dispositione Sac. Canon. Spoletanâ 7. Septembris 1683. lib. 3. decr. Altoviti pag. 230.

13. Causa Coloni partiarij Mensæ Episcopalis Sede vacante fraudantis gabellam Macinatus contrà edicta Illustrissimi D. Thesaurarij R. C. A. spectat ad Vicarium Capitularem, non ad Subcollectorem spoliorum. Recinaten. 18. Iulii 1690. lib. dec. Martelli pag. 638.

14. Sic etiàm Causa contrà Colonos Mensæ Episcopalis prætensos reos, spectat ad Curiam Eccles. Forolivien. 2. Iunij 1699. lib. 2. decr. Vallem. p. 224.

15. In casu, quo dubitabatur an Censurę latę contrà

trà Ministros Curiæ Laicalis ob recognitionem vulnerum, in persona Coloni partiarij Mensæ Episcopalis essent validæ? decernitur, ut abolitis omnibus actis factis à Curia Laicali, eisdemque originaliter consignatis Curiæ Eccles., absolvantur ad cautelam, & moneantur acritèr Ministri dictæ Curiæ de incursu Censurarum. Fanen. 17. *Iulij* 1689. *lib. decr. Martelli pag.* 491.

16. Aliquandò de ordine Sanctissimi Gubernator procedit contrà Colonos Mensæ Episcopalis reos homicidij. Spoletana 6. *Aprilis* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 181.

17. Sac. Cong. decrevit pecunias solutas Ministris Curiæ Laic. à Colono Mensæ Episcopalis, illi integrè restituendas esse pendente articulo an habeat qualitates Coloni partiarij? & monetur Gubernator, ut consulat conscientiæ suæ. Interamnen. 2. *Martii* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 238.

COLONI EMINENTISS. CARDINALIVM

1. COloni partiarij Eminentissimorum Cardinalium gaudent exemptione ab oneribus. Imolen. 20. *Feb.* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. p* 124. Hoc decretum approbatum fuit à Sanctissimo 6. *Mar. d. A.*

2. Colonus partiarius Eminentissimi Cardinalis gaudet privilegio fori. Firmana 20. *Ian.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 30.

3. Prout gaudent Coloni Mensæ Episc. Vrbevetana 29. *Dec.* 1625. *lib. Script. Veterum pag.* 81.

4. Causa Coloni bonorum Abbatiæ Cardinalis spectat ad Curiam Eccles. Fulginaten. 1. *Aprilis* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 569.

COLO-

COLONVS COMMENDÆ

1. COloni Religionis Hierosolymitanæ gaudent privilegijs ejusdem Religionis. Vercellen. 28. *Maij* 1626 *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 3.

2. Colonus Commendæ Equitis Meliten., nisi se talem esse iustificet, non gaudet privilegio fori. Recinaten. 17. *Nov.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 257.

3. Coloni Commendę gaudere debent exemptione ab onere distributionis salis. Montis falisci 12. *Novembris* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 20

4. Coloni Commendæ Religionis Hierosolymitanæ sunt exempti pro portione Colonica. Imolen. 23. *Iulij* 1645. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 20.

5. Non est permittendum Colonos bonorum Religionis Hierosolymitanæ arctari ad solum molendinum Civitatis. Recinaten. 8. *Aprilis* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 36.

6. Colonus partiarius Abbatiæ Commendatæ Fratribus Minoribus, vivens plusquam pro medietate anni ex fructibus Coloniæ, non gaudet privilegio fori. Assisien. 12. *Sept.* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 365.

7. Cautio extorta per Ministros laicales à Colono bonorum Commendæ Equitis Hierosolymitani pro solutione contributionum causâ Belli est abolenda. Aquen. 20. *Febr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 105.

8. Prævia obligatione de parendo mandatis Ecclesiæ, absolvitur cum reincidentia Syndicus Civitatis, qui abduxerat animalia cujusdam Commendæ. Alben. 6. *Iulij* 1695. *dicti lib. pag.* 193.

COM-

COMMISSARIVS

1. IMprobatur deputatio Commissarij facienda ab Episcopis supèr fraudibus committendis ab Ecclesiasticis, satiùs ducendo, ut præcisè, & efficacitèr iniungatur Episcopis vigilantia supèr ipsis fraudibus. In una Calabriæ 28. *Februarii* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 110.

2. Sac. Congregatio censuit Excommunicationem per Commissarium Nuncij Neapolitani latam contrà Episcopum Liparinum, eò quià juxtà monitorium eiusdem Commissarij non restituit Litteras patentales Subcollectori, nec hunc excarcerari mandavit, cum restitutione Scripturarum, & bonorum eiusdem, esse ipso jure invalidam; & dictum Commissarium accedere ad Vrbem infrà mensem, sub pœnis arbitrio Sac. Cong., & interim remanere suspensum à quocumque officio Et non attenta satisfactione Rev: Cameræ Apostolicę pro parte debiti, nec assecuratione eiusdem Cameræ de consensu Reverendissimi Generalis Thesaurarij pro residuo dicti debiti, esse eidem Episcopo liberè, & integrè per dictum Commissarium restituenda omnia ablata, ratione expensarum viatici, vel alterius cujuscumque prætextus. Liparina 8. *Decembris* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 145.

3. Commissarius Nuncij non potest absolvere à Censuris ab Episcopo promulgatis in causis Jurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiasticæ. Melphien. 10. *Iulii* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 123.

4. Commissarius Nuncij non potuit Puellam filiam Capo-Banniti extrahere à Monasterio Monialium, ad quod est restituenda; & iniungitur Episcopo, ut procedat contrà eumdem tamquam Dele-

gatus

gatus à Sac. Congreg. Caputaquen. 8. *Julii* 1670. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 453.

5. Quatenùs Commissarius Nuncij, qui exhumavit cadaver à sepultura Ecclesiastica pro facienda recognitione corporis delicti ab Episcopo excommunicatus, sit infirmus Neapoli, Episcopus subdeleget facultatem ipsum ibi absolvendi. Venafren. 12. *Iunij* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 954.

Vide verbo *Clericus* n. 6.

6. Idem Commissarius, qui falsò in scriptis attestatus fuit Præsidem Laicum carcerasse de suo ordine duos Parochos, retentos nunc in carceribus Archiepiscopalibus, datâ cautione de se constituendo in carceribus Urbis, relaxetur. Beneventanà 24. *Martii* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1222.

7. Commissarij Thesaurarij R. Cameræ Apostol. merè titulares, de ordine Sanctissimi omninò removeantur ad vitanda inconvenientia. Comen. 24. *Sep.* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1149.

8. Commissarius R. Fabricæ potest procedere prò Legatis Pijs, etiàm contrà Ministros Curiæ Episcopalis. Bononien. 26. *Feb.* 1658. *l. dec. Roc. p.* 63.

COMMVNITAS

1. Communitas non potuit, nec potest cogere Ecclesiasticos, ut contribuant eorum frumenta pro abundantia, seù annona loci eiusdem Communitatis. Civitatis Castelli 18. *Maii* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 78.

2. Communitas cogenda est ab Episcopo ad delendum statutum, vel declarandum excipere Ecclesiasticos. Cremonen. 26. *Martij* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 130.

3. Communitas sibi retinens medietatem fran-

COMPARITIO

1. Citatus in Curia Ecclesiastica ad comparendum personalitèr tenetur personalitèr comparere; & non solùm per Procuratorem in causis violatæ Immunitatis. Melevitana 20. *Januarii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 18.

2. Iniungitur Episcopo Motulen. qui in præiudicium suæ Dignitatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticæ comparuit, & agitavit causas coram Judicibus Laicis sui incompetentibus, nè ampliùs compareat coram dictis Iudicibus, & si comparuit, recedat à prosecutione causæ coram eisdem. Baren. 19. *Novembris* 1636. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 63.

Vide verbo *Birruarius* n. 7.

CONCIONATOR

De mandato Sanctissimi iniungitur Episcopo, ut prohibeat nobiles Fœminas vulgò *Dame*, quæstuare eleemosynam pro Concionatoribus in Civitate Casalen, iuxtà Edictum ab eodem Episcopo nupèr publicatum; & in casu inobedientiæ suspendat Concionatorem, & prohibeat nè concionetur in ea Ecclesia. Casalen 17. *Jan.* 1703. *l.* 3. *decr. Vall. p.* 468.

CONCORDIA

1. A Concordiâ supèr controversijs Jurisdictionis Eccles. Episcopus abstinere debet, nisi priùs certioratâ Sede Apostol., & licentiâ ab eadem obtenta. Casalen. 25. *Aprilis* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 188.

2. Concordia, & liquidatio exemptionis Eccle-

 siasti-

siasticorum similitèr nequit fieri à Procuratore Cleri deputato, nisi prævià licentiâ Sedis Apostol. Neapolitanâ 2. *Iulij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 17.

Vide verbo *Beneplacitum Apostol.* per totum, *Contributio* n. 53., *Transactio* per totum.

CONCVBINA

Vide verbo *Parochus* n. 5. 6. 8.

CONDITIO

1. Conditio apposita, quod Moniales nequeant retinere bona immunia in Territorio Civitatis, nisi pro rata quatuor librarum regesti, non est licita. Nullius Pinerolij 28. *Augusti* 1665. *lib decr. Rocci pag.* 502.

2. Quoad conditiones, quibus permittitur Ecclesiasticos concurrere ad contributiones cum Laicis, vide verbo *Contributio* n. 50., *Contributio causa Belli* n. 1. & seq.

CONDVCTOR

Vide verbo *Affictuarius* per totum, *Clericus* n. 4.5.

CONFESSARIVS

1. Confessarius nullitèr absolvens Censuratum ex causa violatæ Immunitatis, suspenditur ab audiendis confessionibus arbitrio Eminentissimi Archiepiscopi. Policastren. 14. *Aprilis* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 38.

2. Archidiaconus nullitèr absolvens Censuratum ex causa præfata, ac attestationem desupèr concedens, accedat ad Vrbem. Isernien. 27. *Martii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 14.

3. Aliquandò datur Confessario facultas absolvendi Censuratos ob causas præfatas.

Vide

Vide verbo *Absolutio* n. 3. 12. 35.

CONFRATERNITAS

1. CONfraternitates Authoritate Apostol. erectæ subsunt Jurisdictioni Episcopi, ac etiàm ipsi Confratres, vbì agitur de interesse spiritualitatis, & Confraternitatis. Papien. 10. *Septembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 6.

Vide verbo *Causarum cognitio* n. 23. 24.

2. Confraternitates Ecclesiasticæ gaudent exemptione à gabella pro pane, qui ab eisdem datur custodibus animalium ipsarum Confraternitatum pro eorum victu. Potentina 24. *Ianuarij* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 135.

3. Domus Confraternitatis contigua Ecclesiæ Confratrum gaudet Immunitate, etiam quòad Confugientes. Civitatis Castelli 23 *Julij* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 189. Forolivien. 19. *Dec.* 1690. *lib. decr. Mart. pag.* 698.

4. Episcopus non permittat locum antiquum Confraternitatis locari pro vsibus profanis. Assisien. 11. *Aug.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 68.

5. Datur facultas absolvendi Gubernatorem, dummodò priùs revocet præceptum factum Officialibus Confraternitatis, & omnia alia acta ab ipso facta in præiudicium Jurisdictionis Episcopalis. Alatrina 13. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 10.

Vide verbo *Administratores* per totum.

Verbò *Loca Pia* per totum.

CONFUGITI

1. NOn est impediendum confugium, quatenùs non agatur de casibus exceptis in

Bulla Gregorij XIV. & Confugiti non abutantur confugio. Brundusinâ 14. *Nov.* 1662. *lib. decr. Rocci p.* 466.

2. Quarè Episcopus non molestet Confugitos, si non abutuntur confugio. Iuvenacen. 8. *Ian.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 165. Puteolanâ 24. *Sep.* 1700. *lib.* 2. *dec. Vall. p.* 218. Recinaten. 18. *Iulij* 1698. *d. l. p.* 119. *& alibi.*

3. Imò charitativè tractandi sunt. Casertanâ 19. *Oct.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 224.

4. Nec possunt expelli absque iusta causa. Neapolitanâ 21. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Val. pag.* 140.

5. Quarè reprehenditur Vicarius, qui sub pœna Interdicti prohibuerat retineri Confugas in loco immuni ultrà triduum. Militen. 31. *Augusti* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 310.

6. Aliquandò Confugitus annuente Sanctissimo conceditur Judici laico ad instantiam Reipublicæ puniendus citrà pœnam sanguinis, & mutilationem membrorum. Ianuen. 18. *Februarii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 96.

7. Confugitus, metu inimicorum eum in Ecclesia obsidentium ab Ecclesia exiens, gaudet Immunitate; ideoque restituendus est eidem Ecclesiæ. Spoletanâ 4. *Iunii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 146.

8. Præpositus Cathedralis confugiens ad mansiones Sacrarij eiusdem Cathedralis, gaudet Immunitate Ecclesiastica eisdem mansionibus competente. Forosempronien. 28 *Feb.* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 386.

9. Qui ex præcepto Episcopi discessit à Canonica, sed deindè fugiens ab Inimicis, denuò ad illam confugit, & posteà extractus fuit, est restituendus. Pisauren. 9. *Maii* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 399.

10. Adhærens muro Ecclesiæ, etsi idem murus inserviat pro muro Castri, debet gaudere Immunitate. Ariminen. 18. *Feb.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 95. Camerinen. 13. *Iulij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 65.

Veru-

Verulanâ 12. *Julij* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 114.

11. Captus in via publica, & in distantia duorum palmorum à scala Domus Parochialis contiguæ Ecclesiæ Parochiali, non constat fuisse captum in loco immuni. Narnien. 14. *Novembris* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1874.

12. Confugiens ad Ecclesiam cadens sub stillicidio, si indè extrahatur, est restituendus Ecclesiæ. Firmanâ 18. *Mart.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 142.

13. Captus à Birruarijs, dùm effugit è Conventu Religiosorum ob timorem Satellitum obsidentium, consignandus est Episcopo, retinendus in suis carceribus, qui deindè conficiat Processum supèr modo capturæ, eiusque circumstantijs, ac transmittat. Theatinâ 23. *Oct.* 1695. *d. lib. pag.* 224.

14. Obsidentes, & cogentes Confugam ad se tradendum Curiæ, excommunicantur. Hyeracen. 28. *Augusti* 1700. *lib.* 2. *dec. Vallem. pag.* 309.

15. Absolvuntur autem in forma Ecclesiæ prævia satisfactione partis, & impositis gravibus pœnitentijs, & quatenùs se gesserint cum debito respectu ergà Censuras. *Ibidem.*

16. Itèm cooperantes, & assistentes alicui, ut faciat egredi Confugam casurum in manus Curiæ. Cosentinâ 27. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 159.

17. Dolosè suadentes Confugito, ut exeat è loco Immuni v. g. ab Hospitali, ad hoc, ut capiatur à Birruarijs, constat esse extractores; proindè ille est restituendus Ecclesiæ. In una Aquipendij 13. *Nov.* 1691. *lib. decr. Grim. pag.* 36.

18. Quòad violentias illatas Confugitis per Executores Curiæ Laicalis, Episcopus procedat prout de jure. Bononien. 19. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 202.

19. In quo casu extrahat Cònfugitos ad formam

Bullæ, & retineat in suis carceribus loco custodiæ, invocato brachio seculari. Assisien. 26. *Octob. d. A.*, *& lib. p.* 225. *&* 227. Sutrinâ 20. *Aug. d. A. & lib. p.* 210.

20. Confuga suspectus de fraude, aliquandò cum facultate Sanctissimi extrahitur, ut subijciatur examini. Vide verbo *Mons pietatis* n. 6.

21. Juvenis minor ætate positus in Collegio Nobilium confugiens in Ecclesiam, ut se eximat à cura Tutoris, cum facultate Sac. Congr. extrahitur ab Archiepiscopo, & restituitur legitimo Tutori. Neapolitanâ 8. *Aug.* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 974.

22. Episcopus, qui Sacerdoti confugito ad Ecclesiam præceperat se constituere in carceribus sub pœna scutorum 300. jubetur informare Sac. Congr. de causa talis præcepti, & interim nihil innovare in præiudicium Libertatis Eccles. Troianâ 30. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 206.

23. Confugitus, qui dùm portam Ecclesiæ apprehendit, liber è manibus Custodis extat, gaudere debet Immunitate Eccles. Cariaten. 29. *Maij* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 281.

24. Evadens è manibus Birruariorum, & apprehendens ostium Ecclesiæ, gaudere debet Immunitate. Firmanâ 13. *Julii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 37.

25. Ablatus à proprijs Consanguineis è manibus Satellitum, & indè confugiens in Ecclesiam, gaudere debet Immunitate. Beneventanâ 11. *Februarij* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 42.

26. Confugiti ad locum immunem, etiàmsi ligati catenis ferreis, gaudere debent Immunitate. Beneventanâ 6. *Maii* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 12.

27. Sic etiàm Reus, qui effugerat è manibus Birruariorum ligatus ad Ecclesiam, gaudet immunitate, adeòque est restituendus. Ragusinâ 5. *Maij* 1699. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 218.

28. Attamèn Confugitus non gaudet Immunitate Eccles. quandò ligatus unâ cum Birruario ad Ecclesiam confugit. Florentinâ 6. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 205.

29. Itèm Confugiens ad murum Ecclesiæ, sed sempèr detentus, nec unquàm dimissus à Birrua, is non gaudet Immunitate. Alatrinâ 2. *Martii* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 236. etiamsì ingrediatur Ecclesiam. Albanen. 21. *Octob.* 1679. *lib.* 2. *decr. Altovìti p.* 1856.

30. Similitèr Sacerdos in Processione publica occidens alium Sacerdotem, captus à Birruario Curiæ Laicæ de ordine Vicarij Foranei, sempèr detentus ab ipso Birruario, etiàm quandò vi confugit ad Ecclesiam, non gaudet Immunitate. S. Agathæ Gothorum 18. *Martij* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 105.

31. Confugitus potest aliquandò cum facultate Sac. Congr. ab Episcopo ob iustam causam transferri ab uno ad alium locum immunem arbitrio eiusdem intrà brevem terminum; quod si noluerit, Episcopus extrahat cum debita forma, & transferat. Firmanâ 9. *Febr.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 171. Caietanâ 22. *Ian.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 550.

32. Itèm Confugiti facinorosi in Ecclesia Insulæ Isclanæ, cum facultate Sac. Congr. transferuntur ser. ser. ad aliam Ecclesiam extrà Insulam, pro quiete habitantium eiusdem Insulæ. Isclanâ 31. *Martii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altovìti pag.* 212.

33. Itèm Confugitus in domibus Canonicalibus transfertur ad aliam Ecclesiam, attento, quod in Canonica habitabat Canonicus, cuius Confugitus erat inimicus, & Canonicus erat in periculo vitæ: Narnien. 26. *Maij* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 226.

34. Itèm quatenùs Confugitus in Hospitali occupet locum destinatum infirmis, ac Peregrinis cum eorum præiudicio; Episcopus faciat eum discedere

scedere, cavens tamèn ne in transitu ad alium locum immunem adsit periculum incidendi in manus Curiæ. Verulanâ 3. *Jan.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 15.

35. Similitèr cum Confugitus in Ecclesia campestri, timens præpotentiam, & minas suorum inimicorum supplicasset transferri in aliam Ecclesiam intrà Civitatem, Sac. Congr. remittit translationem ad aliam Ecclesiam arbitrio, & prudentia Vicarij Generalis. Regien. 28. *Aprilis* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 283.

36. Episcopus volens sub motivo abusus confugij transferre ad aliam Ecclesiam, caveat ne Confugæ incurrant aliquod periculum. Puteolanâ 31. *Dec. Anni* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 237.

37. Habitâ relatione Episcopi quòad Confugitum in Conventu N. invitis illius Superioribus, & Religiosis, Sac. Congr. iniungit Episcopo, ut illum reponat in altera Ecclesia, cum præcepto de non redeundo ad Ecclesiam, de quâ agitur. Fulginaten. 29. *Januarii* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 534.

38. Nuncio Coloniensi datur facultas ejiciendi ab Ecclesia confugitos à longo tempore, proviso tamèn de Salvoconductu. Colonien. 18. *Nov.* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 183.

39. Cum in quadam Ecclesia Regularium decem, & octo Confugiti se recepissent, qui ob multitudinem gravia incommoda afferebant Religiosis, etiam cum interruptione Divinorum Officiorum, Sac. Congr. iniungit Archiepiscopo, ut provideat pro sua prudentia, salva Immunitate. Neapolitanâ 30. *Aug.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 172.

40. Quòad Confugitos ad Ecclesiam abutentes confugio, Episcopus provideat pro sua prudentia, utendo etiàm facultatibus concessis in Litteris eiectionis. Verulanâ 4. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 84.

84. & 8. *Iunii* 1695. *d. l. pag.* 194. Montis Alti 16. *Nov.* 1694. *d. lib. pag.* 157. Tudertinâ 3. *Ap.* 1695. *l.* 1. *dec. Val. pag.* 182. Nullius Atini 13. *Augusti d. A. & lib. pag.* 209. Lauretanâ 18. *Iunii* 1704. *lib.* 3. *dec. Vallem. p.* 588. Et cum concessione Salviconductus pro sua prudentia. *Ibidem.*

41. Etiàm invocato brachio seculari. Tusculanâ 25. *Iunij d. Anni*, *& lib. p.* 589.

42. Idem statuitur quòad abutentes, qui minas intulere Religiosis, in quorum Ecclesia confugerant. ISclanâ 12. *Iulii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 593.

43. Episcopus, quandò ei constat etiam extraiudicialitèr de abusu confugij, potest extrahere, cum debita tamen decentia, & interventu personæ Ecclesiasticæ, deindè conficiat Processum, & transmittat. Brugnaten. 6. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 107. Placentinâ 21. *Apr. d. Anni*, *& lib. p.* 117.

44. Iniungitur Episcopo, ut contrà contumaces abutentes confugio in Campanilibus Ecclesiarum, procedat supèr abusu. Neapolitanâ 3. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Valle mani pag.* 156.

Vide verbo *Abutens* per totum.

45. Confugito abutenti confugio Ecclesiæ, aliquandò prefigitur terminus ad discedendum, quo elapso Episcopus extrahat ad formam Bullæ, & retineat in suis carceribus nomine Sac. Congr. Caven. 18. *Sept.* 1694. *lib* 1. *decr. Vallem. p.* 146. Sarsinaten. 15. *Martij* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 564.

Vide verbo *Decoctor* n. 2. & seq.

46. Contrà Clericum, eiusque sororem Confugitos ad Ecclesiam, abutentes confugio, Episcopus utatur facultatibus concessis in litteris eiectionis. Verulanâ 4. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani p.* 84

47. Confugiti moneantur ne pernoctent in Ecclesia cum uxoribus. Nullius Canossæ 21. *Augusti*

COMMISSARIVS

1. IMprobatur deputatio Commissarij facienda ab Episcopis supèr fraudibus committendis ab Ecclesiasticis, satiùs ducendo, ut præcisè, & efficacitèr iniungatur Episcopis vigilantia supèr ipsis fraudibus. In una Calabriæ 28. *Februarii* 1640. *lib. 3. decr. Paul. pag.* 110.

2. Sac. Congregatio censuit Excommunicationem per Commissarium Nuncij Neapolitani latam contrà Episcopum Liparinum, eò quià juxtà monitorium eiusdem Commissarij non restituit Litteras patentales Subcollectori, nec hunc excarcerari mandavit, cum restitutione Scripturarum, & bonorum eiusdem, esse ipso jure invalidam; & dictum Commissarium accedere ad Vrbem infrà mensem, sub pœnis arbitrio Sac. Cong., & interim remanere suspensum à quocumque officio Et non attenta satisfactione Rev: Cameræ Apostolicę pro parte debiti, nec assecuratione eiusdem Cameræ de consensu Reverendissimi Generalis Thesaurarij pro residuo dicti debiti, esse eidem Episcopo liberè, & integrè per dictum Commissarium restituenda omnia ablata, ratione expensarum viatici, vel alterius cujuscumque prætextus. Liparina 8. *Decembris* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 145.

3. Commissarius Nuncij non potest absolvere à Censuris ab Episcopo promulgatis in causis Jurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiasticæ. Melphien. 10. *Julii* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 123.

4. Commissarius Nuncij non potuit Puellam filiam Capo-Banniti extrahere à Monasterio Monialium, ad quod est restituenda; & iniungitur Episcopo, ut procedat contrà eumdem tamquam Dele-

gatus

gatus à Sac. Congreg. Caputaquen. 8. *Julii* 1670. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 453.

5. Quatenùs Commissarius Nuncij, qui exhumavit cadaver à sepultura Ecclesiastica pro facienda recognitione corporis delicti ab Episcopo excommunicatus, sit infirmus Neapoli, Episcopus subdeleget facultatem ipsum ibi absolvendi. Venafren. 12. *Iunij* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 954.

Vide verbo *Clericus* n. 6.

6. Idem Commissarius, qui falsò in scriptis attestatus fuit Præsidem Laicum carcerasse de suo ordine duos Parochos, retentos nunc in carceribus Archiepiscopalibus, datâ cautione de se constituendo in carceribus Urbis, relaxetur. Beneventanà 24. *Martii* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1222.

7. Commissarij Thesaurarij R. Cameræ Apostol. merè titulares, de ordine Sanctissimi omninò removeantur ad vitanda inconvenientia. Comen. 24. *Sep.* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1149.

8. Commissarius R. Fabricæ potest procedere prò Legatis Pijs, etiàm contrà Ministros Curiæ Episcopalis. Bononien. 26. *Feb.* 1658. *l. dec. Roc. p.* 63.

COMMVNITAS

1. Communitas non potuit, nec potest cogere Ecclesiasticos, ut contribuant eorum frumenta pro abundantia, seù annona loci eiusdem Communitatis. Civitatis Castelli 18. *Maii* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 78.

2. Communitas cogenda est ab Episcopo ad delendum statutum, vel declarandum excipere Ecclesiasticos. Cremonen. 26. *Martij* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 130.

3. Communitas sibi retinens medietatem fran-

chitiarum Clericorum vigore concordiæ factæ sine beneplacito Apostolico, cogenda est per Episcopum ad restitutionem. Tarentinâ 19. *Feb.* 1669. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 319.

4 Nequit prætendere Collectas super bonis Conventuum Regularium, & quorumcumq; Ecclesiasticorum. Aquen. 5. *Februarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 170.

5. Communitati Episcopus præfigat terminum congruum ad se iustificandum quòad summas violentèr exactas ab Ecclesiasticis vltrà summas concordatas cum beneplacito Apostolico pro contributione causa belli, & eo elapso procedat juxtà ordines aliàs datos à Sac. Congreg. Cremonen. 13. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 155. & 11. *Jan.* 1695. *d. lib. p.* 166., *ac* 11. *Junii d. A.*, & *lib. p.* 194.

6. Etiàm ad Interdictum locale, In eadem 19. *Iulij* 1695. *d. lib. pag.* 202.

7. De ordine Sac. Congr. inhibetur Clericis, ne solvant onera indebita prætensa à Communitate Molazzani. Lucen. 13. *Ian.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 197.

8. Præviâ cautione de parendo mandatis Ecclesiæ, absolvuntur Syndici, & Officiales Communitatis cum reincidentia à censuris incursis ob exactionem taxarum, & impositionum ab Ecclesiasticis. Vercellen. 30. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 206.

9. Prævia cautione, ut suprà, & de se abstinendo interim ab omnibus, ob quæ fuerunt suppositi Censuris, & interdicto, absolvitur Communitas, & particulares loci Montis Rotundi. Sipontina 6. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 233.

V. verbo *Collectæ* n. 4. 5., *Restitutio* n. 27.

COM-

COMPARITIO

1. Citatus in Curia Ecclesiastica ad comparendum personalitèr tenetur personalitèr comparere; & non solùm per Procuratorem in causis violatæ Immunitatis. Melevitana 20. *Januarii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 18.

2. Iniungitur Episcopo Motulen. qui in præiudicium suæ Dignitatis, & Iurisdictionis Ecclesiasticæ comparuit, & agitavit causas coram Iudicibus Laicis sui incompetentibus, nè ampliùs compareat coram dictis Iudicibus, & si comparuit, recedat à prosecutione causæ coram eisdem. Baren. 19. *Novembris* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 61.

Vide verbo *Birruarius* n. 7.

CONCIONATOR

De mandato Sanctissimi iniungitur Episcopo, ut prohibeat nobiles Fæminas vulgò *Dame*, quæstuare eleemosynam pro Concionatoribus in Civitate Casalen. iuxtà Edictum ab eodem Episcopo nupèr publicatum; & in casu inobedientiæ suspendat Concionatorem, & prohibeat nè concionetur in ea Ecclesia. Casalen. 17. *Jan.* 1703. *l.* 3. *decr. Vall. p.* 468.

CONCORDIA

1. A Concordiâ supèr controversijs Iurisdictionis Eccles. Episcopus abstinere debet, nisi priùs certioratâ Sede Apostol., & licentiâ ab eadem obtentâ. Casalen. 25. *Aprilis* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 188.

2. Concordia, & liquidatio exemptionis Eccle- siasti-

siasticorum similitèr nequit fieri à Procuratore Cleri deputato, nisi prævia licentia Sedis Apostol. Neapolitanâ 2. *Iulij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 17.

Vide verbo *Beneplacitum Apostol.* per totum, *Contributio* n. 53., *Transactio* per totum.

CONCUBINA

Vide verbo *Parochus* n. 5. 6. 8.

CONDITIO

1. CONditio apposita, quod Moniales nequeant retinere bona immunia in Territorio Civitatis, nisi pro rata quatuor librarum regesti, non est licita. Nullius Pinerolij 28. *Augusti* 1665. *lib. decr. Rocci pag.* 502.

2. Quoad conditiones, quibus permittitur Ecclesiasticos concurrere ad contributiones cum Laicis, vide verbo *Contributio* n. 50., *Contributio causa Belli* n. 1. & seq.

CONDUCTOR

Vide verbo *Affictuarius* per totum, *Clericus* n. 4. 5.

CONFESSARIUS

1. COnfessarius nullitèr absolvens Censuratum ex causa violatæ Immunitatis, suspenditur ab audiendis confessionibus arbitrio Eminentissimi Archiepiscopi. Policastren. 14. *Aprilis* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 38.

2. Archidiaconus nullitèr absolvens Censuratum ex causa præfata, ac attestationem desupèr concedens, accedat ad Urbem. Jsernien. 27. *Martii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 14.

3. Aliquandò datur Confessario facultas absolvendi Censuratos ob causas præfatas.

Vide

Vide verbo *Absolutio* n. 3. 12. 35.

CONFRATERNITAS

1. COnfraternitates Authoritate Apoſtol. erectæ ſubſunt Juriſdictioni Epiſcopi, ac etiàm ipſi Confratres, vbì agitur de intereſſe ſpiritualitatis, & Confraternitatis. Papien. 10. *Septembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 6.

Vide verbo *Cauſarum cognitio* n. 23. 24.

2. Confraternitates Eccleſiaſticæ gaudent exemptione à gabella pro pane, qui ab eiſdem datur cuſtodibus animalium ipſarum Confraternitatum pro eorum victu. Potentina 24. *Ianuarij* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 135.

3. Domus Confraternitatis contigua Eccleſiæ Confratrum gaudet Immunitate, etiam quòad Confugientes. Civitatis Caſtelli 23 *Julij* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 189. Forolivien. 19. *Dec.* 1690. *lib. decr. Mart. pag.* 698.

4. Epiſcopus non permittat locum antiquum Confraternitatis locari pro vſibus profanis. Aſſiſien. 11. *Aug.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 68.

5. Datur facultas abſolvendi Gubernatorem, dummodò priùs revocet præceptum factum Officialibus Confraternitatis, & omnia alia acta ab ipſo facta in præiudicium Juriſdictionis Epiſcopalis. Alatrina 13. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 10.

Vide verbo *Adminiſtratores* per totum.

Verbò *Loca Pia* per totum.

CONFUGITI

1. NOn eſt impediendum confugium, quatenùs non agatur de caſibus exceptis in

Bulla Gregorij XIV. & Confugiti non abutantur confugio. Brundusinâ 14. *Nov.* 1662. *lib. decr. Rocci p.* 466.

2. Quarè Episcopus non moleſtet Confugitos, ſi non abutuntur confugio. Iuvenacen. 8. *Ian.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 165. Puteolanâ 24. *Sep.* 1700. *lib.* 2. *dec. Vall. p.* 218. Recinaten. 18. *Iulij* 1698. *d. l. p.* 119. *& alibi.*

3. Imò charitativè tractandi ſunt. Caſertanâ 19. *Oct.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 224.

4. Nec poſſunt expelli abſque iuſta cauſa. Neapolitanâ 21. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Val. pag.* 140.

5. Quarè reprehenditur Vicarius, qui ſub pœna Interdicti prohibuerat retineri Confugas in loco immuni ultrà triduum. Militen. 31. *Auguſti* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 310.

6. Aliquandò Confugitus annuente Sanctiſſimo conceditur Iudici laico ad inſtantiam Reipublicæ puniendus citrà pœnam ſanguinis, & mutilationem membrorum. Ianuen. 18. *Februarii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 96.

7. Confugitus, metu inimicorum eum in Eccleſia obſidentium ab Eccleſia exiens, gaudet Immunitate; ideoque reſtituendus eſt eidem Eccleſiæ. Spoletanâ 4. *Iunii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 146.

8. Præpoſitus Cathedralis confugiens ad manſiones Sacrarij eiuſdem Cathedralis, gaudet Immunitate Eccleſiaſtica eiſdem manſionibus competente. Foroſempronien. 28 *Feb.* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 386.

9. Qui ex præcepto Epiſcopi diſceſſit à Canonica, ſed deindè fugiens ab Inimicis, denuò ad illam confugit, & poſteà extractus fuit, eſt reſtituendus. Piſauren. 9. *Maii* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 399.

10. Adhærens muro Eccleſiæ, etsì idem murus inſerviat pro muro Caſtri, debet gaudere Immunitate. Ariminen. 18. *Feb.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 95. Camerinen. 13. *Iulij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 65.

Vern-

Verulanâ 12. *Julij* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 114.

11. Captus in via publica, & in distantia duorum palmorum à scala Domus Parochialis contiguæ Ecclesiæ Parochiali, non constat fuisse captum in loco immuni. Narnien. 14. *Novembris* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1874.

12. Confugiens ad Ecclesiam cadens sub stillicidio, si indè extrahatur, est restituendus Ecclesiæ. Firmanâ 18. *Mart.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 142.

13. Captus à Birruarijs, dùm effugit è Conventu Religiosorum ob timorem Satellitum obsidentium, consignandus est Episcopo, retinendus in suis carceribus, qui deindè conficiat Processum supèr modo capturæ, eiusque circumstantijs, ac transmittat. Theatinâ 23. *Oct.* 1695. *d. lib. pag.* 224.

14. Obsidentes, & cogentes Confugam ad se tradendum Curiæ, excommunicantur. Hyeracen. 28. *Augusti* 1700. *lib.* 2. *dec. Vallem. pag.* 309.

15. Absolvuntur autem in forma Ecclesiæ prævia satisfactione partis, & impositis gravibus pœnitentijs, & quatenùs se gesserint cum debito respectu ergà Censuras. *Ibidem.*

16. Itèm cooperantes, & assistentes alicui, ut faciat egredi Confugam casurum in manus Curiæ. Cosentinâ 27. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 159.

17. Dolosè suadentes Confugito, ut exeat è loco Immuni v. g. ab Hospitali, ad hoc, ut capiatur à Birruarijs, constat esse extractores; proindè illé est restituendus Ecclesiæ. In una Aquipendij 13. *Nov.* 1691. *lib. decr. Grim. pag.* 36.

18. Quòad violentias illatas Confugitis per Executores Curiæ Laicalis, Episcopus procedat prout de jure. Bononien. 19. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 202.

19. In quo casu extrahat Confugitos ad formam

Bullæ, & retineat in suis carceribus loco custodiæ, invocato brachio seculari. Assisien. 26. *Octob. d. A.* , *& lib. p.* 225. *&* 227. Sutrinâ 20. *Aug. d. A. & lib. p.* 210.

20. Confuga suspectus de fraude, aliquandò cum facultate Sanctissimi extrahitur, ut subijciatur examini. Vide verbo *Mons pietatis* n. 6.

21. Juvenis minor ætate positus in Collegio Nobilium confugiens in Ecclesiam, ut se eximat à cura Tutoris, cum facultate Sac. Congr. extrahitur ab Archiepiscopo, & restituitur legitimo Tutori. Neapolitanâ 8. *Aug.* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 974.

22. Episcopus, qui Sacerdoti confugito ad Ecclesiam præceperat se constituere in carceribus sub pœna scutorum 300. jubetur informare Sac. Congr. de causa talis præcepti, & interim nihil innovare in præiudicium Libertatis Eccles. Troianâ 30. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 206.

23. Confugitus, qui dùm portam Ecclesiæ apprehendit, liber è manibus Custodis extat, gaudere debet Immunitate Eccles. Cariaten. 29. *Maij* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 281.

24. Evadens è manibus Birruariorum, & apprehendens ostium Ecclesiæ, gaudere debet Immunitate. Firmanâ 13. *Julii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 37.

25. Ablatus à proprijs Consanguineis è manibus Satellitum, & indè confugiens in Ecclesiam, gaudere debet Immunitate. Beneventanâ 11. *Februarij* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 42.

26. Confugiti ad locum immunem, etiàmsi ligati catenis ferreis, gaudere debent Immunitate. Beneventanâ 6. *Maii* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 12.

27. Sic etiàm Reus, qui effugerat è manibus Birruariorum ligatus ad Ecclesiam, gaudet immunitate, adeòque est restituendus. Ragusinâ 5. *Maij* 1699. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 218.

28.

28. Attamèn Confugitus non gaudet Immunitate Eccleſ. quandò ligatus unâ cum Birruario ad Eccleſiam confugit. Florentinâ 6. *Nov.* 1634. *lib. 2. decr. Paul. pag.* 205.

29. Itèm Confugiens ad murum Eccleſiæ, ſed ſempèr detentus, nec unquàm dimiſſus à Birruariis non gaudet Immunitate. Alatrinâ 2. *Martii* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 236. etiamsì ingrediatur Eccleſiam. Albanen. 11. *Octob.* 1679. *lib. 2. decr. Altoviti p.* 1856.

30. Similitèr Sacerdos in Proceſſione publica occidens alium Sacerdotem, captus à Birruario Curiæ Laicæ de ordine Vicarij Foranei, ſempèr detentus ab ipſo Birruario, etiàm quandò vi confugit ad Eccleſiam, non gaudet Immunitate. S. Agathæ Gothorum 18. *Martij* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 105.

31. Confugitus poteſt aliquandò cum facultate Sac. Congr. ab Epiſcopo ob iuſtam cauſam transferri ab uno ad alium locum immunem arbitrio eiuſdem intrà brevem terminum; quod ſi noluerit, Epiſcopus extrahat cum debita forma, & transferat. Firmanâ 9. *Febr.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 171. Caietanâ 22. *Ian.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 550.

32. Itèm Confugiti facinoroſi in Eccleſia Inſulæ Iſclanæ, cum facultate Sac. Congr. transferuntur ſer. ſer. ad aliam Eccleſiam extrà Inſulam, pro quiete habitantium eiuſdem Inſulæ. Iſclanâ 31. *Martii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 212.

33. Itèm Confugitus in domibus Canonicalibus transfertur ad aliam Eccleſiam, attento, quod in Canonica habitabat Canonicus, cuius Confugitus erat inimicus, & Canonicus erat in periculo vitæ: Narnien. 26. *Maij* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 226.

34. Itèm quatenùs Confugitus in Hoſpitali occupet locum deſtinatum infirmis, ac Peregrinis cum eorum præiudicio; Epiſcopus faciat eum diſcedere

scedere, cavens tamen ne in transitu ad alium locum immunem adsit periculum incidendi in manus Curiæ. Verulanâ 3. *Jan.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 15.

35. Similitèr cum Confugitus in Ecclesia campestri, timens præpotentiam, & minas suorum inimicorum supplicasset transferri in aliam Ecclesiam intrà Civitatem, Sac. Congr. remittit translationem ad aliam Ecclesiam arbitrio, & prudentia Vicarij Generalis. Regien. 28. *Aprilis* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 283.

36. Episcopus volens sub motivo abusus confugij transferre ad aliam Ecclesiam, caveat ne Confugæ incurrant aliquod periculum. Puteolanâ 31. *Dec. Anni* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 237.

37. Habitâ relatione Episcopi quòad Confugitum in Conventu N. invitis illius Superioribus, & Religiosis, Sac. Congr. iniungit Episcopo, ut illum reponat in altera Ecclesia, cum præcepto de non redeundo ad Ecclesiam, de quà agitur. Fulginaten. 29. *Januarii* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 534.

38. Nuncio Coloniensi datur facultas ejiciendi ab Ecclesia confugitos à longo tempore, proviso tamèn de Salvoconductu. Colonien. 18. *Nov.* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 183.

39. Cum in quadam Ecclesia Regularium decem, & octo Confugiti se recepissent, qui ob multitudinem gravia incommoda afferebant Religiosis, etiam cum interruptione Divinorum Officiorum, Sac. Congr. iniungit Archiepiscopo, ut provideat pro sua prudentia, salva Immunitate. Neapolitanâ 30. *Aug.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 172.

40. Quòad Confugitos ad Ecclesiam abutentes confugio, Episcopus provideat pro sua prudentia, utendo etiàm facultatibus concessis in Litteris ejectionis. Verulanâ 4. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 84.

84. & 8. *Iunii* 1695. *d. l. pag.* 194. Montis Alti 16. *Nov.* 1694. *d. lib. pag.* 157. Tudertinâ 3. *Ap.* 1695. *l.* 1. *dec. Val. pag.* 182. Nullius Atini 13. *Augusti d. A. & lib. pag.* 209. Lauretanâ 18. *Iunii* 1704. *lib.* 3. *dec. Vallem. p.* 588. Et cum concessione Salviconductus pro sua prudentia. *Ibidem.*

41. Etiàm invocato brachio seculari. Tusculanâ 25. *Iunij d. Anni, & lib. p.* 589.

42. Idem statuitur quoad abutentes, qui minas intulere Religiosis, in quorum Ecclesia confugerant. Iselanâ 12. *Iulii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 593.

43. Episcopus, quandò ei constat etiam extraiudicialitèr de abusu confugij, potest extrahere, cum debita tamen decentia, & interventu personæ Ecclesiasticæ, deindè conficiat Processum, & transmittat. Brugnaten. 6. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 107. Placentinâ 21. *Apr. d. Anni, & lib. p.* 117.

44. Iniungitur Episcopo, ut contrà contumaces abutentes confugio in Campanilibus Ecclesiarum, procedat supèr abusu. Neapolitanâ 3. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 156.

Vide verbo *Abutens* per totum.

45. Confugito abutenti confugio Ecclesiæ, aliquandò prefigitur terminus ad discedendum, quo elapso Episcopus extrahat ad formam Bullæ, & retineat in suis carceribus nomine Sac. Congr. Caven. 18. *Sept.* 1694. *lib* 1. *decr. Vallem. p.* 146. Sarsinaten. 15. *Martij* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 564.

Vide verbo *Decoctor* n. 2. & seq.

46. Contrà Clericum, eiusque sororem Confugitos ad Ecclesiam, abutentes confugio, Episcopus utatur facultatibus concessis in litteris eiectionis. Verulanâ 4. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani p.* 84.

47. Confugiti moneantur ne pernoctent in Ecclesia cum uxoribus. Nullius Canossæ 21. *Augu-*

sti 1666. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 20.

48. Ad evitanda scandala, aliquandò datur arbitrio Episcopi petita facultas illos extrahendi, dummodò retineantur in carceribus Ecclesiasticis. Capuanâ 19. *Apr.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem pag.* 183.

49. Confugitus ad Ecclesiam, si subiaceat alicui periculo, Episcopus provideat pro sua prudentia. Neapolitanâ 20. *Aug.* 1695. *lib.* 1. *decr Vallem. p.* 210.

50. Quandò Confugitus est in periculo vitæ ob minas, & insidias sui inimici, Episcopus provideat iuxta suam prudentiam. Auximanâ 21. *Jan.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 199.

51. Episcopus provideat, ne Confugitus incurrat periculum vel extractionis violentæ à Ministris laicis, vel vitæ à suis inimicis. Lycien. 24. *Iunij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 19. Aversanâ 20. *Martii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 277.

52. In eventu gravis urgentiæ, quod Confugiti minantur occidere aliquem, Episcopus provideat pro sua prudentia ad istius securitatem. Oppidanâ 8. *Julii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 163.

53. In futurum non licet Judici laico ex declaratione Sac. Cong. citare Inquisitum confugitum in loco Immuni, nec habentem alibi habitationem; neque licet ibidem ei ad tenorem Constitutionis Barberinæ relinquere copiam inquisitionis cum citatione ad respondendum; nec licet aliquis alius actus Judicialis. Vrbevetanâ 16. *Ianuarii* 1691. *lib. decr. Martelli pag.* 719.

Vide verbo *Eiectio* per totum, *Extractio*, & *Extractus* per totum, *Facultas extrahendi* per totum, *Carcer* n. 6. & seq., *Carceratus* per totum, *Captura* n. 1. & seq.

SAC.

SAC. CONGR. SANCTI OFFICII

1. COgnitio furti Pixidis cum sacris Particulis remittitur S. Officio in vim Bullæ S. M. Innocentij XII., & Alexandri VIII. Neapolitanâ 22. *Ap.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 149.

2. In causis S. Officij Immunitas localis nulli suffragatur. Firmana 27. *Ap.* 1655. *l.* 5. *decr. Paul. p.* 62.

3. Bona spectantia ad S. Officium sunt exempta à Contributionibus. V. verbo *Contributio causa Belli.*

4. In futurum non permittitur Immunitas localis in atrio S. Officij Inquisitionis Anconæ. Anconitanâ 10. *Febr.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 256.

Vide verbo *Vicarius S. Officij.*

SAC. CONGR. CONCIL. TRIDENT.

1. SÆpè causæ remittuntur ad Sac. Congr. Concil. Sic causa quoad Jus præsentandi ad Capellaniam competens Vniversitati laicorum, si Clerici ad effectum præsentandi velint renuntiare Clericatui, illumque post præsentationem reassumere, spectat ad Sac. Congr. Concil. Aquilanâ 30. *Septembris* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 177

2. Quoad assertam subreptionem Brevis dispensationis à Bigamia Orator adeat Sac. Congr. Concil. Cosentinâ 8. *Julij d. A.*, *& lib. pag.* 161.

3. Quoad irregularitatem, adeundum ad Sacr. Congr. Concilij. V. verbo *Archidiaconus* n. 1.

SAC. CONGR. IMMVNITATIS

1. DEclarat Immunitatem loco non Sacro ampliùs non suffragari. V. verbo *Immuni-*

munitas localis n. 11., *Loca declarata non immunia* per tot.

2. Solet remittere causas ad Judices suos, vel ad alias Sac. Congr., ut in Tropien. 9. *Feb.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 104. Brundusinâ 24. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 141. Brixien. seù Mantuanâ 31. *Aug.* 1700. *lib.* 2. *decr. Val. p.* 310.

Vide verbo *Catastrum* n. 10.

Verbo *Episcopus quoad Regul.* n. 11.

Verbo *Causæ non spectantes ad Sac. Cong.* per tot.

3. Sæpè iniungit dari instructionem Ordinarijs. Vide verbo *Instructio*.

Sæpè petit informari. V. verbo *Informatio* per tot.

4. Sæpè Sac. Congr. rescribit in hunc modum, ut nempè dentur decreta, exhibeantur, vel vniantur, ut in Cassanen. 2. *Dec.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 189. Marsicen. 13. *Maii d. A.*, & *lib. p.* 154., & 7. *Iulij* 1699. *d. lib. pag.* 230. & *alibi*.

5 Aliquandò decretum Sac. Congr. fuit moderatum à Sanctissimo circà pecuniam solvendam ab Excommunicato in pęnam delicti patrati; ut in Cassanen. 15. *Iunij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 195.

6. Aliquandò Sac. Cong. supplicat Sanctissimum pro aliquali commiseratione respectu Fæminæ reæ infanticidij, nempè ut mandare dignetur, attentâ particularitate casus, ne deveniatur ad pœnam vltimi supplicij, ut in Asculanâ 8. *Augusti* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallemani p.* 434.

Vide verbo *Mons Pietatis* n. 6. 7.

CONIVRATIO

INquisitus de Coniuratione, gaudere debet privilegio Immunitatis Ecclesiasticæ. Verùm annuente Sanctissimo, constito, concludentèr tamen, priùs de delicto condemnatur in pœnam extraordinariam

nariam. Massanen. 10. *Sept.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 27.

CONSANGVINEI

1. CONsanguinei Ecclesiasticorum in communi viventes cum ipsis Ecclesiasticis, tenentur ad impositiones pro portione eorumdem laicorum tantùm. Spoletanâ 29. *Maij* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 282.

2. Consanguinei, & famuli Clericorum gaudent exemptione, si vivant expensis, & in domo Clerici. Regien. 20. *Sep.* 1663. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 160.

3. Carcerantes fratres Episcopi in odium eiusdem, cum inciderint in excommunicationem, constito de excarceratione, datur facultas absolvendi in honorem Paschatis cum reincidentia. Castellaneten. 2. *Apr.* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1080.

4. Barones Laici, qui indirectè carcerant, vel indirectè molestant Ecclesiasticorum Parentes, vel Consanguineos, aut similes, incurrunt excommunicationem, a qua absolvi nequeunt, nisi à S. Sede. Oritanâ 18. *Oct.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 174. Neapolitanâ 5. *Iulii d. A.*, *& lib. p.* 162.

5. Carcerantes, seù vexantes Consanguineos Officialium Curiæ Ecclesiasticæ in odium d. Curiæ, excommunicantur. Nullius Atini 27. *Apr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 119.

6. Iniungitur Nuncio, ut efficacitèr assistat pro reparatione attentatorum à Ministris laicis in carceratione Consanguineorum Vicarij, & Officialium Curiæ Episcopalis in odium actorum per ipsos gestorum prò Immunitate Ecclesiastica. Lucerinâ 27. *Maij* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 221. Hernien. 8. *Ap.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 1. Sulmonen. 15. *Martii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 141.

7.

7 Iniungitur Nuncio Neapolis, ut aſſiſtat Abbati Generali Montis Virginis, eiuſque Conſanguineis, nè moleſtentur à Miniſtris Regijs eò quia Abbas præfatus viriliter tuebatur contra ipſos Miniſtros Immunitatem plateæ Eccleſiæ Abbatialis Nullius Montis Virginis 7. Nov. 1693. *lib. 1. decr. Vallemani pag.* 85.

8 Princeps carcerans Conſanguineos Eccleſiaſticorum, V. verbo *Abſolutionum exempla* n. 11.

CONSCIENTIA

CEnſurati non declarati, ob violatam Immunitatem monentur aliquandò per Epiſcopum, ſeù per Sac. Congr., ut conſulant Conſcientiæ ſuæ. Cæſarauguſtanâ 16. Nov. 1688. *p.* 379. Beneventanâ 6. *Dec.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 232. *& alibi*.

CONSENSVS

1. COnſenſus Clerici pro ſuppeditando ſubſidio, V. verbo *Contributio* n. 34., *Contributio cauſa Belli*.

2. Conſenſus Partis offenſæ prærequiſitus ad Abſolutionem, V. verbo *Abſolutio* n. 55. & ſeq.

3. Conſenſus extracti, quando, & ad quid requiratur? V. verbo *Extractus* n. 1., *Reſtitutio* n. 2. 12.

CONSIGNATIO

1. NOn præcedentibus plenis probationibus ſupèr delicto excepto, & non aſſignatis defenſionibus, non ſalvatur Conſignatio extracti facta per Epiſcopum Curiæ Seculari. Brugnaten. 13. *Aprilis* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 245.

2. Undè

2. Undè Episcopus consignans extractum prætensum reum assassinij Curiæ Seculari sine fabricatione Processus supèr delicto, attentâ sola informatione extraiudiciali, consulat conscientiæ suæ, (& prout in sequenti) ac in futurum se abstineat ab huiusmodi praxi. Aversanâ 9. *Septembris* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 88.

3. Imò Episcopus, qui consignavit extractum Curiæ Seculari prætensum reum homicidij proditorij, non assignatis ei defensionibus, se iustificet, & curet repetere Consignatum. Insulanâ 16. *Junii* 1682. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 52.

4. Consignatio Clerici carcerati à Laicis debet esse libera, non sub conditione. Neapolitanâ 15. *Julii* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 9.

5. Per solam Consignationem extracti factam Episcopo, non est sufficientèr reintegrata Ecclesia. Romanâ 19. *Nov.* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1172.

6. Nisì consultâ Sac. Congregatione præcipitur, ut Episcopus se abstineat à consignando Curiæ Laicali extractos, à loco immuni. Brugnaten. 27. *Januarii* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 230.

7. Prorogatur facultas ad Annum Episcopo consignandi Curiæ Seculari exceptuatos in Bulla Gregorij XIV., Tonsores, & Fabricatores monetarum falsarum; committentes homicidia dedit operâ cum Archibusijs curtis, & Confugitos exeuntes ab Ecclesijs ad committenda nova delicta. Tropien. 29. *Sep.* 1624. *lib. Scrip. Veterum pag.* 39.

8. Attenta assertâ reciprocitate remittendi Reos ex utraque parte, tùm à Senatu Taurinen. in publico documento suæ instantiæ factæ Abbati S. Benigni *die* 22. *Martii* 1703. tùm à decreto facto *die* 17. *Aprilis d. Anni* ex parte Auditoris Abbatis, datur eidem Abbati petita facultas consignandi Ministris

Ducis Sabaudiæ quoſdam ſubditos d. Ducis reos graviſſimorum criminum exiſtentes in Abbatia S. Benigni, cum ſolita præſervatione ab Irregularitate. Nullius S. Benigni 8. *Maij* 1703. *lib. decr. Val. p.* 488.

9. Annuente Sanctiſſimo, Sac. Congr. cenſuit, conſignari poſſe Curiæ Seculari extractos ab Eccleſia ob tranſgreſſionem bannorum ſanitatis tempore peſtis citrà pœnam ordinariam eorum tranſgreſſionis, & modò conſtet de tranſgreſſione in actis Curiæ Eccleſiaſticæ antè conſignationem. Januen. 15. *Jan.* 1658 *lib. decr. Rocci pag.* 55.

10. Prætenſus reus homicidij proditorij de ordine Sanctiſſimi conſignatur Judicibus Laicis, receptâ prius ab eis promiſſione valida non condemnandi eum ad pœnam ſanguinis. Januen. 19. *Nov.* 1625. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 73.

11. De ordine Sanctiſſimi ſcribitur Archiepiſcopo, ut non obſtante præventione ſuæ Curiæ in Cauſa Miniſtri Montis Pietatis, attenta delicti gravitate, & eius circumſtantijs, conſignet corpus delicti Curiæ Legationis, ut ad exemplum puniri poſſit omni ſeveriori pœnâ, cum ſolita præſervatione. Ravennaten. 2. *Junii* 1693: *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 52.

12. Mandante Sanctiſſimo Epiſcopus conſignet ornamenta, ſeù veſtes repertas cum cadavere infantis in flumine ſubmerſi Judici Laico, ad effectum veniendi in cognitionem delinquentium. Peruſinâ, ſeu Aſſiſien. 25. *Febr.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 10.

Vide verbo *Facultas extrahendi Eccleſiaſticos* n. 5.
Verbo *Facultas extrahendi Laicos* n. 10. 11. 17.
Verbo *Facultas extrahendi bona* n. 1. 4.

CONSILIA, ET CONSILIARII

SAcra Congregatio ſupèr Immunitate Eccleſiaſtica, & controverſijs juriſdictionalibus ad conſulen-

ſulendum controverſijs, quæ ſæpè ſæpiùs oriuntur in admiſſione Clericorum, & etiàm Laicorum privilegiatorum ad Conſilia Communitatum, nec non ad exercitium munerum publicorum decrevit:

I. Quod Privilegiati gaudentes privilegio fori Eccleſiaſtici, & petentes admitti inter Conſiliarios, admittantur, ità tamèn, ut quòad pertinentia ad Conſiliariatum tantùm non gaudeant prilegio fori Eccleſiaſtici.

II. Quòd Privilegiati prædicti iàm admiſſi intèr Conſiliarios renuentes intervenire Conſilijs, quatenùs non fuerint legitimè impediti, ſubijciantur eiſdem mulctis pecuniarijs, quibus ſubiacent alij Laici non privilegiati, & eaſdem mulctas exequi poſſit Judex Laicus, dummodò ipſi Privilegiati actu non renuncient abſque ſpe reintegrationis in perpetuum loco, quem habent in Conſilio, ità ut ampliùs non poſſint admitti.

III. Quòd iidem Privilegiati habentes locum in Conſilio poſſint etiàm renuentes cogi à Superiore Laico ſuſcipere munera Camerarij, Depoſitarij, Graſcerij, Abundantiarij, & ſimilia officia Communitativa eadem formâ, & pœna, quibus cogi poſſunt Laici non privilegiati, dummodò ipſi Privilegiati actu non renuncient in perpetuum abſquè ſpe reintegrationis loco, quem habent in Conſilio, ità tamèn, ut ampliùs non poſſint admitti.

IV. Quòd iidem Privilegiati ſuſcipientes præfata munera non gaudeant privilegio fori quòad pertinentia tantùm ad præfata munera ab ipſis ſuſcepta, & contrà eoſdem procedi poſſit in omnibus caſibus, etiàm expleto officio.

V. Quòd Clerici coniugati, qui ſunt de numero Conſiliariorum non incedentes notoriè in habitu, & tonſura, quatenùs renuant intervenire

Consilijs, vel suscipere munera Camerarij, Depositarij, Graiscerij, Abundantiarij, & similia officia Communitativa possint mulctari per Superiorem Laicum eisdem mulctis pecuniarijs, quibus sunt subiecti alij Laici, & in casu, quo ijdem Clerici coniugati postquàm renuerint, reassumpserint habitum, talis reassumptio nihil eisdem suffragetur pro evitanda præfata mulcta.

VI. Quòad alios Clericos, tàm Cælibes, quàm Coniugatos habentes requisita *Cap. Unic. de Cleric. Coniug. in* 6. etiàm admissos intèr Consiliarios, si legitimè non impediti renuerint interesse Consilijs, Episcopi, alijque Superiores Ecclesiastici procedant ad omnem requisitionem etiàm extraiudicialem Superioris Laici, vel Magistratus contrà eosdem ad mulctas pecuniarias ab ipsis arbitrandas, dummodò non sint minores illis, quibus subiecti sunt Consiliarij Seculares, & pœnæ applicentur locis Pijs.

Episcopi procedant similitèr contrà eosdem Clericos casu, quo deliquerint in materijs pertinentibus ad Consilium. Eugubinâ 4. *Maii* 1706. *lib.* 4. *decr. Vallem. pag.* 115. *Impressum sub Marafuseo Typis Rev. Cameræ Apostolicæ* 27. *Iulii* 1706.

Vide verbo *Clerici Coniugati quòad officia*,

Verbo *Advocatus* n. 5., *Officiales* n. 1., *Cancellarius* n. 7. 8., *Clericus* n. 25., *Equites S. Stephani* n. 5. & seq

CONSUETUDO

1. IN Causis controversiarum intèr utrumque forum, Consuetudo ad favorem Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ est attendenda, contraria verò reijcienda. *Die* 25. *Aprilis* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 188.

2. Probatâ Consuetudine ad favorem Mendicantium

cantium, & aliorum Regularium, omninò servetur decretum Clem. VIII. editum Anno 1600. infrapositum sub verbo *onera Cameralia* n. 1. & ad huiusmodi Consuetudinem probandam admittitur probatio etiamsì iuxtà rigorem Juris non sit omninò concludens, & pro illa facienda Communitates, & Universitates cogantur edere Libros exactionum. In una Status Ecclesiastici 19. *Martii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 27.

3. Consuetudo asserta immemorabilis solvendi gabellam per emptores vini à Clericis, est improbanda. Materanen. 9. *Oct.* 1635. *l.* 2. *decr. Paul. p.* 235.

4. Attentâ Consuetudine antiqua, quod spatium sexdecim pedum antè Cathedralem sit immune, conservatur eius Immunitas, non verò conservatur Immunitas eiusdem spatij antè Palatium Episcopi, & Canonicam, positâ etiàm eadem Consuetudine antiqua. Perusinâ 2. *Septembris* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2251.

5. Episcopus jubetur se conformare Consuetudini in transmissione actuum ad Sac. Congregationem. Caietanâ 24. *Sep.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 218.

Vide verbo *Foculare* n. 2. 3.

Verbo *Clericus Coniugatus quoad onera* per totum.

Verbo *Clericus Salvaticus quoad forum* n. 1. & seq.

Verbo *Clerici Salvatici quoad onera* per totum.

CONTRIBUTIO

1. Est opinio vera, & observata, ut in Contributionibus Ecclesiasticorum semper requiratur Beneplacitum Apostolicum. Mutinen. 10. *Martii* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 197.

2. Etiàm quandò contribuunt pro rata commodi particularis, & privati. Firmanâ 13. *Iulij* 1633.

lib. 3. *decr. Paul. p.* 37. Mutinen. 12. *Nov.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 3.

3. Antequàm capiatur resolutio pro contributione Ecclesiasticorum, priùs sunt audiendi ipsi Ecclesiastici, servatis solemnitatibus à Sac. Can. requisitis. Mutinen 4. *Feb.* 1653. *lib.* 5. *dec. Paul. p.* 8.

4. Quarè Clerici volentes donare aliquam Summam pro restauratione, e. g. Ecclesiæ possunt uti singuli, nullo autèm modo per viam Contributionis. Baren. 9. *Ap.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 9.

5. Contributio Ecclesiasticorum, accedente Beneplacito Apostolico, permittitur ratione commodi privati, & particularis, & pro rata commodi. Fulginaten. 20. *Mar.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 32.

6. Sanctissimus declarat nolle Ecclesiasticos comprehendi in contributione, seù solutione pro fabrica Portus, illiusque restauratione, & conservatione. Fanen. 19. *Mar.* 1637. *lib.* 3. *dec. Paul. p.* 27.

7. Ecclesiastici non tenentur pro eo, quod aucta fuerit, ut dicitur, *la Tariffa del Pane*, ad contribuendum, nec ad donativum factum Sedi Apostolicæ. Maceraten. 23. *Sep.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 22.

8. Sanctissimus renuit taxari Ecclesiasticos, & cogi contribuere pro aperitione, & confectione viæ ad publicum ornatum, & commoditatem Civitatis, ex quo non agitur de eorum commodo privato: sed mandavit scribi Archiepiscopo, ut prudentèr suadeat Ecclesiasticis, ut volontariè quid contribuant, ne opus imperfectum remaneat. Bononien. 8. *Maii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 137.

9. Ecclesiastici non tenentur ad Contributionem pro novis muris Civitatis ædificandis, nisi concurrentibus requisitis *Cap. non minus*, & *Cap. Adversùs de Immun. Eccles.* Ianuen. 16. *Aprilis* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul, pag.* 36.

10.

10. Nec tenentur ad contributionem pro reficiendis muris Civitatis. Lucen., & Sarzanen. 27. *Ianuarij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 113.

11. Ecclesiastici non tenentur ad contributionem pro refectione Aggerum, nisi habeant commodum particulare, & privatum, & tùnc pro ratione commodi à Judice Ecclesiastico taxandi, aliàs pro commodo in genere non tenentur, nisì concurrentibus requisitis *Cap. non minus*, & *Cap. Adversus de Immun. Eccles.* Nullius Guastallæ 8. *Apr.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 2. Mutinen. 19. *Dec.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 212. Perusinâ 3. *Junii* 1690. *lib decr. Martelli pag.* 616.

12. Paritèr non tenentur contribuere ad taxam ratione inundationis fluminum, nisi illorum commodum sit privatum, & particulare, & concurrant requisita suprà expressa. Cortunen. 17. *Iunii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 80. Spoletanâ 4. *Maij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 236.

13. Ecclesiastici ad impositiones, & contributiones pro refectione Pontium non possunt, nec debent cogi, nisi concurrentibus requisitis *Cap. non minùs*, & *Cap. Adversùs de Immun. Eccles.* Mutinen. 19. *Dec.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 212.

14. Negatur permissio Ecclesiasticis alienandi, aut imponendi Census super partem bonorum Ecclesiasticorum, ad effectum concurrendi pro rata bonorum Ecclesiasticorum cum laicis ad redemptionem loci ab Infeudatione, & Redemptione onerum istorum, scilicèt partim realium, & partìm personalium. Cremonen. 24. *Novembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 88.

15. Quandò expensæ factæ pro refectione Aggerum resultant in commodum privatum Ecclesiasticorum, Sanctissimus potest indulgere, ut Ecclesia-

ſtici contribuant pro rata commodi recepti, quatenùs debita, & expenſæ factæ extinctæ non ſint. Florentinâ 13. *Iulij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 66.

16. Pro excavatione alveorum, & foveorum Eccleſiaſtici contribuere tantùm debent pro rata commodi, & utilitatis privatæ: ſi commodum verò reſpiciat Eccleſiaſticos in univerſali, non tenentur, niſi concurrentibus requiſitis *Cap. non minus*, & *Cap. Adversùs de Immun. Eccleſ.* Aſſiſien. 18. *Feb.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 95., & 23. *Aug.* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 115. Mutinen. 13. *Julii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 37.

17. Curatus tenetur ad contributionem reparationis torrentis pro rata commodi particularis, quod bona Eccleſiæ recipiunt juxtà declarationem faciendam ab Epiſcopo. Jnteramnen. 8. *Aprilis* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 74.

18. Datur facultas Eccleſiaſticis, annuente Sanctiſſimo, & contribuendi pro expenſis faciendis pro reparatione fluminis, & aquarum pro rata commodi particularis, & cum ſolitis clauſulis. Mutinen. *ibidèm.* Regien. 13. *Apr.* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 248. Januen. 19. *Febr.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 36.

19. Conceditur facultas in forma Archiepiſcopo pro contributione Eccleſiaſticorum in impoſitione facta pro expurgatione prædiorum à locuſtis, pro rata tamèn commodi particularis eorumdem. Senarum 25. *Maij* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 336.

20. Aliquandò datur Archiepiſcopo facultas pro contributione Eccleſiaſticorum pro refectione pontium juxtà concordatum ex motivo convenientiæ pro bono publico. Cæſarauguſtana 9. *Auguſti* 1670. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 464.

21. Aliquandò ſimilis facultas conceditur Epiſcopo tàm reſpectu Eccleſiaſticorum Secularium, quàm

quàm Regularium pro reaptatione Viarum, & Pontium pro rata commodi, auditis partibus, ad annum. Reatinâ 22. *Oct.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 744.

22. Itèm permittitur Ecclesiasticis, annuente Sanctissimo, ut possint contribuere pro unica vice tantùm pro refectione, & ampliatione plateæ Ecclesiæ Cathedralis, ac pro restauratione aquæductus deferentis aquas in beneficium commune. Oscen. 15. *Martij* 1678. *lib.* 2 *decr. Alt. pag.* 1549.

23. Paritèr, annuente Sanctissimo, datur facultas, expedienda per Breve, colligendi Ecclesiasticos pro constructione laci, ad effectum irrigandi territorium pro tertia parte expensarum, repartienda tamèn per Episcopum pro rata vtilitatis agrorum ser. ser. In eadem 16. *Martij* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 258.

24. Denuò permittitur Ecclesiasticos iterùm concurrere ad ultimationem excavationis laci pro recipienda aqua, attentâ penuriâ in æstate, comprehensâ tamèn in contributione summa iàm soluta. Oscen. 20. *Dec.* 1702. *lib.* 3. *decr. Vall. p* 462.

25. Pro excavatione fluminum vertente in utilitatem, & beneficium Ecclesiasticorum, annuente Sanctissimo, scribitur Episcopo pro contributione ipsorum Ecclesiasticorum. Bertinorien. 30. *Mar.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1948. Foroliv. *d. A.*, & *lib. p.* 1949.

26. Conceditur Episcopo, ut pro rata commodi particularis, & privati cogat Personas Ecclesiasticas tàm Seculares, quàm Regulares, ad contributionem pro expensis factis in reparatione fluminum, cum liquidatione moderata pro sua prudentiâ. Lucana 30. *Maij* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1771. Perusina 13. *Oct.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 53. Venafren. 9. *Iulii* 1698. *d. lib. p.* 164.

27. Ad formam *Cap. non minus*, per Litteras
in

in forma Brevis conceditur Reipublicæ Lucanæ, ut Ecclesiastici tàm Seculares, quàm Regulares, contribuant pro rata commodi particularis, & privati pro reparatione fluminum ad decennium. Lucana 28. *Jan.* 1681. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2145. Eadem facultas renovatur ad triennium, stante eâdem necessitate. In eadem 22. *Jan.* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 78.

28. Mandante Sanctissimo committitur Episcopo, ut cogat Ecclesiasticos Seculares, & Regulares, Iesuitas, Equites Hierosolymitanos, Episcopos, Cardinales, & alios ad contribuendum pro ædificatione, & reaptatione murorum, ac alijs operibus concernentibus felicem cursum Teveronis pro rata commodi, & utilitatis privatæ. Tiburtina 18. *Iunij* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 2211.

29. Sac. Congr. unanimitèr resolvit, pro excavatione faciendâ Canalis nuncupati *Bianco* quoscunque ibì bona adiacentia possidentes contribuere debere, attentâ causâ necessitatis, ac commodi, & utilitatis privatæ singulorum, scilicèt Clerum Secularem, & Regularem, Abbates, & alios similes, & Episcopum in executione Brevis Clem. VIII., ideoque quòad istos dandas esse tantùm Litteras excitatorias Eminentissimo Legato pro executione eiusdem Brevis: Quòad alios Privilegiatos Laicos, dandas litteras eidem Cardinali Legato, ut illos proportionabilitèr cogat: Quòad Eminentiss. Cardinales paritèr dandas litteras eidem Legato, qui curet omninò, ut Eminentiss. Cardinales cum effectu concurrant voluntaria contributione pro rata commodi, & utilitatis, quam percipiunt per eumdem Eminentiss. Legatum declarandam; & quatenùs opus sit, authoritate Sanctissimi utatur, proùt servari ceptum fuit tempore, quo Eminentiss. Sacchettus, erat Legatus; salvis sempèr eorum privilegijs.

Insupèr

Insupèr advertendum eidem Eminentiſs. Legato, ut alij omnes proportionabilitèr contribuant, nec Privilegiati graventur ultrà id, ad quod tenentur ratione commodi, & utilitatis privatæ, quam percipiunt in proprijs reſpectivè bonis. Ferrarien. 4. *Jan.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 112., & die 7. eiuſdem Menſis, facta per Secretarium relatione, Sanctiſſimus approbavit, ac executioni demandari iuſſit.

30. Conceditur facultas, annuente Sanctiſſimo, ut Eccleſiaſtici Regni Siciliæ concurrant pro ſua rata ad donativum extraordinarium ſcutorum 200000. pro defenſione Arcium Africæ ad formam Indulti S. M. Clem. X. *ſub die* 27. *Julij* 1671. In una Regni Siciliæ 21. *Nov.* 1690. *lib. decr. Mart. p.* 688.

31. Eccleſiaſtici exiſtentes in dominio Electoris Palatini compelluntur ad contribuendum unâ cum Clero pro expenſis factis in cauſa litis pro bono communi omnium Eccleſiaſticorum circà Indultum conceſſum à F. M. Innocentij XI. Electori Palatino pro ſubſidio habendo ab Eccleſiaſticis ſui ſtatus in ſumma florenorum ducentum millia. Colonien. 27. *Febr.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 475.

32. Habitâ Epiſcopus informatione, eidem permittitur, ut pro introducenda aqua in Civitatem ex publica neceſſitate, poſſit ad biennium dumtaxàt ſubmittere Eccleſiaſticos ſuæ Civitatis ad ſolvendas unà cum Laicis quaſdam gabellas ad dictum effectum præcisè impoſitas ad formam *Cap. non minus*, & *Cap. Adversùs de Immun. Eccleſ.* Ilclanâ 17. *Julii* 1685. *lib.* 3. *decr. Altov. pag.* 467.

33. Auditâ Epiſcopi informatione, permittitur ad decennium, ut Clerici in Minoribus conſtituti Terræ, & Comitatus Montis Regalis Reatinæ Diœceſis ad ſubveniendum Patriæ neceſſitatibus contribuant quotannis duos carolenos pro qualibet

ut

[ut aiunt] libra Terræ, donèc ad Sacros Ordines promoveantur. Reatina 7. *Septembris* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 345.

34. Remittitur Episcopo Conversani, ut constito eidem de legitimo consensu, saltèm maioris partis Cleri Ostunen., & exceptis bonis Ecclesiasticis assignatis pro Patrimonio Sacro, concedat facultatem d. Clero Ostunen. contribuendi unà cum Laicis ob publicam Patriæ necessitatem. Ostunen. 14. *Decembris d. Anni*, *& lib. pag.* 392.

35. Dummodò exactio fiat per Ecclesiasticos. In eadem 25. *Januarii* 1689. *d. lib. pag.* 412.

36. Et cum nonnulli Clerici recursum habuissent, prætendentes non contribuere, Sac. Congr. respondit: Teneri. Eadem 9. *Maii* 1690. *l. dec. Mart. p.* 609.

37. Posteà Sac. Congr. declaravit restituendas esse Ecclesiasticis pecunias ab eis depositatas pro asserta necessitate redimendi Civitatem, seù Patriam è dominio Baronis. Ostunen. 14. *Jan.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 132.

38. Jubente Sanctissimo permittitur Ecclesiasticis contribuere unà cum Laicis ad reparationem fluminis pro minori rata Laicorum; dummodò non excedat summam librarum centum mille, & cum solitis clausulis. Cæsaraugustana 4. *Septembris* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 514.

39. Aliquandò iniungitur Gubernatori, ut unitìm cum Episcopo declarent summas solvendas ab Ecclesiasticis pro reparatione fluminis pro rata commodi privati tantùm. Exactio autèm fiat ab Episcopo, cui datur facultas cogendi Ecclesiasticos. Civitatis Plebis 23. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 95.

40. Iniungitur Vicario Capitul., ut exequatur Litteras datas sub die 22. Aug. præteriti de mandato Sanctissimi, ut cogat Monacos Olivetanos ad con-

concurrendum pro reaptatione viarum, non obstante quacumque inhibitione, quam obtinuerant ab A. C. pro rata commodi privati. Camerinen. 2. *Decembris d. Anni, & lib. pag.* 91.

41. Sæpiùs de ordine Sanctissimi datur facultas cogendi Ecclesiasticos ad contribuendum pro reaptatione viarum, ut suprà. Cesenaten. 3 *Iulii* 1694. *lib.* 1. *dec. Vallem. p.* 131. Perusina *d. die: Ibidem.*

42. Etiàm expressè tàm Seculares, quàm Regulares, tùm Diœcesis, tùm Civitatis Firmi pro rata, ut suprà. Firmanâ 14. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 139. Interamnen. 1. *Sep. d. Anni, & lib. p.* 143.

43. Itèm expressiùs datur facultas cogendi Ecclesiasticos tàm Seculares, quàm Regulares, & quoscumque alios Privilegiatos pro contribuendo ad reaptationem viarum pro rata &c. Forolivien. 11. *Ianuarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 168.

44. Paritèr Equites Hierosolymitanos, aliasque Personas privilegiatas Cesenaten 25. *Iunii d. Anni, & lib. pag.* 196. Imolen. *Ibidem.*

45. Similitèr, jubente Sanctissimo, Episcopus cogit Sanctimoniales concurrere ad reparationem fluminis pro rata, ut suprà. Felulanâ 29. *Ianuarij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 170.

46. Curia Laicalis non potest cogere Ecclesiasticos ad contribuendum pro excavatione fluminis; quarè Episcopus informet, ac curet nihil innovari. Spoletanâ 29. *Ian.* 1695 *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 170.

47. Sac. Congregatio censuit Equitem Hierosolymitanum ratione privilegiorum suæ Religionis esse exemptum à contributione imposita à Communitate super ipsius bonis causâ publicæ necessitatis vigore Brevis Apostolici; si in præfato Brevi dictæ contributionis non fiat specifica comprehensio ejusdem Religionis Hierosolymitanæ ad formam suo-

ſuorum privilegiorum. Ferrarien. 22. *Januarii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 243.

48. Cum Epiſcopus prætenderet imponere contributiones Eccleſiaſticis abſque facultate Apoſtolica, Sac. Congr. reſpondit: Epiſcopum non potuiſſe, nec poſſe gravare Eccleſiaſticos contributionibus. Et iniungit Nuntijs Coloniæ, & Helvetiorum aſſiſtentiam, & tuitionem Eccleſiaſticorum. Baſileen. 15. *Dec.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 59.

49. Sanctiſsimo approbante prorogatur ad biennium dumtaxàt facultas data ſub die 22. Aprilis 1692., ut Eccleſiaſtici contribuant ſuper quibuſdam gabellis. Lycien. 17. *Maij* 1695, *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 190.

50 Cum ex Decreto Sac. Congr. *ſub die* 22. *Aprilis* 1697. Eccleſiaſtici teneantur contribuere ad reparationem fluminum pro rata commodi privati tantùm ſub quatuor conditionibus, nempè

I. Ut Deputatus Eccleſiaſticus interſit viſitationi locorum reparandorum, & repartitioni intèr poſſeſſores bonorum adiacentium.

II. Ut idem Deputatus aſsiſtat laborerijs, & invigilet erogationi pecuniæ ad eam ſolam cauſám.

III. Ut in caſu gravaminis, ſeù quòad taxam, ſeù quòad peritiam, Eccleſiaſtici recurrant ad Tribunal Eccleſiaſticum.

IV. Ut exactio pecuniarum Eccleſiaſticorum fiat à Miniſtro deputando ab Epiſcopo.

Nunc quòad tertiam additur clauſula, non retardatâ executione dicti reſcripti Sac. Congregationis. Florentinà 19. *Auguſti* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 169.

51. Adeſt alia ſimilis reſolutio in una Montis Politiani 17. *Nov.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag* 258. quâ additur ad tertiam conditionem, ut Eccleſiaſtici non poſsint cogi ad recurrendum ad Magi-

ſtratum

ſtratum fluminis Florentiæ.

52. Annuente Sanctiſsimo permittitur Eccleſiaſticis, & Locis Pijs pro rata rerum ipſis ſubreptarum, concurrere Taliæ impoſitæ ad effectum reperiendi delinquentes furti patrati in Monte Pietatis. Maceraten. 19. *Dec.* 1690. *lib. decr. Mart. pag.* 702.

53. Favore Concordiæ ſupèr repartitione Collectarum pro reparandis viis, Sac. Congr. reſcripſit: nihil, & ad mentem, quæ eſt, ut augeatur etiam per Eccleſiaſticos certa ſumma, abſque expreſsione, ex quibus bonis contribuunt. Fulginaten. 22. *Septembris* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 246.

54. An Clerici teneantur contribuere pro Ludi magiſtro, Chirurgo, aliiſque expenſis publicis? Sac. Congr. juſsit dari decreta. In una Marzorum 7. *Julii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 230.

Quæ videri poſſunt verbo *Clericus quoàd exemptiones* n. 27., verbo *Medicus* n. 1. 2.

CONTRIBUTIO CAUSA BELLI

1. AUditis Ordinarijs locorum, & convocatis Deputatis Cleri tùm Secularis, tùm Regularis ad habendum conſenſum pro ſuppeditando honeſto ſubſidio in ſupplementum facultatum Laicorum tempore Belli, ac prævia renunciatione omnium exemptionum tàm de iure, quàm beneficientiâ Principum, vel muneribus publicis perſonis laicis provenientium, & verificatis requiſitis *Cap. non minus*, & *Cap. Adversùs de Immun. Eccleſ.* permittitur, ut uterque Clerus poſsit concurrere ad aliquod ſubſidium causâ Belli pro unico anno tantùm, & pro minori rata Laicorum, & cum exemptionibus apponi ſolitis in litteris impoſitionis Decimarum Pontificialium, ac citrà approbationem

præ-

præiudicialium Immunitatis Ecclesiasticæ. Mediolanen., & Floretinâ 1. *Sept.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 71. Pedemontanâ 15. & 16. *Iulij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 206. Parmen. Placentinâ, Mantuanâ, Aquen., Casalen. Mutinen. Regien. Lucanâ, Brixien. Cremonen. Nullius Guastallæ, & Nonantulæ 22. *Dec.* 1691. *lib. decr. Grim. pag.* 65. & 26. *Nov.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag* 4.

2. Declarantur autèm exempta à dicta Contributione Bona Eminentissimorum Cardinalium; Bona Ecclesiarum Parochialium, quæ non excedunt congruam convenientem; Bona Equitum Hierosolymitanorum; Bona spectantia ad S. Officium Inquisitionis; Bona Beneficiorum vacantium, quorum fructus pervenire debent ad R. Cameram Apostolicam. Parmen. & Mutinen. 26. *Nov.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 4. Regien. 19. *Iulij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 202. & 11. *Aprilis* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 17.

3. Declaratur Ecclesiasticos possidentes redditus Ecclesiasticos intrà Statum Mediolanen. sed habentes titulos Beneficiorum, aut Conventus, & loca extrà dictum Statum, debere contribuere pro rata dictorum reddituum. Econtrà verò declaratur Beneficiatos, Conventus, & loca Ecclesiastica Status Mediolani non teneri ad Contributionem causâ Belli pro redditibus, quos extrà Statum percipiunt. Itèm declaratur quod Beneficiati plurium Beneficiorum à decem Ducatis infrà pro singulo, tenentur ad subsidium concessum causâ Belli iuxtà formam Decimarum. Insupèr declaratur, ut si unum Beneficium sit intrà Statum, & aliud extrà, valor ipsorum coniungatur ad constituendam summam maiorem decem Ducatis in Brevi Apostolico exemptis, Beneficiati solvant saltèm pro existente in Statu ad formam decimarum, Papien,

24.

24. *Augusti* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 143.

4. Si Laici pro dictis Contributionibus minorem summam solvant, quàm anno elapso, precipitur, ut subsidium ab Ecclesiasticis liberè præstandum paritèr diminuatur, habitâ proportione ad summas per Laicos solvendas. Parmen. & Mutinen. 9. *Iunii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 127. *& seq.* Itèm Mutinen. 4. *Oct.* 1703. *lib* 3. *decr. Val.* 508. *& alibi.*

5. Iniungitur Episcopo, ut non permittat Ecclesiasticos contribuere iuxtà facultates à Sac. Congreg. concessas tempore Belli, quandò verum sit nonnullos Laicos eximi à contribuendo per Decretum Tribunalis Secularis. Casalen. 2. *Iunii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 52.

6. Iniungitur Episcopo, ut mandet restitui, etiam adhibitis iuris remedijs, promptè omne id, quod exactũ fuit ab Ecclesiasticis pro Contributionibus causâ Belli in subsidium Laicorum, ultrà summam, ad quam Ecclesiastici prestiterunt consensum, & contrà formam præscriptam à Sac. Congr. Cremonen. 27. *Aprilis* 1694. *lib.* 1. *dec. Vall. pag.* 118. & ultrà terminum concessum à Sac. Congr. Nullius Guastallæ 27. *Feb.* 1694. *d. lib. pag.* 107.

7. Itèm iniungitur Episcopo, ut non permittat Laicos exigere per se ipsos Contributiones ab Ecclesiasticis causâ Belli; & exacta restituere faciat. Aquen. 6. *Dec* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 8. Casalen. 13. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 10. Ibidèm 16. *Martii* 1694. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 110.

8. Theatini sunt exempti à Contributionibus præstandis per Ecclesiasticos causâ Belli. Mediolanen. 11. *Iun.* 1695. *lib.* 1. *decr. Val. p.* 168.

9. Ecclesiastici, & eorum bona sunt exempta à tributis impositis causâ Belli, nisì concurrant requisita *Cap. non minùs*, & *Cap. Adversùs de Immun. Eccles.*

O In

In una Poloniæ 3. *Januarii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 78.

CONTVMAX

IN articulo Immunitatis, & ſimilibus, attendendæ non ſunt Conſtitutiones Apoſtolicæ contrà Contumaces: quarè de mente Sanctiſſimi Sac. Congr. cenſuit Epiſcopum procedere debere prout iuris ad declarationem articuli Immunitatis Eccleſiaſticæ, non attentis dd. Conſtitutionibus. Faventinâ 28. *Jan.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 166.

CORRECTIO

Vide verbo *Regularis delinquens* n. 1. 2. 8. 11.
Verbo *Facultas extrahendi Eccleſiaſticos* n. 1. & ſeq.
Verbo *Incorrigibilis* n. 3. & ſeq.

CORTILE

EX ſpeciali gratia Sanctiſſimi conceditur Archiepiſcopo Neapolitano poſſe recipere Carceratum in Cortili Scholarum PP. Jeſuitarum, & eidem Carcerato iniungere, ne ampliùs accedat ad dictas Scholas. In futurum verò publicare faciat Bannimenta pœnalia; & contravenientes attentâ facultate ab eodem Sanctiſſimo conceſsâ poterit ad inſtantiam eorumdem PP. extrahere facere, & carcerare in d. Cortili ad effectum tantùm ſimplicis correctionis. Neapolitanâ 15. *Decembris* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 217.

CREDITOR

Vide verbo *Debitor*, V. *Decoctus* utrobiquè per tot.

CRIMEN LÆSÆ MAIESTATIS

PArochus Arcis Civitatis Caſalen. ob Crimen Læſæ Majeſtatis de prodendo hoſtibus d. Arcem

cem, ex ſententia Sac. Congr. damnatur ad perpetuas Triremes, prævià privatione Beneficiorum, & depoſitione ab Ordinibus, & alijs. Calalen. 18. *Nov.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paulucci pag.* 24.

Vide verbo *Cauſarum Cognitio* n. 5., verbo *Regularis delinquens* n. 9. 10.

CRVX

1. GAbella ſuper venditione Crucum argentearum de Caravacca, non eſt permittenda. Cartaginen. 18. *Auguſti* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 239.

2. Qui confugit ad Crucem exiſtentem in via extrà Civitatem, gaudet Immunitate Eccleſ., ſi adſit conſuetudo. Melevitanâ 1. *Decembris* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 81.

CVRIA ECCLESIASTICA

1. CVria Eccleſiaſtica ritè, & legitimè proceſſit contrà Iudicem Laicum, ob non factam excarcerationem, & reſtitutionem ad Eccleſiam Confugiti extracti, & mortem ei illatam; etiamsì Extractus poſt extractionem, & carcerationem occiderit inimicum in carceribus Laicalibus. Neapolitanâ 26. *Maij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 127.

2. Curia Epiſcopalis poteſt cumulativè cognoſcere cauſam intèr Laicos ratione juramenti, vel obligationis Cameralis, in qua continentur juramenta, quòad ipſos tamèn jurantes, & obligatos. Terracinen. 1. *Dec.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 8.

3. Poſità præventione Curiæ Laicalis in delicto mixti fori, v. g. ſtupri, quamvis præcipitantèr, & abſquè ſufficientibus probationibus, Reus fuerit

absolutus, Curia Ecclesiastica abstineat à procedendo. Nucerinâ 8. *Julii* 1687. *lib. decr. Mart. p.* 130.

4. Non licet Curiæ Episcopali vigore Sac. Can. concedere inhibitiones avocativas causarum introductarum contrà Pupillos, & Viduas reos conventos à Curia Laica; salvâ consuetudine per Episcopum legitimè probandâ. Florentinâ 27. *Julii* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 208.

5. Afferta consuetudo Curiæ Ecclesiasticæ relaxandi mandata suspicionis fugæ intèr Laicos, remanet iustificanda, etiàm in causis, ubì non adest juramentum, nec etiàm obligatio Cameralis. Civitatis Castelli 7. *Sept.* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 228.

6. Curia Episcopalis procedens ad compilationem processus contrà Ministros Curiæ Laicalis, non potest recusare articulos ab ijs adductos ad eorum defensionem. Civitatis Castelli 16. *Novembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 156.

7. Vicarius Apostolicus Judex Ecclesiasticus monetur, seù reprehenditur, quià requisitus renuerat procedere contrà violatores Immunitatis Eccl. S. Agathæ Gothorum 10. *Februarij* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 203.

8. Curiæ Ecclesiasticæ restituendi sunt Clerici, & quicumque alij exempti, qui fuerunt carcerati à Curia laicali. V. verbo *Restitutio* n. 24. 25.

9. Itèm restituendi sunt Extracti violentèr, ac etiàm dolosè, & quocumque alio indebito modo è loco immuni. V. verbo *Restitutio* n. 18. & seq.

10. Aliquandò debent etiàm ei consignari acta facta à Curia Laicali contrà Immunitatem, vel Jurisdictionem Ecclesiasticam V. verbo *Acta* n. 1. & seq.

11. Curia Eccles. quando possit, vel debeat communicare acta, seù processum Curiæ Laicali, Vide verbo *Acta* n. 14. & seq. & 26.,

verbo

verbo *Processus* n. 6. & seq. & 34.

12. Curia Eccles. non potest ad instantiam Curiæ Laicalis consignare eidem res existentes apud se, ad effectum formandi corpus delicti: Clusinâ 19. *Iulii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 202.

13. De ordine Sanctissimi sæpè iniungitur Curiæ Ecclesiasticæ, ut consignet corpus delicti, & acta recognitionis eiusdem cum præservatione ab incursu Irregularitatis. Nepesinâ 30. *Oct.* 1694. *d. lib. p.* 154. Spoletanâ 5. *Feb.* 1695. *lib.* 1. *decr. Pall. p.* 170. Clusinâ 2. *Aug. d. A.*, & *lib. p.* 206.

14. Quicumque insultant, impediunt, vel offendunt Ministros Curiæ Ecclesiasticæ in eorum officio, & exercitio, censuras contrahunt. Vide verbo *Impediens* n. 2., *Eximitio* n. 3., *Birruarij* n. 7. 8., *Censuræ* n. 4.

CVRIA PRÆPOSITVRALIS ATINI

NVmerus Ministrorum, & Executorum Curiæ Ecclesiasticæ, & familiarium Ordinarij, seù Præpositi Atini, qui gaudent privilegio fori, sic præscribitur à Sac. Congregatione.

Quòad Diaconos Salvaticos: In decisis. Nempè servetur decretum circà Diaconos Salvaticos editum tempore Gregorij XV. F. R. positum suprà sub verbo *Clerici Salvatici* n. 1.

Quòad Eremitas: serventur decreta, quatenùs habeant requisita.

Quòad Colonos, cum sint partiarij, gaudent.

Quòad Custodes carcerum, unus tantùm gaudet.

Quòad Cursores, seù Scopetellos, quatuor tantùm.

Molitor Mensæ Præposituralis, Depositarius, Fiscalis, Factor, gaudent.

Barbitonsor, Pistor Præpositi, Procurator

Ecclesiæ S. Marci, Cursores Casalis Recinisci, non gaudent.

Quòad Hospitaliarios mandatur doceri de erectione Hospitalis authoritate ordinariâ, vel de consuetudine. In una nullius Atini 17. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 190.

Et habito novo recursu pro moderatione præfixi numeri, Sac. Congr. stetit in decisis; quo verò ad Molitorem Capituli, doceatur de requisitis. In eadem 17. *Maij d. A.*, & *lib. p.* 190.

CVRIA LAICALIS

1. CVria Laicalis non potest carcerare Clericum, absquè præcedenti licentiâ Episcopi, etiamsì in fraganti reperiatur, sed debet recto tramite ad carceres Curiæ Eccles. eum ducere. Dertonen. 10. *Nov.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 77.

2. Quarè Curiæ Laicalis Ministri, qui processum fecerunt contrà Clericum, Censuris innodantur, & omnia acta sunt consignanda Curiæ Eccles. Recinaten. 27. *Julii* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 211.

3. Verumtamèn contrà Curiam Laicalem, quæ carceravit Clericum, sed ipsum restituit statìm, ac cognovit excessum capturæ præfatæ, Episcopus non procedat ad Censuras. Recinaten. 9. *Junii* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 561.

4. Licet Curiæ Seculari procedere in contumaciam ad confiscationem bonorum Laici pro homicidio patrato in personam Sacerdotis. Melevitanâ 16. *Decembris* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 605.

5. At nequit procedere contrà Laicum offendentem Clericum, quando Laicus à Curia Ecclesiastica præventivè carceratus, deindè absolutus fuit de consensu Partis. Terracinen. 18. *Novem-*

Novembris 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 188.

6. Curia Laica nequit impedire, seù molestare Laicos, ne conveniant alios Laicos coràm Iudice Ecclesiastico. Sutrinâ 8. *Iulij Anni* 1683. *lib.* 3. *dec. Altoviti pag.* 132.

7. Item nequit impedire quominùs Executores Curiæ Laicalis, seù etiàm addicti servitio utriusque Curiæ, exequantur mandata Curiæ Ecclesiasticæ. Vide verbo *Balivus* n. 2. & seq.

8. Similitèr nequit procedere ad mensurandum bona Mensæ Episcopalis, & aliorum Ecclesiasticórum. Vide verbo *Bona Mensæ Episcop.* n. 2.

9. Curiæ Secularis Officiales, qui absque facultate Apostolica faciunt recognitiones iudiciales in loco immuni, Censuras incurrunt. Nullius Abbatiæ S. Marci 21. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 87.

10. Ministri Curiæ Laicalis requisiti, & introducti ab Abbate, & Religiosis ad faciendas intrà Monasterium recognitiones iudiciales contrà Collegiales Collegij Borromei immediatè subjecti Sedi Apostolicæ, absolvuntur in forma privata. Papien. 15. *Nov.* 1689. *lib. decr. Mart. p.* 530.

11. Curiæ Laicali, quæ procedebat contrà Mulierem iam à Curia Episcopali absolutam, Episcopus iussu Sac. Congregationis præfigit terminum ad deducendum iura sua coràm eâdem Sac. Congr. Tudertinâ 24. *Dec. lib.* 1. *decr. Vall. p.* 236.

12. Sustinentur Censuræ latæ contrà nolentes restituere Laicum postulatum ob percussionem Viduæ in Curia Eccles., à qua habilitatus fuerat cum cautione de habenda domo pro carcere, quemque Curia Laicalis in vim posterioris querelæ Viduæ ad suos carceres traxit, protestantem se habere domum pro carcere. Civitatis Castelli 13. *Iulij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 299.

13. Excommunicantur Ministri Curiæ Laicalis, qui pecuniâ mulctaverant delinquentes priùs delatos ad Curiam Eccles. in causa mixti fori. Civitatis Castelli 2. *Martij d. A.*, *& lib. p.* 275.

Vide verbo *Causarum mixti fori cognitio* n. 6. & seq.

CVRIA LEGATIONIS

V. verbo *causarum cognitio* n. 9. & seq. verbo *Legatus*.

C V R S O R

1. Actualitèr inserviens Curiæ Episcopali pro Cursore, gaudere debet privilegio fori. Catacen. 27. *Jan.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 194. Oppiden. 17. *Martij* 1659. *lib. decr. Rocci p.* 171.

2. Cursor Curiæ Ecclesiasticæ, qui actualitèr inservit, gaudet privilegio fori quoad personam, etiàm respectu delictorum, ut prætenditur, per eum commissorum antequàm inserviret, quamvìs prætendatur fraus, quam Judex Ecclesiasticus cognoscere, & declarare debet. Beneventanâ 6 *Dec.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 232., *&* 20. *Nov.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 57.

3. Exemptionem Cursoris Curiæ Episcopalis à Collectis Laicalibus Episcopus tueatur juxtà consuetudinem Civitatis. Suessanâ 26. *Julii* 1670. *lib.* 1. *decr. Altovitj pag.* 461.

4. Gubernator Beneventanus, qui est Præsul, facultate Sanctissimi procedit contrà Cursorem Curiæ Archiepiscopalis ob violatam carcerationem, seù excarcerationem publicè factam carcerati à Curia Laica. Beneventanâ 26. *Nov.* 1695. *l.* 1. *dec. Val. p.* 229.

CVSTODIA VINEARVM

Ad taxam pro Custodia Vinearum, Ecclesiastici non tenentur. Forolivien. 2. *Octobris* 1703.

1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 523.

Et iterùm non obstantibus novis recursibus, Sac. Congr. perstitit in decisis, & ampliùs. In eadem 29. *Aprilis* 1704. *d. lib. pag.* 579.

CVSTOS BONORVM MENSÆ EPISCOPALIS

1. CVstodes damnorum datorum Curiæ Episcopali, gaudere debent privilegio fori non tantùm in causis damnorum datorum, sed etiàm in omnibus alijs causis. Tudertinâ 6. *Julij* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1413.

2. Custos paucarum arborum Mensæ Episcopalis; gaudet privilegio fori. Oppiden. 17. *Martij* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 171.

Vide verbo *Causarum Cognitio quoad exemptos* n. 12.

CVSTOS ANIMALIVM

1. CVstodes Animalium spectantium ad Ecclesias, & Ecclesiasticos, tenentur quidem ad solutionem damni dati, non ad pœnas damna dantium. Perusinâ 17. *Junij* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 812.

2. Simplex Custos Animalium spectantium ad Confraternitatem inquisitus, at existens in fortijs Curiæ Secularis, non gaudet privilegio fori. Ferentinâ 12. *Iulij* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1609.

Vide verbo *Causarum cognitio quoad exemptos* n. 9.
Verbo *Animalia* n. 1. 8. 10.

CUSTODES, SEU OBSIDES REFUGIATORVM

1. CVstodiæ Confugientibus ad locum immunem sunt removendæ, cum non permittan-

tantur, & sint contrà Libertatem Ecclesiasticam. Aquinaten. 20. *Augusti* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 230. Neapolitanâ 22. *Junii* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 54. Regien. 6. *Julii* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2007.

2. Episcopus curet, etiàm iuris remedijs, amoveri Custodias, seù Obsides Confugitorum ad Ecclesiam. Reatinâ 5. *Iunii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 127.

3. Monetur Episcopus non esse bonam praxim apponere Custodias modo, & formâ, quibus ab eo appositæ fuerunt, nempè duorum Militum die, & quatuor de nocte. Anconitanâ 24. *Martii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 27.

4. Monetur Archiepiscopus, ut amoveat Custodes, seù suos Cursores ab Ecclesia, in qua degunt Confugiti. Salernitanâ 23. *Augusti* 1667. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 147.

5. Custodias appositas loco immuni, in quo restituti fuere Hebræi violentèr extracti, Vicarius Generalis curet auctoritate sua ordinariâ removeri. Nullius Guastallæ 10. *Febr.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1924.

6. Custodiæ istæ, etiamsi remotæ, sunt prohibendæ. Iiclanâ 14. *Feb.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 184.

7. Apponentes Custodias loco immuni incidunt in Censuras comminatas contrà violatores Immunitatis Ecclesiasticæ, & indigent absolutione. Aprutinâ 1. *Octob.* 1647. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 156.

8. Custodes Refugiatorum absolvuntur in forma Ecclesiæ, impositis gravibus pœnis salutaribus. Soanen. 22. *Maij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 122. Hyeracen. 28. *Augusti* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 309.

9. Semotis priùs Custodijs per Regios, datur facultas Archiepiscopo extrahendi Clericum, & processum conficiendi supèr ejus delictis. Cosentinâ 19. *Aprilis* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 224.

10. Apponentes compedes, manicas ferreas Confugi-

fugitis in locis immunibus, incidunt in Censuras. Catacen. 25. *Septembris* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 21.

11. Contrà ponentes compedes, & manicas ferreas, ac custodientes Confugitos in Ecclesia, Episcopus conficiat processum. Capuanâ 12. *Augusti* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 20.

12. Archiepiscopus omninò removeri curet Custodiam ab Ecclesia, & Conventu, & liberari Confugitum à compedibus, & manicis ferreis. Rossanen. 1. *Sept.* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 195.

13. Iniungitur Episcopo, ut curet Confugitos ad Ecclesiam liberari à manicis ferreis, & à compedibus, & amoveri custodiam à compedibus: & si adsint inditia de delictis exemptis in Bulla, extrahat, & retineat dd. Confugitos, nec non conficiat processum. Materanen. 1. *Sep.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 988. Puteolanâ 17. *Dec.* 1675. *d. lib. p.* 1187.

14. Appositio compedum, & manicarum ferrearum Confugitis in Ecclesijs, & alijs locis immunibus de ordine Archiepiscopi, est improbata. Neapolitanâ 20. *Ian.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 31. Caven. 8. *Februarij* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 85.

DAMNA

1. SAc. Congr. censuit causas Damnorum datorum per Clericos, & Ecclesiasticos, seù eorum animalia, nec non per familiares, Ministros, & Colonos Episcoporum, & Mensæ Episcopalis, etiam laicos, seù eorum animalia, in bonis quibuscumque tàm Ecclesiarum, quàm Personarum Ecclesiasticarum, quàm Laicorum, spectare ad Curiam Episcopalem privativè.

Si verò Laici, eorumque Ministri, & animalia damnificent bona Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum,

Cu-

Curiam Episcopalem posse procedere tamquàm in causis mixti fori.

At quandò Coloni, & Ministri Ecclesiarum, Clericorum, atque Ecclesiasticorum cum animalibus proprijs bona Laicorum damnificant, cognitionem tàm quòad bona, quàm quòad personas Laicorum, & eorum animalia spectare ad Judicem Laicum privativè; sed si cum animalibus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, quòad personas spectare ad Judicem Laicum; Quo verò ad animalia, ad Curiam Ecclesiasticam, nisi ex consuetudine quid ultrà Ecclesiasticis competat. Terracinen. 6. *Nov.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 71. Hoc decretum approbatum fuit à Sanctissimo 6. *Dec. eiusdem Anni*. Ostunen. 8. *Martii* 1667. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 100.

2. Cognitio causæ Damnorum datorum à laboratoribus Canonici, spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Præneſt. 17. *Dec.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2117.

3. Quòad Damnum studiosè datum, Episcopus remittat causam ad Judicem Laicum quòad Custodem. Vigilien. 7. *Junij* 1689. *lib. decr. Mart. pag.* 478.

4. Cognitio Damni dati ab animalibus Ecclesiasticorum spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Civitatis Castellanæ 16. *Martij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 109.

5. Ministri Curiæ Laicalis non possunt abducere animalia Procuratoris fiscalis Curiæ Eccles. sub prætextu Damni dati; sed debent ipsa consignari eidem Curiæ Eccles. Nepesinâ 24. *Januarij* 1695. *dicti lib. pag.* 169.

6. Ministri, & Coloni Ecclesiasticorum in causa Damni dati ab animalibus eorumdem Ecclesiasticorum, non debent conveniri, nisi in Tribunali Ecclesiastico, ut ex infrapositis litteris Innocentij XI. S. M. Forosempronien. 8. *Maij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 120.

7. In

7. In causa Damni dati in bonis Ecclesiasticis, & rixæ indè secutæ intèr Laicu n dominum animalium, & Custodem agrorum, in qua utraque Curia processit, quoàd causam Damni dat spectat ad Curiam Episcopalem: Quo verò ad causam rixæ, ad Curiam Secularem. Civitatis Castellanæ 7. *Sept.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag* 210.

8. Quando Damna prætensa à Parte intrà terminum præfixum non liquidantur, iniungitur Ordinario, ut absolvat Censuratum præstitâ cautione de ipsis reficiendis, quatenùs liquidentur. Veliternâ 14. *Iunii* 1661. *lib decr. Rocci pag.* 344.

9. Vigore statuti Particularis Civitatis Castellanæ, quilibet particularis reperiens animalia minuta in suis bonis Damna dantia, habet libertatem occidendi unum ex dictis animalibus, cuius una portio spectat ad damnificatum, & alia portio dividitur intèr Gubernatorèm, & Conservatores Civitatis. In casu verò occisionis dicti animalis factæ vigore dicti statuti a Ecclesiasticis, Sac. Congr. resolvit: Portionem animalium occisorum ab Ecclesiastico non spectare, neque ad Gubernatorem, neque ad Conservatores. Civitatis Castellanæ 16. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 109.

10. Circà cognitionem causarum Damnorum datorum ab animalibus Eccesiasticorum, servandæ sunt infrapositæ litteræ expeditæ 6. *Iulii* 1680. de ordine S. M. Innocentij XI. Firmanâ 9. *Febr.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 270.

11. Episcopus in executionem litterarum anni 1680. publicet Edictum pœnarum servandarum pro Damnis illatis à Ministris, & Colonis Ecclesiasticorum. Spoletanâ 2. *Octob.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. p* 525.

12. Exemptio à pœna pro Damnis datis, an competat Cleric. etiàm coniug. Vide verbo *Cleric. Coniug. quoàd forum* n. 5.

13. Te-

13. Tenor Litterarum pro pœnis Damnorum datorum directarum omnibus Ordinarijs Status Pontificij de mandato S. M. Innocentij XI. 6. *Julii* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2008., est huiusmodi.

Sanctitas sua intendit, quod Ministri, & Laboratores Personarum Ecclesiasticarum non conveniantur, nisi in Tribunali Ecclesiastico pro pœnis Damnorum datorum, & quoad dictas pœnas præfati non subiaceant statuto Laicali: sed quia S. M. Clementis VIII. concessit emolumenta dd. pœnarum Communitatibus, ob annuam summam, quam istæ R. Cameræ solvunt, ad hoc ut earum indemnitati provideatur, Sanctitas Sua præcipit cuilibet Ordinario, ut Edicto publico declaret pœnas incurrendas à Ministris, & Laboratoribus Ecclesiasticorum pro damnis datis cum eorumdem animalibus. Et in casu Damni dati procedat summariè ad pęnas comminatas in Edicto, applicando semper eas in beneficium Communitatis, vel Affictuarij, & iuxtà solitum, se gubernando circà quantitatem pęnæ, ut Communitati nullum præiudicium inferatur.

Quòad pœnas Damni dati vide verbo *Pœna* n. 1. 2.

DEBITOR

1. UT consulatur indemnitati Creditorum, qui nequeunt exequi facere Mandatum contrà Debitores, qui res suas in locis immunibus transtulerunt, dantur Episcopo litteræ perquisitionis in forma. Perusinâ 17. *Aug.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 110. Ariminen. 6. *Dec. d. A.*, *& lib. p.* 234., *& alibi*

2. Aliquandò præfatæ litteræ diriguntur Nuncio Apostolico iuxtà formam consuetam ad annum. Neapolitanâ 25. *Iunij* 1695. *d. lib. pag.* 196. quibus lit-

teris

teris uti possit in Ecclesijs suæ Jurisdictioni subiectis. In eadem 11. *Ianuarii d. A. & lib. pag.* 168.

3. Ne Creditores damnum patiantur à Debitoribus decoctis, qui unà cum rebus suis confugerunt ad Conventum N., datur facultas D. Nuncio illas perquirendi, & extrahendi in forma ad effectum illas consignandi inventariatas Judici competenti. Pisanâ 6. *Aug.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 208.

4. Datur aliquandò facultas, ut Debitores ex causa civili cogantur exire à loco immuni. S. Severinæ 18. *Dec.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 240.

5. Perceptor proventuum Regiorum confugitus ad Ecclesiam, de rigore juris gaudet immunitate ob debitum prætensum à Camera Regia ex causa administrationis; sed ex gratia, facto verbo cum Sanctissimo, concedi potest, ut præfigatur eidem terminus duorum mensium, intrà quem si non reddiderit computa, vel concordaverit, seù satisfecerit Cameræ Regiæ, eijciatur à loco immuni. Lycien. 21. *Augusti* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 290.

6. Iniungitur Archiepiscopo, ut præfigat terminum Agenti Regis Poloniæ, qui receperat scuta duodecim millia paucis diebus antequam se declararet decoctum, ad recedendum à loco immuni, & extrahere faciat pecunias, ac bona ibidèm translata, ad effectum ea consignandi Iudici competenti in forma. Neapolitanâ 9. *Octobris* 1629. *lib* 2. *decr. Paulucci pag.* 9.

7. Aliquandò annuente Sanctissimo iniungitur Internuncio, ut præfigat terminum Appaltatoribus, seù Arrendatoribus Patrimonij Regij, & gabellarum Civitatis, confugitis, quo elapso, si summa debita erit magna, vel si sibi videbitur intervenisse fraudem, extrahat, retineat, & certioret. Neapolitanâ 11. *Martii* 1625. *ex Regest. Scrip. Vet. p.* 51.

8. Com-

8. Committitur Archiepiscopo, ut extrahere faciat Debitores Regiæ Cameræ confugitos ad loca immunia à quocumque loco immuni ad formam Bullæ Gregorianę, & mancipari carceribus Ecclesiasticis, donec integraliter persolvant Regię Camerę. Neapolitanâ 18. *Iunii* 1626. *lib.* 1. *Litterarum. Paul. pag.* 19.

9. Itèm annuente Sanctissimo permittitur Episcopo Perusino, ut Debitor extractus prò debitis in egregia summa Communitatis, & Camerę Apostolicę, retineatur in carceribus. Perusinâ 18. *Sept.* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 76.

10. Debitor egregiæ summę vocans Creditorem ad propriam domum, ac armatâ manu unà cum aliis extorquens quietantiam 2000. Scutorum, gaudet Immunitate: sed agendum cum Sanctissimo pro pena extraordinaria, attenta malâ qualitate Rei. Sarzanen. 11. *Jan.* 1684. *lib.* 3. *decr. Altov. p.* 271.

11. Censetur dolosè extractus Debitor habens promissionem à Creditore, quod non faciet exequi mandatum personale contrà ipsum, verùm cum exierit à loco immuni, carceratus fuit ad instantiam ipsius Creditoris. Nucerinâ 9. *Maij* 1702. *lib.* 3. *dec. Vallem. pag.* 420.

12. Debitor Virginis, & pauperrime, nisi intrà terminum unius mensis solvat, datur facultas Ordinario ipsum eiiciendi è domo immuni. Sabinen. 6. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 207.

Vide verbo *Decoctor* per totum.

DECIMA

1. ECclesiastici non tenentur ad solutionem Decimæ prætensæ à Barone, seù Duce Loci ex olivis recollectis in bonis per ipsos à Laicis acqui-

acquisitis, etiàm post concordiam initam inter Baronem, & Homines, seù Vniversitatem Loci, in qua dicti Homines dixerunt imponere huiusmodi onus reale, & infixum bonis, quod transeat in hæredes, successores, & possessores in perpetuum in recompensationem diversarum exemptionum eis à Barone concessarum ab oneribus publicis personalibus; juxtà votum Sac. Rotæ in hac causa *die* 24. *Maij* 1658. *coram D. Cerlo*; & ideò Sac. Congregatio mandavit: Ecclesiasticos in hoc ampliùs non molestari, & Decimas exactas à Barone restitui. Hydruntinâ 14. *Dec.* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 303.

2. Baroni verò loci competit jus exigendi Decimam Baronalem sibi debitam supèr oliveto, quod Ecclesiasticus possidet ad tempus, in compensationem fructuum sibi debitorum à Laico. Hydruntinâ 15. *Iunij* 1688. *lib. decr. Martelli p.* 304.

3. Theatini sunt exempti à solutione Decimarum Apostolicarum. Mediolanen 11. *Januarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 168.

4. Decimam pro molitura non tenentur solvere Regulares. Vide verbo *Molendinum* n. 7

5. Decimas non tenentur solvere Moniales ex suis Bonis. Vide verbo *Moniales* n. 3.

DECLARATIONES, & DECLARATORIÆ

1. DEclarationes casuum in Sac. Congr. non sunt dandæ in abstracto, sed in concreto; & ideò exprimendi sunt casus in particulari. Romanâ 27. *Sep.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 140.

2. Ad declarandum Confugitum non gaudere Immunitate, non sufficiunt indicia, & præsumptiones, sed requiritur plena, & concludens probatio de delicto excepto. Theanen. 20. *Iunij* 1651.

P

1651. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 151.

3. Quarè Declaratio Episcopi prætensum Homicidam proditorium extractum non gaudere Immunitate Ecclesiasticâ, & consignandum esse Curiæ Seculari, non datis defensionibus Reo, nec fabricato processu formitèr supèr delicto, sed fundatâ Declaratione supèr processu formato à Curia Laicali, est nulla; quarè reducto Reo ad carceres Ecclesiasticos, procedat Episcopus ex integro, & moneatur. Alexandrinâ 15. *Martii* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 340.

4. Cum Episcopus declaraverit Clericum fratricidam extractum non gaudere Immunitate Ecclesiasticâ, & consequentèr à Vicario Generali ad Triremes perpetuas condemnatus fuerit; Sac. Congreg. ad quam extractus appellavit, committit causam alteri Episcopo Partibus non suspecto, ad hoc, ut procedat ex integro supèr Declaratione casus excepti. S. Severi 3. *Julij* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. p* 33.

5. Declaratio criminis assassinij à Clerico commissi spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Soranâ 4. *Dec.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 115

6. Factis declaratorijs ser. ser. ab Ordinario Clericum Beneficiatum non incedere in habitu, & tonsura, ex dispositione Sixti V. F. M., & juxtâ Declarationes Sac. Congr. Concilij, statim beneficijs ipsis, & fori privilegio est privatus. Januen. 24. *Iulij* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 100.

7. Præcipitur Episcopo, ut faciat Declarationem in actis, quod nullitèr, & malè fecit actum admittendi cognitionem Clericatus per Regios, & respondendi eisdem, quod supersedisset, donèc fieret talis cognitio; & huiusmodi declaratio notificetur per Episcopum ipsis Regijs, & transumptum authenticum transmittat Sac. Congregationi. Alexanen.

xanen. 10. Nov. 1657. *lib. 3. decr. Paul. pag.* 46.

8. Iniungitur Episcopo, ut procedat ad Declarationem supèr immunitate loci, in quo fuit facta captura. Vrbanien. 5. *Martij* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 79.

9. Facienda est Declaratio ab Episcopo, se recepisse extractum à potestate Laica in reintegrationem Ecclesiæ violatæ. Militen. 26. *Aprilis* 1678. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1570.

10. Iniungitur Episcopo, ut procedat ser. ser. ad Declaratorias contrà Syndicum Civitatis, qui dedit alapam Sacerdoti antè Sacramentum Altaris. Caven. 29. *Sep.* 1624. *ex Reg. Scrip. Vet. p.* 25.

11. Declaratio exemptionis quotæ frumenti Personarum Ecclesiasticarum ab impositione molituræ, non spectat ad Communiatem. Senogallien 14. *Ianuarij* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 39.

12. Declarationes Ecclesiasticorum se esse satisfactos à Barone, non sunt ab Episcopo attendendæ, nisi eidem constet secutam esse cum effectu satisfactionem, attento metu, & incussionibus illatis per Baronem. Cassanen. 9. *Oct.* 1640 *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 121.

13. Episcopus abstineat à Declaratione Censurarum pendente tempore, quo debet informare Sac. Congregationem. Massana in Ætruria 25. *Aprilis* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 19.

14. Facienda est Declaratio à Laicis, gabellam vini, & augumentum gabellæ carnis non comprehendere Ecclesiasticos. Alissanâ 25. *Februarii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 53.

DECOCTOR

1. EPiscopus non potest extrahere Decoctores, cum non sint de exceptuatis in Bulla Gre-

 gorij

gorii XIV. Panormitanâ 21. *Januarij* 1626. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 90.

2. Sacra Congregatio tribuit Archiepiscopo facultatem præfigendi Confugito dolosè Decocto congruum tempus, intrà quod vel absolvat, vel concordet cum Creditoribus, & quatenùs neutrum exequatur, attentis gravissimis circumstantijs in isto casu concurrentibus, eijciendi è dicto loco immuni, & extrahendi Libros, ac res ad eumdem pertinentes. Avenionen. 14. *Sep.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 164.

3. Deindè attentis prædictis circumstantijs datur facultas illum extrahendi ad formam Bullæ, & retinendi in carceribus Eccles. nomine Sac. Congregationis, nec non perquirendi, & extrahendi res in forma. *Ibidèm.*

4. Mercatori fraudulentèr Decocto, annuente Sanctissimo præfigitur terminus duorum mensium, intrà quem recedere debeat à loco immuni, si Parti non satisfecerit, vel illam acquiescere non curaverit. Militen. 13 *Dec.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 179. Catacen. 21. *Mar.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 186.

5. Datur Episcopo facultas assecurandi Libros Decoctoris Confugiti, repositos in loco immuni, ad effectum custodiendi, & de ijs disponendi, prout de jure. Ravennaten. 3. *Julij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 131., *&* 14. *Augusti p.* 139.

Vide verbo *Debitor* per totum.

DECRETA ECCLESIASTICORUM

1. DEcretum Episcopi pro clausura aditus è domo vicinâ ad domum Confraternitatis, censetur à Sac. Congregatione opportunum ad evitandos abusus Immunitatis Ecclesiasticæ. Senogallien. 6. *Martii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 220.

2. Decretum Episcopi prohibens receptionem Confugientium ad Ecclesias sinè licentia, est revocandum ab ipso Episcopo. Narnien. 28. *Sep.* 1663. *lib. decr. Rocci p.* 512. Anagninã 13. *Nov.* 1663. *ibi p.* 515.

3. Decretum Episcopi prohibens, ne ampliùs Clericus admittatur ad officia publica, Sac. Congreg. jubet aboleri tamquam præjudiciale Libertati, & Jurisdictioni Ecclesiasticæ. Firmanã 20. *Septembris* 1667. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 159.

4. Decretum Episcopi, ut Clerici solvant gabellas &c. pro animalibus, non sustinetur.

Vide verbo *Animalia* n. 3. 4.

5. Decretum Episcopi, quò gravantur bona Ecclesiasticorum circà onera laicalia, non sustinetur. Mutinen. 7. *Julii* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1275.

6. Pro Decreto absolutionis Censurarum Episcopus nihil recipere debet, salvo sempèr tamèn quod debetur pro reintegratione Immunitatis Ecclesiasticæ, ac pro Actis Curiæ Episcopalis. Maioricen. 14. *Apr.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 924.

7. Aliquandò iniungitur Vicario Generali, ut pro Decreto absolutionis nihil nec per se, nec per alios Ministros recipiat. Regien. 29. *Januarii* 1675. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 1060.

8. Decretum Confraternitatis statuens Confratres accedentes ad Ordines Clericales amittere votum in Confraternitate, debet aboleri. Vrbanien. 28. *Nov.* 1673. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 869.

9. Decretum factum ab Ecclesiasticis, seù Canonicis de non contribuendo ad expensas litis pro defensione Immunitatis Ecclesiasticæ, Episcopus de ordine Sac. Congr. declaret nullum, & cogat ad contribuendum. Potentinã 17. *Decembris* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 142.

10. Decretum inhabilitationis Civium Lucensium

sium ad habitum Religionis Hierosolymitanæ ab eadem Religione editum, Sac. Congr. censuit non debuisse fieri, ideòque revocandum utì nullum, unà cum omnibus indè secutis. Lucanâ 20. *Decembris 1634. lib. 2. decr. Paul. pag. 213.*

DECRETA LAICALIA

1. DEcretum Reipublicæ Lucanæ, quo ordinatur carcerari à Ministris Laicis Equites Hierosolymitanos, casu quo Episcopus, vel Vicarius renuant carcerare, aut providere contrà ipsos, & retinere nomine Sanctissimi, unanimi consensu Sac. Congr. censetur, uti repugnans Immunitati, & Jurisdictioni Eccles., Sac. Canonibus, Concilijs, & Apostolicis Constitutionibus, fuisse, & esse nullum, & invalidum unà cum omnibus alijs actibus, etiàm in Curia Episcopali subsecutis, ideòque revocandum, prout revocavit, & per eamdem Rempubl. collegialitèr, & respectivè per Curiam Episcopalem revocari, & ab eorum Libris deleri mandavit. Insupèr decrevit huiusmodi revocationis, & cassasionis fidem authenticam exhibendam esse eidem Sac. Congregationi, & omnes complices in decreto edendo indigere absolutione à censuris hac de causa incursis. Lucanâ 20. *Dec. 1634. lib. 2. decr. Paul. pag. 213.*

2. Decreta Consilij Communitatis de non admittendis Clericis ad officia publica, revocanda sunt, utì repugnantia Immunitati, & Libertati Ecclesiasticæ, cum de jure communi admittendi sint ad officia publica d. Clerici, quandò electi sunt. Tudertinâ 6 *Nov. 1634. lib. 2. decr. Paul. p. 207.*

3. Decretum Judicis Laici statuens bona plus offerenti deliberari, quatenùs sit Regiæ Jurisdictioni

ni subditus, est præiudiciale Immunitati, & Libertati Eccles.; & ideò curanda est revocatio ab Episcopo, proùt iuris. Minerbinen. 14. *Novembris* 1645. *lib. 3. decr. Paul. pag.* 264.

4. Decretum Tribunalis Secularis, in quo mandatur repeti in faciem extracti à loco immuni testes examinatos supèr Immunitate loci, est nullum, & utì nullum, & invalidum Sac. Congr. declaravit. Beneventanâ 21. *Ian.* 1659. *lib. decr. Rocci p.* 146.

5. Decretum Magistratus Secularis prohibens Balivum inservire Curiæ Ecclesiasticæ, curet Episcopus, etiàm vi Censurarum, ut aboleatur per actum publicum. Asculanâ 5. *Oct.* 1688. *lib. decr. Mart. p.* 356.

6. Decretum Regię Camerę; Vide v. *Alienatio* n. 2.

DEFENSIO

1. DEfensio Immunitatis Ecclesiasticæ, quandò à Curia Laicali carcerantur exempti, & Regulares, etiàm extrà Claustra, spectat tàm ad Nuncium, quàm ad Episcopos Diœcesanos. Neapolitanâ 19. *Junii* 1635. *lib. 2. decr. Paul. pag.* 228.

2. Non denegantur ex vera opinione Defensiones extractis à loco immuni, quandò proceditur ad declarationem, an gaudere debeant Immunitate Ecclesiastica? Beneventanâ 21. *Iunij* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 229.

3. Etiamsi ex probationibus resultantibus ex processu informativo, delicta extracti sint de exceptis, adhùc tamèn dantur Defensiones, quæ transmittantur ad Sac. Congr. Hydruntinâ 7. *Julij* 1671. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 571.

4. Quandò Reus homicidij proditorij extractus ad formam Bullæ renunciat semèl, atque iterùm defensionibus sibi datis ad dicendum contra pro-

priam confessionem, Episcopus mandet fieri Defensiones per defensorem à se deputatum. Neocastren. 24. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 114.

5. In hac causa adhùc Sac. Congreg. pro Defensione Rei antequàm resolvatur articulus, an non gaudeat Immunitate? præcipit, ut scribat Advocatus Pauperum. Neocastren. 11. *Jan.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 167. & pro fisco Laico Magliabeccus. Neocastren. 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 174.

6. Aliquandò datur facultas, ut in Defensionibus assignandis extracto, Episcopus permittat assistentiam unius Interpretis deputandi à Curia Seculari Oratrice. Asten. 17. *Maij* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2195.

7. Iussu Sanctissimi datur Eminentissimo Legato Vrbini in causa cuiusdam Clerici facultas examinandi, etiàm per alium Personas Ecclesiasticas tàm Seculares, quàm Regulares ob eius defensam, easque cogendi in casu renitentiæ. Senogallien. 21. *Apr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 117.

Vide verbo *Curia Ecclesiastica* n. 6.

DELEGATIO, ET DELEGATVS.

1. NOn est necessaria Delegatio Sedis Apostolicæ ad effectum, ut Archiepiscopus possit procedere contrà Ministros laicos, qui in odium Ecclesiasticorum postulant eorum parentes, familiares, & Colonos; sed tamquàm Ordinarius procedat in vim suarum facultatum. Mediolanen. 26. *Ianuarij* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 155.

2. Delegatus Papæ ad procedendum in criminalibus etiàm per alium, dummodò sit Clericus, non potest subdelegare Clericum Coniugatum. Romanâ 30. *Maii* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1770.

Vide

Vide verbo *Processus Curiæ Ecclesiasticæ* n. 12. & seq.

3. Tamèn aliquando conceditur Delegato, annuente Sanctissimo, ad procedendum contrà Clericos facultas, ut possit procedere per eius Locumtenentem, quamvis sit Clericus Coniugatus; & hoc ex defectu Clerici capacis. Terracinen. 19. *Nov.* 1680. *lib. 2. decr. Altov. p.* 2094. Civitatis Castelli 29. *Maij* 1696. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 27.

4. Archiepiscopus potest procedere contrà Gubernatorem Equitem Hierosolymitanum in causis violatæ Immunitatis, utì delegatus Sedis Apostolicæ. Materanen. 16. *Iulii* 1658. *lib. decr. Ricci p.* 105.

5. Subdelegationem absolvendi à Censuris Episcopus committat Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ. Cassanen. 17. *Iunii* 1679. *lib. 2. decr. Altov. p.* 1778. Foroliviеn. 25. *Ian.* 1680. *ibì p.* 1917.

6. Vicarius Generalis non potest delegare facultatem sibi concessam absolvendi à Censuris, nisi cum expressa licentia Sac. Congr. Feretranà 26. *Maii* 1696. *lib. 2. decr. Vallem. p.* 23.

Vide verbo *Absolutio* n. 75.

7. Aliquandò datur facultas Episcopo subdelegandi alios Ordinarios, ad effectum recipiendi examen testium inducendorum ex parte extracti pro eius defensionibus. Asten. 7. *Maii* 1681. *lib. 2. decr. Alt. p.* 2191.

8. Sac. Congregatio iniungit Episcopo, ut procedat, prout de jure, contrà Extractores confugitorum in Cæmeterio, qui translati extrà Diœcesim pœnam ultimi supplicij luerunt, etiàm extrà Diœcesim, cum facultate subdelegandi. Alben. 3. *Dec.* 1697. *lib. 2. dec. Vallemani pag.* 123.

DELICTUM, DELINQUENS

1. NOn gaudet Immunitate Ecclesiasticâ, qui ab Ecclesia explodit ictum sclopi ex

ex quo percussus moritur. Ianuen. 17. *Iunii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 80.

2. Non gaudet Immunitate, qui commisit homicidium in Ecclesia; sed est malè extractus ex licentia Vicarij foranei; quarè & ipse Vicarius, & alij, qui interfuerunt dictæ extractioni, indigent absolutione. Soranâ 18. *Octobris* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 240.

3. Deliquentes contrà Immunitatem Ecclesiasticam, occidendò Bannitum in Ecclesia, possunt puniri, etiàm pęnâ corporali, iuxtà formam Sac. Can. Aiacen. 1. *Iulij* 1659. *lib. dec. Rocci pag.* 189.

4. Qui calore iracundiæ in rixa occiderunt in Ecclesia Clericum, gaudere debent Immunitate Eccles. Caiacen. 4. *Sep.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 128.

5. Provocati, & in rixa occidentes aliquem in Ecclesia, gaudent Immunitate. Algaren. 24. *Martii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 27.

6. Milites, qui ex rixa occiderunt alium Militem in Ecclesia, gaudere debent Immunitate Eccles. Mantuanâ 2. *Nov.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 32. Aversanâ 5. *Apr.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 674.

7. Vulnerans proditoriè supèr ostium Ecclesiæ aliquem, ex gratia Sanctissimi è carceribus Episcopalibus consignatur Ministris Curiæ Secularis. Lauden. 29. *Sep.* 1624. *Ex Regesto Script. Veterum pag.* 39.

8. Extrahentes suum inimicum ab Ecclesia, & in scalis eiusdem Ecclesiæ eum statim interficientes, vigore Bullæ Gregorianę non sunt privati immunitate Eccles. Theatinâ 5. *Julij* 1633. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 163.

9. Qui à porta, & fenestris Ecclesię exploserunt quàmplurimos ictus sclopi, ut occiderent quemdam Confugitum intrà eamdem Ecclesiam, & posteà in diversas Ecclesias confugerunt, gaudent Immunitate

tate, nec sunt extrahendi. Oppiden. 29. *Septembris* 1624., *ex Regesto Scripturarum Veterum p.* 38.

10. Exiens ab Ecclesia confugij, ac propè eam sclopo committens homicidium, & deindè confugiens ad aliam Ecclesiam ibì proximam, debet gaudere Immunitate Ecclesiastica. Lycien. 6. *Februarii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 216. Militen. 4. *Sep.* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 17.

11. Occidens à gradu portæ Ecclesiæ Parochialis existentem intrà eamdem Ecclesiam, sed ex rixa incepta extrà ipsam Ecclesiam, gaudet Immunitate, & est restituendus Ecclesiæ. Senogallien. 3. *Octobris* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 672.

12. Existens suprà portam Ecclesiæ, & committens homicidium in personam existentis infrà ultimum gradum antè ipsam Ecclesiam, gaudet Immunitate, & est restituendus. Dertonen. 9. *Septembris* 1670. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 475.

13. Laicus percutiens alium Laicum in Ecclesijs incurrit excommunicationem minorem. In una Nullius 26. *Junii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 97.

14. Occidens aliquem in limine portæ Ecclesiæ gaudere debet Immunitate Ecclesiastica. Hyeracen. 16. *Decembris* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 192.

15. Committens homicidium in distantia quatuor passuum ab Ecclesia in loco immuni, non tamèn in Cæmeterio, refugitus in eadem Ecclesia, gaudet. Nullius Orbetelli 12. *Februarii* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 270.

16. Committens homicidium in personam distantem unico solo palmo à porta Ecclesiæ, gaudet Immunitate. Spoletanâ 21. *Novembris* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 395.

17. Gaudet Immunitate, quamvis quis deliquerit, seù commiserit homicidium in Porticu Eccle-

siæ

siæ. Spoletanâ 9. *Octobris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 10. Asculanâ 20. *Nov.* 1657. *lib. decr. Rocci pag.* 41.

18. Gaudet Immunitate Ecclesiæ, qui explosit ictum sclopi non in Ecclesia, vel Cæmeterio, sed tantùm in loco immuni, & occidit aliquem. Perusinâ 21. *Nov.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 238.

19. Item non censetur intèr casus exceptos homicidium Clerici patratum à commorante in ipsa Domo occisi, intèr quos præcesserant altercationes, adeoquè homicida est restituendus. Anagninâ 22. *Jan.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 550.

V. verbo *Exilium* n. 3., verbo *Fur* n. 1. & seq.

DENVNCIATIO

Singulis diebus festivis intèr Missarum solemnia fiant Denunciationes Excommunicatorum per Cedulones. Marsicanâ 18. *Augusti* 1637. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 40.

DEPOSITARIVS

1. Depositarius Archiepiscopatus gaudet privilegio fori. Ravennaten. 28. *Februarii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 210.

2. Depositarius pignorum Curiæ Episcopalis gaudere debet privilegio fori. Recinaten. 5. *Maii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 32. Spoletanâ, & Senogallien. 10. *Sept.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 28.

3. Depositarius pignorum Mensæ Episcopalis gaudet privilegio fori, dummodò sit etiàm depositarius pœnarum. Recinaten. 22. *Sep.* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 604., & 17. *Nov. d. A.*, & *lib. p.* 619.

4. Depositarius pro exigendis livellis, & similibus ad Archiepiscopatum spectantibus, gaudet pri-

privilegio fori, & ideò causa homicidij per ipsum commissi, etiamsì extrà Diœcesim, spectat ad Curiam Archiepiscopalem. Cesenaten. 10. *Junii* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 6.

5. Depositarius Curiæ Episcopalis non gaudet exemptione, nisi pro personalibus, quandò non adest legitima consuetudo ad eius favorem. Forosempronien. 28. *Apr.* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 546.

6. Depositarius Curiæ Episcopalis est exemptus ab officijs publicis Communitatis. Montis Falisci 6. *Iulij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 134.

7. Episcopus potest deputare Depositarium in loco Aquæspartæ. Tudertinâ 24. *Aprilis* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 221.

8. Depositarius pignorum Mensæ Episcopalis gaudet privilegio fori. Civitatis Castelli 7. *Sept.* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 228.

9. Depositarius Curiæ Abbatialis in loco Tossiæ, consideratus utì depositarius generalis, gaudet. Nullius Farfen. 19. *Augusti* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 606.

10. Depositarius pignorum Vicarij foranei non gaudet privilegio fori, salvâ legitimâ consuetudine per Episcopum probandâ. Spoletanâ 28. *Maij* 1686. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 571.

11. Depositarius pignorum in Oppido distante à Cathedrali per octo milliaria, non gaudent. Narnien. 31. *Aug.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 310.

12. Depositarius laicus Seminarij, cujus officium est exigere redditus, & proventus Seminarij, non gaudet exemptione ab oneribus communitativis. Fulginaten. 24. *Jan.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 765.

13. Prævià revocatione omnium actorum Curiæ Secularis contrà Depositarium, absolvitur arbitrio Episcopi Judex Laicus privatè, sed in for-

ma

ma Ecclesiæ. Narnien. 30. *Aprilis* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 186.

14. Executores Curiæ Laicalis, qui carceraverant Depositarium Curiæ Episcopalis, absolvuntur impositis pœnitentijs salutaribus in forma Ecclesiæ arbitrio Episcopi. Balneoregien. 6. *Novembris* 1694. *d. lib. pag.* 154.

15 Jussu Sanctissimi datur Judici Roncilionis facultas procedendi contrà Depositarium pignorum Curiæ Episcopalis, iam de ordine ipsius Judicis carceratum, absque eo quod sciret esse Depositarium, eò quià tentavit violentèr osculari quamdam viduam. Sutrinâ 1. *Sept* 1694. *d. lib. p.* 143

Vide verbo *Privilegium* n. 4.

DEPOSITIO

Depositiones factæ à dolosè extracto sub promissione impunitatis, si coadjuvet carcerationi sociorum pretensorum Grassatorum in Curia Laica, quas deindè in Curia Ecclesiastica ferè omnes revocavit ut falsas, sunt tantum inefficaces contrà ipsum extractum, qui est restituendus Ecclesiæ. Ferentinâ 29. *Maij* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 26.

DEPOSITVM

1. Censuratus ob belluas, & alias quascumque res ablatas Ecclesiasticis, cæterisque personis exemptis, ac etiàm ob summas indebitè exactas, non absolvitur, nisi vel factâ restitutione, vel facto priùs deposito pœnès personam Ecclesiasticam; si autèm res ampliùs non existat, de pretio æquivalenti. Cosentinâ 16. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 93. Amalphitana 23. *d. M. A. & lib.*

p.

p. 95., *&* 23. *Oct.* 1694. *d. lib. p.* 153. *& alibi*.

V. verbo *Animalia* n. 5., *Bona Controversa*.

2. Vicarius Generalis omninò faciat restituere summam depositatam à Patribus S. Pantaleonis Scholarum Piarum de Vrbe pro oneribus communitatis, translationis vini, & musti quæstuati; & deincèps non permittat illos esse subiectos ulli oneri pro eleemosinis collectis ex quæstuatione juxtà decreta. Veliterna 7. *Febr.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 21.

3. Præstita idonea cautione de habendo in forma Depositi summam controversam pro reficiendis damnis passis in carceratione, & tempore carcerationis ab Affictuario gabellæ vini mulioni carcerato ob non solutionem dictæ gabellæ vini empti, ut supponitur, ab Ecclesiastico, ac de solvendo ipsam summam ad omne mandatum Sac. Congr., Judex Ecclesiasticus non cogat ad faciendum Depositum. Prænestinâ 24. *Sept.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 218.

4. Loco Depositi aliquandò fit obligatio de stando juri, & judicatum solvendo. Spoletana 26. *Martij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 180.

DOMINVS

1. PRoceditur contrà Dominos temporales prætendentes imponere onera insolita, ac indebita super bonis stabilibus Ecclesiasticorum in Patrimonium assignatis. Callien. 7. *Septembris* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 130.

2. Domini temporales nequeunt impedire Ecclesiasticos, ne construant molendina. Vide verbo *Molendinum* n. 6.

3. Itèm nequeunt impedire Ecclesiasticos in molitura olearum, nec illos cogere ad solvendum decimam. Vcentinâ 29. *Oct.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 226.

Vide

V. verbo *Molendinum* n. 7., *Edicta Laicalia* n. 23. 24.

DOMVS, SEV ÆDES CANONICALES

1. Domus Canonicales gaudent Immunitate. Florentinâ 8. *Maii* 1694. *lib.* 1. *decr. Val. p.* 120.

2. Non est permittendum Ædes Canonicales in Canonica existentes locari per Canonicos Laicis ad inhabitandum. Lauretanâ 16. *Aprilis* 1652. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 180.

3. Imò Episcopus hanc locationem prohibeat sub pœnis sibi benevisis. Perusinâ 14. *Maii* 1652. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 184. & 23. *Sep.* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 200.

4. Et quidèm sub pęnis pecuniarijs, arbitrio Episcopi. Mantuanâ 16. *Augusti* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 618.

5. Laudatur Archiepiscopus Florentinus ob reintegrationem Ecclesiæ medijs censuris procuratam in causa perquisitionis factæ auctoritate Laicali in Domibus Canonicalibus. Florentinâ 8. *Maii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 226.

6. Ob perquisitionem, & extractionem rerum è cubiculis Cathedralis, Clericus absolvatur arbitrio Episcopi, impositis gravibus pęnitentijs salutaribus. Perusinâ 25. *Sept.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 147.

DOMVS PAROCHIALIS

1. Domus Pręposturę contigua Ecclesiæ gaudet Immunitate, etiàm respectu bonorum ibidèm existentium, quamvìs pars eiusdem Domus sit Laico locata Castri. Durantis, sive Vrbanien. 19. *Aug.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 54.

2. Domus Parochialis gaudet Immunitate. Comen. 25. *Februarii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 138. Vide verbo *Valisia.*

3. Etiam-

3. Etiamsì ab Ecclesia distans, modò non sit locata, & inhabitata à Laicis. Cesenaten. 17. *Nov.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 24.

4. Attamen distans ab Ecclesia Parochiali spatio circitèr tertiæ partis milliarij, non gaudet immunitate. Civitatis Castelli 4. *Iulij* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 817.

5. Domus, quæ habitatur à Parocho, sed non est Parochialis, idest de pertinentia Parochiæ, non gaudet Immunitate. Alatrinâ 5. *Maii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani. pag.* 217.

Vide verbo *Censuras non sustineri.*

6. Domuncula de iuribus Ecclesiæ Parochialis, ab ea tamen, & à Domo Parochi distans circà triginta passus, quę solùm inservit pro usu, & servitio Parochi, non gaudet Immunitate. Feretranâ 27. *Iulij* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 209.

Vide verbo *Parochus* n. 1. & seq.

DOMUS QUOAD EXEMPTIONEM

1. DOmus Clericorum sunt exemptæ. Oritanâ 16. *Martii* 1631. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 100. Non censetur intèr casus exceptos homicidium Clerici patratum ab homine commorante in ipsa Domo occisi, inter quos præcesserant altercationes, adeòque homicida est restituendus. Anagninâ 22. *Januarii* 1704. *lib.* 3. *dec. Vallem. pag.* 550.

2. Domus, in quibus habitant Clerici, etiamsì coniunctim cum alijs, gaudent exemptione in totum. Nullius Atini 5. *Maii* 1637. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 32.

3. Domus Clericorum, & Ecclesiasticorum sunt exemptæ ab hospitatione Militum. Bovinen. 28. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 208.

4. Paritèr Domus Monasterij sunt exemptæ ab hospi-

hospitatione Militum, & aliorum, etiàm ex capitulatione Honorij. Cotronen. 23. *Augusti* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 167.

5. Officiales, & Milites ob violentam hospitationem in Domo Canonicali, absolvuntur prævia reintegratione Ecclesiæ, & consensu Partis. Augustanâ Pedemontis 9. *Aprilis* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 181.

DOMUS QVOAD IMMVNITATEM

1. DOmus Confraternitatis gaudere debet privilegio Immunitatis Ecclesiasticæ. Civitatis Castelli 23. *Iulii* 1652. *lib.* 4 *decr. Paul. pag.* 189.

2. Domus annexa, & addicta Ecclesiæ, gaudet Immunitate Eccles. Portuen. 30. *Martii* 1666. *lib. decr. Borrom. pag.* 151. *& pag.* 754.

3. Domus à Suffraganeo Veliterno conducta gaudet Immunitate, præterquam in parte reservata locatori. Tenetur tamèn Suffraganeus impertiri licentiam pro transitu supèr parte ab eodem conducta, pro faciendis executionibus à Curia Seculari contra locatorem. Veliterna 24. *Januarij* 1696. *lib.* 2. *decr Vallemani pag.* 5.

4. Domus contigua Ecclesiæ gaudet Immunitate. Firmana 8. *Ian.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem p.* 165.

5. Sic Domus contigua Ecclesiæ, ad quam habet aditum, ad viam publicam verò medio cortili, gaudet Immunitate. Theatina 31. *Iulij* 1674. *lib.* 1. *decr. Altovisi pag.* 976.

6. Domus contigua Ecclesiæ, à qua nullus patet aditus ad Ecclesiam, & Laicis locata, non gaudet Immunitate. Marsicen. 16. *Junii* 1682. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 51. Pisauren. 16. *Iulii* 1686. *ibi p.* 584.

7. Domus Commendæ Religionis Hierosolymitanæ habens in inferiori parte Cauponam, habentem

tem communicationem internam mediâ parte Domus superiori cum Ecclesia, non gaudet immunitate, & claudatur aditus ad Ecclesiam. Perusinâ 27. *Maii* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 107.

8. Domus posita super Sacristiam Confraternitatis Laicis locata non gaudet Immunitate Eccles. Reatinâ 4. *Dec.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 115.

9. Domus, in qua habitat Vicarius Sanctissimæ Inquisitionis non gaudet Immunitate Ecclesiastica, nisi habeat Ecclesiam cohærentem, vel adsit consuetudo. Marianen. 6. *Nov.* 1634.*lib.*2 *decr.Paul.p.*206.

10. Mansiones Conventus olim suppressi annexæ Ecclesiæ, nunc commendatæ, Laicis locatæ præter servitium Ecclesiæ, non sunt immunes. Recinaten. 28. *Jan.* 1682. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2147.

11. Non constat, quod sit locus immunis Domus empta à Regularibus ad effectum ampliandi suam Ecclesiam, & Conventum, in qua Episcopus vnicâ vice celebravit sacrum; sed deindè locata fuit Laicis, nec vllum habet ingressum ad Ecclesiam. Perusinâ 29. *Feb.* 1684. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 287.

12. Non constat esse locum immunem Capannam spectantem ad Regulares positam in distantia quinquaginta septem palmorum ab Ecclesia, & septem à Claustro Regularium, quæ est locata Laico, & est intrà ambitum Civitatis. Albanen. 11. *Julii* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 340.

13. Domus Titij, cujus filius est Fiscalis Curiæ Episcopalis, non gaudet Immunitate. Fanen. 2. *Aprilis* 1669. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 332.

DONATIO

1. DOnatio Cleri Secularis, & Regularis facta de rata franchitiæ ad favorem Communi-

munitatis pro solvendis debitis, etiàm cum reservatione obtinendi Beneplacitum Apostolicum, improbatur, & ideò abstinendum est ab effectuatione, & datur facultas absolvendi ad cautelam Comparticipantes. Tranen. 30. *Iunii* 1643. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 205.

2. Donationes fraudulentæ, & contractus simulati non excusant, ut bona sic donata Ecclesiasticis, gaudeant Immunitate, & exemptionibus. Hydruntinâ 19. *Iulii* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 850. Neocastren. 26. *Sept.* 1664. *lib. decr. Rocci p.* 585. Ostunen. 22. *Iulii* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1804.

3. Donationes factæ Ecclesiis, seù Ecclesiasticis, sub conditione, ut bona retineantur ab ipsis donantibus in affictum pro certa pensione, tamquàm factæ in fraudem Vniversitatis, non gaudent Immunitate, seù exemptione bonorum Ecclesiasticorum. Oppiden. 27. *Sep.* 1661 *lib. decr. Rocci pag.* 362.

4. Donationes favore Ecclesiarum, si legitimè factæ sint, Episcopus tueatur; fraudulentas autèm nullas declaret. Asculanâ 9. *Ian.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 97. Cotronen. 23. *Oct. d. A.*, *& lib. p.* 153. Nazarenâ 21. *Martii* 1646. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 86. Aquinaten. 18. *Iulii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 145.

5. Episcopi debent, prout de jure, omninò providere nè committantur fraudes in Donationibus, & aliis contractibus ad favorem Ecclesiasticorum in præiudicium Communitatum. Pedemontanâ 27. *Februarij* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 70.

6. Circà Donationes fraudulentas Ordinarius debet procedere pro ut juris. Beneventanâ 10. *Nov.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 47. Boven. 9. *Aug.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 599.

Vide verbo *Fraus* n. 3. & seq.

DONATIVUM

AD instantiam Regis Catholici Sac. Congregatio, ex placito Sanctissimi, concedit approbationem Donativi extraordinarij Ecclesiasticorum in Regno Siciliæ, dummodò erogetur in causa monetæ novæ. In una Regni Siciliæ, seù Panormitanâ 16. *Sep.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 176.

DOS

1. DOtes, seù Eleemosynæ Monialium sunt solvendæ in pecunia ad effectum actualis depositi faciendi; & si adsint in hoc abusus, tollantur. Taurinen. 20. *Sep.* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 122.

2. An causa dotis sit mixti fori? ob diversitatem opinionum, non fuit capta resolutio. Balneoregien. 4. *Junii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 145.

3. Cum filia non posset exigere à Patre jura Dotalia Matris, eò quod ille res suas ad loca immunia transtulisset, dantur Episcopo litteræ perquisitoriæ in forma. Theatinâ 13. *Aprilis* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 182.

DUBIUM

1. IN Dubio de incursu Censurarum, vide verbo *Absolutio* n. 83.

2. In dubio de Clericatu, vide verbo *Episcopus quoad Clericos* n. 3., verbo *Clericus*.

3. In dubio, an extractio secuta sit in loco immuni? Vide verbo *Extractio Confugitorum* n. 6.

4. Cognitio circà feudum an sit Laicale, vel Ecclesiasticum? Vide verbo *Feudum* n. 2.

DVELLVM

1. ANnuente Sanctissimo datur facultas absolvendi Duellantes tempore belli pro præterito. Cremonen. 5 *Iunij* 1625. *lib. Scrip. Vet. p.* 59.

2. Iniungitur Vicario, ut extractos, qui Duellum sibi invicem indixerant, retineat benè custoditos usque ad ordinem Sanctissimi, si non sequantur paces; nam si sequantur, poterit statìm excarcerari facere. Januen. 3. *Martii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 25.

3. Datur facultas Gubernatori, annuente Sanctissimo, procedendi etiàm per alium, modò sit Clericus, contrà Equitem Hierosolymitanum, & Equitem Sancti Stephani, qui commiserunt inter se Duellum, & cogendi pro fideiussione de se non ampliùs offendendo ob quietem publicam. Fanen. 29. *Iulii* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1805.

ECCLESIA

1. ECclesia, dummodò sit fundata authoritate Ordinarij, gaudet Immunitate Ecclesiastica, etiàmsì non fuerit benedicta. Anconitanâ 19. *Junii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 226.

2. Locus, in quo construitur Ecclesia, iam iniecto solemnitèr primo lapide, est immunis. Januen. 5. *Octobris* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 358.

3. Ecclesia sita in fortalitio S. Vrbani gaudet Immunitate Eccles. Bononien. 16. *Julii* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1122.

4. Ecclesia prophanata in visitatione Episcopi per decretum affixum in valvis eius Ecclesiæ, in qua, hoc non obstante, tàm ante, quàm post extractio-

tractionem Confugiti, celebratum fuit Sacrum, gaudet immunitate. Beneventanâ 16. *Julii* 1686. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 582.

5. Ecclesia campestris gaudet immunitate. Brundusinâ 18. *Dec.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 162.

6. Ecclesia hæres Laici non ligatur instantiâ præcedenti facta coràm Judice Laico. Beneventanâ 4. *Aprilis* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 9.

ECCLESIASTICI

1. Ecclesiastici non possunt conveniri coràm Judicibus Laicis, sed tantùm coràm Ecclesiasticis, & ab his tantum cogi possunt solvere onera, ad quæ de iure tenentur. Iidem paritèr non tenentur ad solutionem oneris nuncupati *il Tasso della Cittadella*. Casalen. 25. *Aprilis* 1634. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 188.

2. Ecclesiastici non possunt eijci à proprijs domibus occasione habitationis Militum Regiorum, cum ipsi, & domus sint immunes ab hospitatione Militum. Aquilanâ 16. *Aprilis* 1630. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 35.

3. Gaudent franchitia, non obstante transactione, quæ ex defectu Beneplaciti Apostol. est omninò irrita, & non confirmanda. Cosentinâ 21. *Septembris* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 171.

4. Ecclesiastici adinstàr aliorum Civium Laicorum admitti debent ad participationem bonorum, quæ ad culturam à Communitate Civibus conceduntur. Nucerinâ 25. *Aug.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 169.

5. Ecclesiastici ementes bona cum pacto solvendi onera, non tenentur ad onera personalia, sed tantùm ad onera realia, quæ sint certa, & invariabilia, & ante venditionem imposita. Tau-

rinen. 26. *Martii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 132.

6. Ecclesiastici sunt exempti à collectis pro portione bonorum ad eos spectantium, non pro portione Matris, Fratrum, & Sororum, ac Coniunctorum, nisi isti vivant cum ipsis Ecclesiasticis, & expensis eorumdem Ecclesiasticorum. Aprutinâ 6. *Martii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 218. Albanen. 14. *Aug.* 1634. *ibi pag.* 197. Auximanâ 25. *Ianuarii* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 94.

7. Ecclesiastici quòad pascua non sunt subiecti Statutis, Edictis, & constitutionibus Communitatis. Firmanâ 13. *Iulii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 57.

8. Ecclesiastici non sunt subiecti oneribus nec ordinarijs, nec extraordinarijs impositis ad favorem Principis, nisi iuxtà decisionem in Brundusina, & Albanen. Gabellæ: nec tenentur ad consignationem frumenti, & aliorum fructuum faciendam Principi Laico. Casalen. 18. *Augusti* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 39.

9. Ecclesiastici, seù Canonici, non tenentur ad expensas novæ mensurationis bonorum, quæ fit ad instantiam Communitatis. Bertinorien. 10. *Maii* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 89.

10. Neque tenentur ad solutionem onerum dictorum *della colta* pro bonis acquisitis, ideò executio fuit iniusta, & decretum de petenda licentia à Communitate est contrà Libertatem Ecclesiasticam. Pisauren 19. *Iunij* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 228.

11. Ecclesiastici non tenentur ad augumentum gabellæ molituræ, nec ad collectas pro bonis emphiteuticis. S. Severini 14. *Augusti* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 199.

12. Ecclesiastici sunt immunes à gabella Cartæ sigillatæ, seù bullatæ. Florentinâ 19. *Martij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 7.

13. Ec-

13. Ecclesiastici vendentes, & ementes vinum, non tenentur ad gabellam desupèr impositam Neritonen. 21. *Nov.* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 167.

14. Ecclesiastici vendentes vinum minutatim in proprijs Domibus, recollectum in eorum bonis, non tenentur ad solutionem gabellæ, ut dicitur *della Foglietta*, ex constitutione S. M. Sixti V. desupèr editâ, si ibidèm, ut vulgò dicitur, *non faccino Bettole, ne dijno da mangiare*, à quo omninò abstinere debent ratione honestatis Clericalis. Ravennaten. 20. *Aug.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 232.

Vide verbo *Vinum* per totum.

15. Ecclesiastici exteri transeuntes per territorium Civitatis Sutrinæ non tenentur ad gabellam transitus duorum obolorum pro qualibet sarcina rerum. Sutrina 17. *Feb.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 24.

16. Ecclesiastici non tenentur ad solutionem Collectarum pro bonis in Patrimonium sacrum assignatis, & pro bonis primæ erectionis, & Breve Pij IV. non suffragatur. Vrbevetana 19. *Augusti* 1692. *lib. decr. Grim. pag.* 180.

17. Ecclesiastici non tenentur ad solutionem unius caroleni pro extractione cuiuslibet sarcinæ olei, & amigdalarum à pluribus annis per acquiescentiam Ecclesiasticorum introductam. Melphitanâ 13. *Sept.* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 379.

18. Ecclesiastici possunt liberè vendere triticum, & vinum in suis prædijs collectum, iuxtà privilegia Sac. Can. & declarationes Sac. Congr. Lucanâ 30. *Iunij* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 192.

19. Ecclesiastici Civitatis Pisauren. non tenentur ad ullam (ut aiunt) ratam, seù portionem ex curribus, seù plaustris, aut sarcinis falcium, vel lignorum in Civitatem advehendis, neque ex prætextu focularis, non obstante quacumque consue-

tudi-

tudine immemorabili, aut aliâ ratione, cui non assistat Papæ dispositio. Pisauren. 28. *Febr.* 1690. *lib. decr. Martelli p.* 584.

20. Ecclesiastici non tenentur ad renovationem mensurarum, quas annuatim renovant Officiales Curiæ Secularis pro rebus in foro vendendis. Perusinâ 2. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallemani p.* 8.

21. Omnes Ecclesiastici sunt exempti à gabellis passus, Plateæ, & Cancellariæ Criminalis. Amerinâ 3. *Julii* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 2006.

22. Ecclesiastici sunt exempti à gabellis, & ab impositione transitus Militum. Laquedonen. 22. *Julii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 51.

23. Ecclesiastici Diœcesis Placentinæ Provinciæ Compostellanæ sunt exempti à gabellis Laicalibus, nec iidem, etiam sponte, possunt illas solvere sine Beneplacito Apostolico. Placentinâ 31. *Maii* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 93.

24. Quarè spontè solventes impositiones Laicales absolvuntur à censuris. Sulmonen. 20. *Septemb.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 102.

25. Ecclesiastici non possunt gravari ad solvendum duobus vicibus pro iisdem bonis, & pro eodem onere. Ariminen 17. *Nov.* 1671. *lib.* 1 *decr. Alt. p.* 618.

26. Ecclesiastici ementes folias pro pascendis Bombicibus, tenentur ad onera gabellarum; sed compellendi sunt per Judices Eccles. Neapolitanâ 14. *Maij* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1981.

27. Similiter non possunt cogi ire ad certum molendinum ex edicto Baronis, vel Communitatis, illosque Episcopus tueri debet remediis Sac. Canon. Ugentinâ 15. *Feb.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 151.

28. Ecclesiastici dato Chirographo Sanctissimi comprehensivo personarum Ecclesiasticarum, sunt comprehensi in datio carnis. Prohibitio verò ne

emant

emant carnes, nisi in unico macello, non est permittenda. Anconitanâ 22. *Sept.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 51. Perusinâ 21. *Jan.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 763.

29. Ecclesiastici tenentur ad subsidium triennale, juxtà Bullam S. M. Pauli III. in qua sunt specificè nominati. Alexanen. 14. *Augusti* 1634. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 197.

30. Ecclesiasticus retentus ad correctionem in carceribus, retineri debet in ipsis, ut dicitur, *alla larga*, sed tuto pro prudentiâ Episcopi. Sarzanen. 30. *Maij* 1656. *lib.* 5. *dec. Paul. pag.* 97.

V. verbo *Episcopus quoad Clericos*, *Bona Ecclesiasticorum*, *Clericus*, *Collectæ*, *Contributio*, *Onus*, *Famulus*, *Franchitiæ*, omnia per totum.

EDICTA LAICALIA

1. Edicta, & Banna Eminentissimi Legati comprehensiva Ecclesiasticorum tùm Secularium, tùm Regularium, sunt repugnantia Immunitati, & Libertati Ecclesiasticæ; & iniungitur, ut ea revocet. Ferrarien. 18. *Oct.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 175.

2. Edicta sanitatis publicata à Laicis contrà Ecclesiasticos tempore contagionis, & simùl continentia pœnas &c., revocantur tamquàm contraria Immunitati, & Iurisdictioni Eccles., & iniusta; & ideò tamquam nulla, irrita, & invalida censuit, & declaravit Sac. Cong., quæ tamen iniungit Episcopis, ut dicto tempore contagionis summâ concordiâ, & diligentiâ eorum Tribunalia unà cum Secularibus publicæ sanitati, & securitati incumbant, & communibus consiliis hanc rem gerant. Neapolitana, & Mediol. 10. *Iulii* 1657. *lib. decr. Rocci p.* 16. 18.

3. Edictum Magistratus sanitatis tempore suspicionis

cionis peſtis comprehenſivum omnium Eccleſiaſticorum, eſt revocandum, & Epiſcopus debet ſe conformare, ſeù ſe unire poteſtati Laicæ, edendo edictum pro eo, quod reſpicit Eccleſiaſticos. Mantuanâ 11. *Nov.* 1679. *lib.* 2. *dec.* *Altov. pag.* 1870. Hoc edictum Magiſtratus piè reformavit opera Epiſcopi ad formam debitam Canonicam. In eadem. 20. *Jan.* 1680. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1910.

4. Senatus Mediolanen. revocat Edictum ſanitatis tempore contagionis editum læſivum Immunitatis, & Juridictionis Eccleſ., ut ex litteris dicti Senatus ad Sanctiſſimum, & ex Brevi Sanctiſſimi eidem Senatui patet, Mediolanen. 26. *Februarij* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 65.

5. Edictum Principis Laici prohibens Miniſtris Communitatum, ne nihil innovent in cataſtris ſub quocunque prætextu, ſcilicèt alienationum, donationum, ultimarum voluntatum, & ſimilium ſine expreſſa licentia in ſcriptis, indiget declaratione reſpectu Eccleſiaſticorum ad evitandum eorum præiudicium, & moleſtias. Caſalen. 28. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 209.

6. Edictum laicum ſupèr retractu, ſeù unione Terrarum, non ſuſtinetur contrà Eccleſiaſticos. Parmen. 14. *Dec.* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 304.

7. Edictum Laicorum prohibens extractionem frumenti, & ſimilium, Epiſcopus revocet per decretum regiſtrandum in actis ſuæ Curiæ ad perpetuam rei memoriam; & deindè publicè denuò aliud Edictum prohibens Eccleſiaſticis talem extractionem ad formam Edicti publicati à Laicis, nullâ tamèn facta mentione de illo. Parmen. 26. *Martij* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 80.

8. Edictum Principis Laici prohibens Eccleſiaſticis extractionem bladarum, & animalium, ac ven-

venditionem ipsorum sine eius licentia, est delendum; & ad hoc ser ser. Princeps est cogendus. Sarzanen. 17. Dec. 1624. lib. Scrip. Veterum pag. 46.

9. Edictum, Consuetudo, vel Statutum Principis Secularis, quo prohibetur extractio fructuum extrà territorium, non comprehendit Ecclesiasticos. Casalen. 14. Feb. 1628 lib. 1 decr. Paul. pag. 84.

10. Edictum super bladis extrahendis Judicis Laici non comprehendit Ecclesiasticos. Papien. 10. Septembris 1629. lib. 2. decr. Paul. pag. 6.

11. Edictum generale Magistratus Vrbis Alcaniz Regni Aragoniæ prohibens ex motivo publicæ necessitatis extractionem frumenti, quoad omnes habitantes, absque exceptione Ecclesiasticorum, est irritum. Cæsaraugustanâ 23. Novembris 1688. lib. decr. Martelli pag. 379.

Quatenùs duret publica necessitas, Archiepiscopus promulget Edictum prohibitivum extractionis frumenti. Ibidèm.

12. Ab Edicto emanato à Camera Ducali debent deleri Ecclesiastici, & eorum Coloni partiarij, cum de iure sint exempti, etiam pro portione Colonica. Taurinen. 23. Augusti 1632. lib. 2. decr. Paul. pag. 137.

13. Declaratur nullum Edictum Regium mandans pro bonis, quæ donantur Clericis, solvi debere onera fiscalia per donantes; & donatarios debere deducere eorum iura coràm Officialibus Laicis. Neocastren. 5. Iulii 1633. lib. 2. decr. Paul. p. 163.

14. Edictum Regium prohibens Equitibus Militiæ Christianæ deferre habitum dictæ Militiæ in Regno Neapolitano absque Regio *Exequatur*, est nullum, & invalidum. Neapolitanâ 20. Martij 1630. lib. 2. decr. Paul. pag. 34.

15. Edictum per Communitatem publicatum super

ſupèr prohibitione paſcendi, non comprehendit Eccleſiaſticos; ſed Epiſcopus ob neceſſitatem boni publici, hoc idem Edicto publico mandare debet. Sutrinâ 13. *Aug.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 2.

16. Contrà Edictum pœnale prohibens culturam territorij Perſonarum Eccleſiaſticarum, Epiſcopus debet procedere, non obſtante quacumque inhibitione. Caſſanen. 11. *Martii* 1679. *lib.* 2. *dec. Altoviti pag.* 1719.

17. Edictum nè quis colere poſſit terras extrà territorium Civitatis, eſt læſivum indirectè terris poſitis in Feudo Menſæ Epiſcopalis, & conſequentèr læſivum Immunitatis, & Libertatis Eccleſiaſticæ. Melphien. 7. *Sept.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 71.

18. Edictum in materia Annonæ, à Laicis publicatum comprehenſivum Eccleſiaſticorum, eſt moderandum quòad ea, quæ tangunt Eccleſiaſticos. Mantuanâ 3. *Mar.* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1212.

19. Contrà Edictum Senatus ſuper notificatione frumentorum, & viſitatione horreorum comprehenſivum Eccleſiaſticorum, vtì læſivum Immunitatis, Libertatis, & Iuriſdictionis Eccleſ., Epiſcopi tueantur Eccleſiaſticos, & deſupèr dantur Litteræ circulares. Papien. 19. *Octobris* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1159.

20. Edictum Gubernatoris prohibens molitoribus olei facere eleemoſynam, eſt omninò revocandum. Polignanen. 21. *Martii* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 187.

21. Edictum Vniverſitatis prohibens molere frumentum, niſi in deſignatis molendinis, eſt contrà Libertatem, & Immunitatem Eccleſ. Baren. 11. *Septembris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 200.

22. Edicta laicalia prohibentia ire ad certa molendina afficere nequeunt Eccleſiaſticos. Macera-
ten.

cem. 4. *Iunii* 1672. *lib.* 1. *decr. Altovitti pag.* 697.

23. Edictum pœnale Baronis prohibens suis subditis ne vtantur molendino Monachorum Cisterciensium, omninò revocari cogat Episcopus, & referat Sac. Congregationi. Anglonen. 25. *Novembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 87.

24. Edicta Curiæ Laicalis prohibentia Laicis molere oleas in molendinis Ecclesiasticorum, sunt revocanda. Nullius Marubij 16. *Septembris* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 157.

Vide verbo *Molendinum* per totum.

25. Edictum Regium prohibens Laicis emere franchitias Ecclesiasticorum, refellitur; & servandum est decretum Sac. Congr. Oritanâ 6. *Maij* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 77 Nullius Altamuræ 11. *Maij* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 186.

26. Edictum Gubernatoris prohibens Secularibus emere fanchitias ab Ecclesiasticis, est annullandum. Bitecten. 23. *Nov.* 1677. *lib.* 2. *decr Alt. p.* 1484.

27. Episcopus curet declarari Edictum Regium, quo prohibetur ne quisquam emat, aut vendat res cujuscumque generis sinè mensura bullata à Communitate, non comprehendere nec directè, nec indirectè Ecclesiasticos. Lycien. 27 *Maii* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 105.

28. Edictum vulgò *grida* jussu Ducis N. facta, præcipiens describi omnes personas sui status, non comprehendit Ecclesiasticos, nec Personas exemptas. Casalen. 9. *Maij* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 607.

29. Edictum Gubernatoris Mediolani circà omnes Censualistas nequit afficere Loca Pia. Cremonen. 31. *Iulii* 1691. *lib. decr. Martelli pag.* 748.

30. Edictum Regium quoad taxas impositas causa monetæ novę non afficit Ecclesiasticos. Aprutinâ

1. *Apri-*

1. *Aprilis* 1695. *lib* 1. *decr. Vallemani pag.* 180.

31. Edictum Gabellarij vini prohibens cauponibus Civitatis, nè recipiat in suis cellis vinariis vina, nisi sint recognita à Gabellariis, est declarandum non comprehendere vina Ecclesiasticorum. Callien. 2. *Iunii* 1693. *lib* 1. *de r. Vallemani pag.* 59.

32. Edictum laicale circà gabellam solvendam ab ementibus vinum, & oleum, non comprehendit ementes ab Ecclesiasticis. Iuvenacen. 24. *April.* 1663. *lib. dec. Ricci pag.* 480.

33. Edictum laicum prohibens Ecclesiasticos admitti ad postulandum; affixum in Cancellaria, aboleatur, & deleatur omninò ab actis. Tiburtinâ 12. *Junij* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 952.

34. Edictum circà mutationem staterae molendinorum factum à Communitate, non comprahendit Personas Ecclesiasticas, nec earum molendina, & desuper facienda est declaratio. Maceraten. 6. *Iunij* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 808.

35 Edictum Gubernatoris prohibens Laicis, ne conveniant alios Laicos coram Iudice Ecclesiastico sub poenâ scutorum quinquaginta, est ab eodem revocandum cum expressione invaliditatis defectu Iurisdictionis. Farfen. 2. *Maii* 1651. *lib.* 4. *dec. Paul. p.* 142.

36. Edictum Gubernatoris, quo ordinabatur Ecclesiasticos teneri solvere Fidam non obstante, quod iidem ab immemorabili essent exempti ab eodem onere, non comprehendit Ecclesiasticos, & hos non comprehendi idem Gubernator declaret novo suo Edicto. Anagninâ 26. *Ian.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 646.

37. Imò ob Edicta Gubernatoris laesiva Libertatis Ecclesiasticae proceditur contrà eumdem. Minerbinen. 6. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 155., & 19. *Apr.* 1695. *d. lib. pag.* 183.

38. Syndicus Communitatis potest cogi ad declarandum,

randum, quod ſub Edicto prohibitivo contractionis farinæ non comprehenduntur Eccleſiaſtici, ad removenda omnia impedimenta contrà Eccleſiaſticos, Ruben. 11. *Aprilis* 1690. *lib. decr. Mart. p.* 599.

39. Quoad Edicta generalia, quæ poterant afficere Eccleſiaſticos, publicata à quodam Sacerdote Miniſtro Baronis, quæ fuerant affixa in prædiis Eccleſiaſticorum, abſque tamen mandato dicti Sacerdotis, decernitur, quod prævià declaratione de non comprehendendo Eccleſiaſticos, & abolitis actis reſpicientibus affixionem quatenùs adſint, Epiſcopus abſolvat ad cautelam dictum Sacerdotem. Miniſtri verò publicantes, & affigentes præfata Edicta non abſolvuntur, niſi prævià revocatione, eo modo, quo fuit facta publicatio. Oritanâ 22. *Aprilis* 1698. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 149.

40 Præcipitur confectio novi Edicti excluſivi Eccleſiaſticorum tàm directè, quàm indirectè. Spoletanâ 13. *Maii* 1698. *lib. 2. dec. Vallem. pag.* 154.

41. Quoad edictum Magiſtratus prohibens tabernariis appendere res vênales in columnis porticus, quas Eccleſia S. Laurentij habebat ius locandi, Epiſcopus procedat prout de jure. Imolen. 5. *Maii* 1699. *lib. 2. decr. Vall. pag.* 218.

42. Laudatur Archiepiſcopus Taurinen. prohibens ſub pœnâ quinquaginta aureorum ad pios uſus, ſuſpenſionis Sacerdotibus, & inhabilitatis Clericis ad ulteriores Ordines, obedientiam Edicto Laicali contrario, & læſivo Immunitatis, & Libertatis Eccleſ. Taurinen. 4. *Maii* 1700. *lib. 2. decr. Vall. p.* 286.

Vide verbo *Bannum* per totum, *Decreta Laicorum* per tot., *Proceſſio* n. 2., *Quæſtuatio* n. 2., *Frumentum* n. 1.

EDICTA ECCLESIASTICA

1. EDictum Episcopi contrà Clericos fraudantes gabellas, & vectigalia debet ab ipso revocari tamquàm præiudiciale Libertati Eccles. Neocastren. 26 *Feb.* 1636. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 244.

Vide verbo *Fraus* n. 8

2. Edictum Episcopi privationis privilegiorum Clericalium contrà Clericos, si non suscipiant Ordines sacros, improbatur. Mutinen. 25. *Maij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 62.

3. Edictum Episcopi prohibens nullum contumacem posse habere confugium ad domum contiguam Ecclesiæ Parochiali, ipsemet Episcopus revocet. Calven. 12. *Jan.* 1675. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 1051.

4. Edictum, seù intimatio Episcopi affixa jannis Ecclesiæ, & Locis Immunibus pro reiectione confugientium, improbatur, & iniungitur remotio eiusdem. Perusinâ 13. *Feb.* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1344. Spoletanâ 6. *Maii* 1671. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 79.

5. Quòad Edictum publicatum ab Episcopo, quod Ecclesiastici teneantur ad Collectas super eorum Bonis, Episcopus se iustificet, & interim supersedeatur in executione Edicti. Aquilanâ 24. *Sept.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 114.

6. Edictum publicatum ab Episcopo declarans incidere in excommunicationem eos, qui ob damna data Ecclesiasticorum animalia ducunt ad Ministros Laicos: sed debere adducere ad personam Ecclesiasticam ad hoc destinatam in quolibet loco Diœcesis, est observandum. Oppidanâ 24. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 89.

7. Edictum Episcopi prohibens Clericis, ut se abstineant ab officijs publicis, quòad Clericos Benefi-

neficiatos, & Cælibes, sustinetur; quòad Coniugatos, non sustinetur. Signinâ 27. *Augusti* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 109.

8. Edictum Episcopi prohibens Officialibus Confraternitatum, & Locorum Piorum, ne lites movere, aut movere facere audeant coràm alio Tribunali, quàm Episcopali sine licentia in scriptis, non sustinetur, nisi probetur asserta consuetudo. Januen. 6. *Dec.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 233.

9. Edictum Curiæ Episcopalis prohibens Rectori, seù Judici laico interponere Decretum in contractibus Mulierum, & Minorum, in quibus interesse habent Ecclesiastici, sustinetur quòad contractus Ecclesiasticorum; prohibens verò ne idem Rector cognoscat causas civiles, in quibus Ecclesiastici sunt participes, non sustinetur quandò Ecclesiastici sunt Actores, nisi adsit consuetudo legitima in contrarium. Asculanâ 17. *Novembris* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 259.

10. Jubente Sanctissimo iniungitur Archiepiscopo Neapolitano publicare Edictum pœnale, ne aliqua Persona Ecclesiastica Secularis, & Regularis audeat tempore suspicionis pestis ingredi Civitatem Neapolitanam absque speciali licentia in scriptis eiusdem Archiepiscopi gratis concedendâ. Neapolitanâ 20. *Junij* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 100.

11. Et iniungitur Nuncio, ut quinque Canonicos Lateranenses, qui fuerunt ingressi, puniat rigorosè, nec non Abbatem, qui illos recepit. *Ib.*

12. Archiepiscopus edere debet Edictum separatum ab Edicto laicali quòad Personas Ecclesiasticas, prohibitivum circà immunditias. Tarentinâ 12. *Decembris* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 171.

13. Episcopus publicet Edictum conforme ad statutum Civitatis circà qualitatem, & quantita-

tem animalium retinendorum in territorio Spoletano. Spoletanâ 16. *Iulii* 1686. *lib.* 3. *decr. Altoviti p.* 586.

14. Iniungitur Episcopo, ut apponat Edictum maioris excommunicationis contrà eos, qui tractabunt cum Excommunicato per Cedulones. Melphien. 9. *Aug.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 98. Aprutinâ 17. *Ian.* 1640. *d. lib. p.* 106.

15. Edictum Episcopi, an obliget Clericos ad solvendum pro pascuis aliquam summam minorem, quàm Laici, remittitur ad A. C. Marsicen. 7. *Iulii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 230.

16. Quòad Edictum Senatus Lucen. Sac. Congr. approbante Sanctissimo iniungit Episcopo, ut ipse suo Edicto publicet Ecclesiasticos non comprehendi in Edicto Senatus quòad venditionem frumenti, & vini in ipsorum bonis recollecti. Lucanâ 30. *Iunij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 197.

17. Alia spectantia ad Edicta Ecclesiastica, vide verbo *Processio* n. 1., *Quæstuatio* n. 1., *Concionator*, *Frumentum* n. 1. & seq., *Nundinæ* n. 2.

EIECTIO

1. Episcopus non debet procedere ad Eiectionem Confugiti à loco immuni ex causa civili. Niceæn 8. *Febr.* 1667. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 92.

2. Episcopus, & Vicarius non vtantur facultate Eiectionis contrà Confugitos, quandò delicta non sunt de exceptis in Bulla, & Confugitus non abutitur Immunitate Eccles. Civitatis Castelli 24. *Maii* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti p* 694. Itèm 20. *Maij* 1673. *ibi p.* 802. Troianâ 8. *Aug.* 1679. *lib* 2. *decr. Alt. p.* 1816. Sarnen. 28. *Oct.* 1679. *ibi p.* 1865. Caietanâ 2. *Dec.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 190.

Vide verbo *Litteræ Eiectionis* per totum.

EM-

EMPHYTEVTA ECCLESIASTICORVM

1. EMphyteutæ bonorum Ecclesiasticorum gaudent exemptione ab oneribus communitativis. Imolen. 27. *Maii* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 41. Oppiden. 29. *Maii* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 282.

2. An meri Laici possint conveniri in foro Ecclesiastico pro bonis Emphyteuticis, & redditítijs Ecclesiæ pro eo, quod pertinet ad directum Dominium? Sac. Cong. censuit Iudicium spectare ad forum Ecclesiasticum. Carinolen. 15. *Aug.* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 252.

3. Causa assertæ servitutis contra Emphyteutam Mensæ Episcopalis, spectat ad Curiam Ecclesiasticam. Tiburtinâ 16. *Jan.* 1691. *lib. decr. Martelli p.* 719.

4. Emphyteuta Ecclesiæ non potest declinare forum respectu solutionis Canonis, vel quando agitur de dominio Ecclesiæ. Casalen. 14. *Februarii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 84.

5. Non gaudent Emphyteutæ immunitate ab onere personali unius corbæ frumenti. Faventinâ 14. *Dec.* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 388.

Vide verbo *Bona Emphyteutica*.

EMPTOR

1 EMere Franchitias, frumentum, & vinum ab Ecclesiasticis, an possint Laici?

Vide verbo *Edicta Laicalia* n. 25. 26. 32.

2. Appaltatores, an teneantur emere frumentum Mensæ Episcopalis, & quibus conditionibus?

Vide verbo *Frumentum* n. 2. 3. 24. & seq.

Verbo *Furnus* n. 5. & seq.

EPISCOPUS QUOAD CLERICOS

1 EPiſcopus in cauſâ Clerici extracti, malè procedit remittendo eius diſcuſſionem D. Nuncio, multòque peius conſtituendo ipſum Clericum in carceribus laicalibus nomine ſuo, & Curiæ Regiæ; & Sac. Congregatio declarat hunc actum, uti læſivum libertatis Eccleſiaſticæ omninò invalidum, & abolendum eſſe. Hernien. 20. *Sep.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 100.

2. Ad Epiſcopum ſpectat cognoſcere Clericatum, non ad Iudices Laicos, cum prætenſus Ritus magnæ Vicariæ à Iure ſit improbatus, & ab Inveſtitura S.M. Julii II. Tropien. 12. *Aug.* 1642. *l.* 3. *dec. Paul. p.* 181. Vide verbo *Ritus* per totum.

3. Quando dubitatur de Clericatu rei reſtituti à Curia Laicali, Epiſcopus procedat ſer. ſer. ad declarationem citato Fiſco Laic.; & antè ſententiæ executionem certioret. Meliten. 5. *Maji* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 218.

4. Epiſcopus poteſt extrahere Clericos delinquentes ad ſimplicem correctionem. Averſanâ 13. *Nov.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 2.

5. Et retinere in carceribus ſimiliter ad ſimplicem correctionem. Caſertanâ 19. *Aprilis* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 223.

6. Epiſcopus nequit privare Clericos privilegiis Clericalibus, niſi ad præſcriptum Sacrorum Canonum. Catacen. 6. *Maii* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 13.

7. Epiſcopus cognita fraude, & inhabilitate alicuius ad Clericatum, poteſt ſer. ſer. procedere ad declarationem privationis privilegii Clericalis. Oritanâ 7. *Julii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 160.

8. Similitèr quoad Clericum Coniugatum non ince-

incedentem in habitu, & tonsurâ, nec inservientem Ecclesię, Episcopus debet procedere ad similem declarationem. Tiburtinâ, seù Romanâ 10. *Febr.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 203.

9. Pariter Episcopus potest procedere ad declarationem an Clericus gaudere debeat Immunitate Ecclesiasticâ? & iuxtà prescriptum Bullę Greg. XIV. exequi. Tropien. 10. *Martii* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 198.

10. Itèm procedere debet contrà Commissarium, & alios complices extrahentes à carceribus laicis Clericum ibi detentum ad instantiam eiusdem Episcopi. Sagonen. 20. *Feb.* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 176.

11. Quòad fraudulentas donationes Clericorum Episcopus expeditè procedere debet, & Clericos fraudantes rigorosè, & corporalitèr punire. Castren. 21. *Martii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 247.

12. Episcopus, etiam non requisitus, instare debet pro restitutione Clerici ad forum Ecclesiasticum. Sagonen. 27. *Aprilis* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 60.

13. Similitèr potest procedere proùt iuris ne executio fiat in domibus Clericorum absque licentia Ordinarij. Laquedonen. 24. *Ianuarij* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 243.

14. Episcopo præcipitur, ut procedat contrà Canonicos, qui in choro inter se rixam habuerunt, ac se percusserunt, proùt de iure, auctoritate suâ ordinaria. Maceraten. 24. *Ianuarij* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 193.

15. Episcopus non potest cogere Clericos in Minoribus constitutos ad suscipiendos Ordines Maiores sub pœna privationis privilegiorum Clericalium. Casertanâ 22. *Augusti* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 102. Neocastren. 9. *Iunii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 34.

16. Episcopus debet omninò se abstinere ab or-

dinandis Clericis Coniugatis, obstante dispositione Sac. Canon. Aprutinâ 26. *Martii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 129.

17. Verùm Episcopus potest assumere in Diœcesi, & Civitate Clericos Salvaticos, ad præscriptum Decreti editi anno 1623. pro Clericis Salvaticis. In una Marzorum 24. *Aprilis* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 279.

Vide verbo *Clerici Salvatici* per totum.

18. Quandò Episcopo non constat capturam Sacerdotis factam fuisse facultate A. C., vel alterius Judicis competentis, procedere debet sua ordinariâ auctoritate contrà Executores. Sancti Severini 8. *Apr.* 1679. *lib.* 2. *dec. Alt. p.* 1739.

19. Episcopus malè se gerit mandando Birruarijs Curiæ Laicalis, ut carcerent omnes Clericos quos cum armis prohibitis repererint: sed debet solummodò hoc demandari in casibus particularibus. Catacen. 13. *Iulii* 1631. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 82.

20. Episcopus non potest gravare Collegiatam contributionibus. Basileen. 15. *Dec.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 59. absque licentia Sedis Apostol. In eadem 16. *Julii* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 102.

Vide verbo *Contributio.*

Verbo *Contributio causa Belli.*

21. Iniungitur Episcopo, ut præcipiat Ecclesiasticis, ne spontè solvant impositiones laicales. Bruxellen. 7. *Aug.* 1657. *lib. decr. Rocci pag.* 22.

22. Iniungitur Episcopo, ut nullatenùs det notam Cleri, & Ecclesiasticorum prætenso numeratori Regio, nec aliquem actum factum contrà eosdem in causis criminalibus. Gravinen. 11. *Maij* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 169.

23. Episcopus providere debet, ut Ecclesiastici gaudeant privilegijs, & libertate canonicâ, remotis

tis tamèn fraudibus, & abusibus. Cotronen. 23. *Oct.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 153. Guardien. 6. *Aug.* 1695. *d. lib. pag.* 207. *& alibi.*

Vide verbo *Donatio* n. 4. & seq., *Fraus* n. 2. & seq., *Clericus quoad Forum*, *Ecclesiastici* n. 1. *Habitus* n. 4. & seq.

EPISCOPVS QVOAD SVAM CVRIAM, ET FAMILIARES

1. Episcopus potest per suos Ministros exequi facere in sua Diœcesi mandatum executivum per A. C. relaxatum. Regien. 1. *Decembris* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 82.

2. Itèm potest per suos Ministros, & Birruarios suæ Curiæ executiones facere in Civitate, & Diœcesi. Regien. 1. *Dec.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 82.

3. Episcopus retineat pro sua Curia numerum Birruatiorum cum Baroncello juxtà consuetudinem antè Annum 1635. haberi solitam. Comen. 26. *Januarii* 1672. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 647.

4. Episcopus non permittat à suis Familiaribus deferri arma prohibita in Constit. B. Pij V. Fulginaten. 17. *Julii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 229.

5. Episcopus se abstineat, ut dicitur, *di far rondare* nocturno tempore cum quantitate Presbyterorum, & Clericorum. Cassanen. 14. *Septembris* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 75.

6. Itèm se abstineat à transmissione suæ Curiæ qualibet nocte ad effectum frænandi suum Clerum, sed ordinet Curiæ Laicali, ut si repererit Clericos cum armis, statim eos ad ipsum ducant. Castellaneten. 8. *Martii* 1667. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 98.

7. Episcopus circà praxim apponendi custodias Confugitis, V. verbo *Custodia Refugiatorum* n. 3. 4. 8.

8. Episcopus non potest vti opera Ministri Laici, nisi mediante invocatione Brachij Secularis à iure permissa. Baren. 21. *Nov.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 237.

9. Potest vti Executoribus, & carceribus laicalibus: reportatâ tamèn obligatione à potestate laica retinendi nomine Sac. Congr. vel Ecclesiæ. Nucerinâ 21. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 87.

Vide verbo *Carcer* n. 3. 5. & seq.

10. Itèm potest transmittere Carceratos suæ Curiæ ad carceres publicos Curiæ Laicalis, & illos ibidem retinere facere, & contrà impedientes procedere ad pœnas Canonicas. Maceraten. 7. *Novembris* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 163.

11. Imò cogat Iudicem laicum permittere, ut suus Cursor exequatur citationes Curiæ Ecclesiasticæ, & cogat etiàm ipsum Cursorem pro executione. Sarzanen. 17. *Aug.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2032.

12. Iniungitur Episcopo Cotronen., ut quatenùs famulus Episcopi Insulani detentus in carceribus Curiæ Cotronen. non commiserit aliquod delictum, pro quo puniri possit ab eius Curia, eum statìm consignet Episcopo Insulano. Cotronen. 14. *Aprilis* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 116.

EPISCOPUS QUOAD SUAS EXEMPTIONES, ET BONA

1. Episcopus, quamvis absens, debet gaudere franchitiâ pro fructibus suorum bonorum. Agrigentinâ 20. *Febr.* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 124.

2. Episcopus potest uti iure sibi competente aperiendi furnum, ad effectum, ut dicitur *di far spianare i suoi grani*. Pisauren. 16. *Iunii* 1646. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 285. Imolen. 13. *Dec.* 1646. *ibi p.* 296. Nucerinâ 25. *Ian.* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 98.

Vide verbo *Furnum* n. 5. 6. & seq.

3. Item

3. Item gaudet exemptione à gabellis molituræ, etiam pro frumento in eleemosynam pauperũ convertendo. Monopolitana 20. *Sep.* 1650. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 120.

4. Item gaudet iure pascendi in omnibus locis suę Dięcesis, in quibus dicto iure gaudent sui Dięcesani. Muranâ 19. *Dec.* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 879.

5. Tamen exemptio à gabellis quoad animalia competit Episcopo solùm pro iis animalibus, quæ extant in bonis Mensæ Episcopalis, non verò, ut possit emere belluas, illasque macellari facere in macello Mensæ Episcopalis, easque vendere pretio præfixo à Conductore Communitatis cum exemptione à gabellis, ad quas tenentur Laici. Rossanen. 23. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 13.

6. Episcopus debet gaudere exemptione à gabellis pro rebus translatis. Marsicanâ 6. *Maii* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 4.

7. Item à gabellâ, ut dicitur *di Quartaria, e Quintaria* pro pisce in bonis eius Mensę recollectâ, & contrà molestantes procedat, etiam remediis Censurarum. Motulen. 14. *Maii* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1983.

8. Similiter gaudet exemptione ab oneribus Laicis pro bonis patrimonialibus. Urbanien. 20. *Nov.* 1657. *lib. dec. Rocci p.* 46.

9. Potest retinere Cymbam piscatoriam pro usu proprio, & suæ familiæ, ac pro eleemosynis, absque ulla gabellarum piscium solutione. Pisauren. 6. *Maij* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 14.

10. Episcopus procedat remedio *Cap. dilecto*, & aliorum Sac. Can. pro recuperatione Feudi spectantis ad eius Mensam. Trigestinâ 3. *Octobris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 250.

11. Episcopus procedere potest contrà singulos, qui consenserunt decreto præiudiciali eius Mensæ.

Minoren.

Minoren. 12. *Nov.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 33.

12. Episcopus tenetur pro rata commodi particularis, & privati, in bonis Mensæ Episcopalis resultantis, ad collectarum solutionem pro excavatione alveorum, & reparatione fluminum. Fulginaten. 3. *Dec.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 124.

EPISCOPUS QUOAD CENSURAS, ET CENSURATOS

1. Episcopus auctoritate sua ordinariâ absolvere potest consanguineos Mulieris ipsam extrahentes à loco immuni, ac deindè eam occidentes, quandò in extractione nulla intervenit auctoritas publica, & jurisdictionalis. Aquinaten. 14. *Maii* 1669. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 343.

2. Nequit tamèn absolvere Censuratos ratione violatæ Immunitatis &c.; cum non habeat talem facultatem in denunciatis in foro exteriori. Nuscanâ 5. *Febr.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 217.

3. Quarè Episcopus absolvens Censuratos ex causa Immunitatis propriâ auctoritate, incidit in Censuras. Aquilanâ 10. *Iulij* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 121.

4. Imò iniungitur, ut sic absolutos denuò reintrudat in Censuras; & deindè absolvat auctoritate Sac. Congr. si expedire iudicaverit. Capritanâ 8. *Apr.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 172.

5. Quinimò tenetur notificare sic à se absolutis non potuisse absolvere. Bobien. 2. *Martij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 275.

6. Episcopus non debet permittere Censuratum exercere Officia publica, illumque ab aliis evitari faciat. S. Marci 14. *Feb.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 185.

7. Episcopus debet procedere ad Declaratorias ser. ser. contrà Ministros Laicos recusantes sibi consigna-

ſignare carceratos ad ſui diſpoſitionem in Carcebibus Laicalibus detentos. Cotronen. 4. *Sep.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 128.

8. Epiſcopus benè proceſſit ad Cenſuras contrà teſtes renuentes ſe examinare in cauſis Curiæ Eccleſiaſticæ. Alexanen. 5. *Julij* 1633. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 165.

9. Epiſcopus poteſt procedere ad Cenſuras contrà percuſſores Clerici. Calven. 7. *Maii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 39.

10. Epiſcopus debet perſiſtere in denegatione inſtitutionis ad præſentationem ab Excommunicato factam, donèc iſte ſit legitimè abſolutus. Catanien. 23. *Apr.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 142.

11. Epiſcopus ritè, & rectè procedit ad fulminationem Cenſurarum contrà edentes Bannum prohibitivum extractionis frumentorum, & bladarum; nec ſunt abſolvendi, niſi in omnibus ſatisfactâ Immunitate, & Libertate Eccleſiaſticâ. Aſculanâ 10. *Septembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 7.

12. Archiepiſcopo Beneventano committitur, ut quatenùs cenſurati ab Abbate Generali Montis Virginis, denuò moniti non reſipiſcant, procedat ad aggravationem, & reaggravationem Cenſurarum, & ſubijciat ſer. ſer. Interdicto omnes Eccleſias, in quibus auſi ſunt communicare in Divinis; ac iniungat omnibus, & ſignantèr Parochis, ut eos reſpectivè tractent tamquàm Excommunicatos, & contrà inobedientes procedat ad pœnas à iure præſcriptas. Nullius Montis Virginis 19. *Julij* 1695. *lib.* 1. *dec. Vallemani pag.* 203

13. Epiſcopus debet procedere ſupèr ſpretu Cenſurarum proùt de iure. Reatinâ 31. *Octobris* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 254.

Vide verbo *Aggravatoriæ.*

14. Epiſ-

14. Episcopus, qui processit ad Declaratorias contrà extractores Confugiti solummodò in genere, procedat contrà ipsos nominatim proùt de iure pro reintegratione Ecclesiæ. Arianen. 26. *Junii* 1700. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 296.

15. Iniungitur Episcopo, qui post habitas necessarias facultates absolvendi Censuratos non absolvit, ut se iustificet. Terracinen. 14. *Ianuarij* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 762.

16. Aliquandò præfigitur terminus duorum mensium Episcopo apponendi Interdictum Capellæ Arcis Civitellæ sub pœna suspensionis, & alijs, eò quia Episcopus impediebatur à Ministris Regijs nomine Capellani Maioris, & etiam Capellani dictæ Arcis, nè visitaret dictam Capellam. Aprutinâ 2. *Januarii* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 96.

17. In eadem causa iniungitur Episcopo, ut curet omninò observantiam Interdicti præfati, nec non iniungat Capellano d. Capellæ, ut Sacramenta nullo modo administret. In eadèm 3. *Martij* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 33.

V. verbo *Censuræ*, & *Censuratus* per totum.

EPISCOPUS QUOAD CAUSARUM COGNITIONEM

1. EPiscopus, probata consuetudine in foro Episcopali, potest cognoscere causas laicales, pupillorum, viduarum, & aliarum personarum miserabilium, etiàm intèr merè laicos, non oppositâ ab aliquo istorum fori declinatoriâ, nec non concedere mandata suspicionis fugæ, etiàm contrà laicos, & ad instantiam aliorum Laicorum. Montis Falisci 28. *Febr.* 1636. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 244. S. Severini 25. *Maij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 36.

2. Epis-

2. Episcopi cognoscant causas spectantes ad suam Curiam in prima instantia, non obstantibus inhibitionibus A. C. Taurinen. 14. *Maii* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 185.

3. Episcopus potest quidem cumulativè cognoscere causas inter Laicos occasione obligationis Cameralis, & Juramenti; sed quòad ipsos jurantes, & obligatos tantùm. Terracinen. 4. *Nov.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 105.

4. Episcopus manutenendus est in sua possessione cognoscendi causas damnorum datorum in bonis Laicorum ab animalibus Ecclesiasticorum. Bovinen. 28. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 208.

5. In contumacia vterque Judex scilicèt Ecclesiasticus, & Laicus potest procedere ratione commissi homicidij in rixa in personam Confugiti existentis in Ecclesia à Laico. Cesenaten. 10. *Julij* 1640. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 122.

6. Episcopus potest imponere pœnas, etiàm pecuniarias, pro delictis ad eius forum spectantibus; sed Sac. Congr. insinuat, non expedire. Stronglonen. 17. *Jan.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 109.

7. Episcopus debet se abstinere à cognitione causæ, quæ sit mixti fori, datâ præventione Gubernatoris. Cesenaten. 15. *Feb.* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 87.

8. Episcopo remittenti causam onerum impositorum à Laicis Colonò Seminarij ad suos Superiores iniungitur, ut procedat ipse suâ ordinariâ authoritate. Montis Regalis 29. *Decembris* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1324.

V. verbo *Causarum Cognitio*.

EPIS-

EPISCOPVS QVOAD IMMVNITATEM, LIBERTATEM, ET IVRISDICTIONEM ECCLESIASTICAM

1. Episcopus in causa Immunitatis non potest in suspectum allegari. Ostunen. 20. *Martij* 1630. *lib* 2. *decr. Paul. pag.* 33.

2. In causis violatæ Immunitatis, Iurisdictionis, & Libertatis Ecclesiasticæ, procedat authoritate suâ ordinariâ, non attendens ad appellationes ad Metropolitanum, & A. C., nec ad eorum Inhibitiones, nec ad quodcumque aliud impedimentum. Cellonen. 28. *Nov.* 1673. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 870. Boven. 26. *Iulii* 1672. *ibi p.* 716. Baren. 28. *Jan.* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1700. Bisarien. 6. *Febr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 102. Balneoregien. 18. *Aug.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 307. Vgentinâ. 19. *Febr.* 1704. *lib* 3. *decr. Vall. p.* 558. Motulen. 11. *Oct.* 1704 *ibi p.*622. Itèm 8. *Nov. d. lib. & anni p.*626.

Vide verbo *Appellatio* per totum, *Archiepiscopus* n. 2. & seq., *A. C.* n. 2 & seq., *Nuncius* n 4. 10.

3. Contrà violatores Immunitatis procedat, invocato, quatenùs opus sit, auxilio Brachij Secularis. Nucerinâ 9. *Febr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani p.* 105.

4. Etiamsi ipsi violatores sint extrà Diœcesim. Pientinâ 7. *Septemb.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 72.

5. Et etiam contrà Regulares cooperatores. Adiacen. 28. *Feb.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 774.

6. Ad Episcopum viciniorem spectat tueri Immunitatem Ecclesiasticam violatam in territorio Nullius. In unâ Nullius Luculi 9. *Augusti* 1670. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 46.

7 Episcopus vicinior stante vacantiâ Archiepiscopatus procedat ad formam Bullæ contrà confugi-

tum

tum prætensum homicidam proditorium. Salernitanâ 25. *Sept.* 1696 *lib.* 2 *decr. Vallem. pag.* 51.

8. Episcopus debet præstare officia alteri Episcopo pro defensione Immunitatis, absque cognitione judiciali causæ. Neapolitanâ 19. *Jan.* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1332.

9. Procedit Episcopus ad declarationem contrà extractum inquisitum de delicto excepto non gaudere Immunitate. Oppidanâ 4. *Novembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 84. *& sepè alibi.*

Vide verbo *Declaratio* n. 2. & seq.

10. Episcopus, qui declaravit homicidium fuisse proditorium ad tenorem Bullæ Greg. XIV. potuit Curiæ Seculari consignare homicidam. Cremonen. 13. *Julii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 36.

11. Episcopus declarans homicidam extractum ad formam Bullæ non gaudere Immunitate, licet ex processu non constet de proditione, & consignans eumdem Curiæ Seculari, curet restitutionem, & consulat conscientiæ suæ, sicuti & sui Consultores. Placentinâ 4. *Julii* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 818.

Vide verbo *Consignatio* n. 1. & seq.

12. Curiâ Seculari non instante, ut declaret Confugitum non gaudere Immunitate, non licet Episcopo Confugam, etiam invitum, ab Ecclesiâ expellere sub cautelâ ne incidat in manus Curiæ Secularis, nec sub aliis cautelis. Cefaluden. 19. *Martii* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 7.

13. Episcopus potest extrahere in casibus exceptis in Bulla, etiam in locis exemptis Regularium. In una Marzorum 13. *Julij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 54.

14. Archiepiscopus vigore Bullæ Gregor. XIV. potest extrahere Confugas ad præscriptum d. Bullæ, & cognoscere, an extracti gaudeant privilegio Immunitatis? Beneventanâ 4. *Feb.* 1653 *lib.* 5. *dec. Paul. p.* 7.

S 15.

15 Et hoc præstare potest etiam in Ecclesijs Religionis Hierosolymitanæ. Messanen. 6. *Maii* 1654. *d. lib pag.* 13

16. Episcopus non debet dissimulare extractionem cadaveris per Curiam Secularem factam in loco immuni. Castren. 7. *Maij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 39.

17. Episcopus obligatur ad se iustificandum, quare renuit initare remedijs Sac. Can. pro restitutione Clerici, & extractorum. Neapolitanâ 8. *Martii* 1633. *lib.* 2. *dec. Paul pag.* 152.

18 Episcopus potest, & debet procedere contrà committentes furta in Ecclesia, & sunt contumaces. Squilacen 7. *Iunii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 150.

19 Potest procedere circà furta commissa in Monasteriis Regularium. Mantuanâ 15. *Mar.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 664.

20. Procedere debet auctoritate sua ordinaria ad formam *Cap. definivit* 17. *quæst.* 4. in casu privatæ violationis loci immunis. Nolanâ 8. *Nov.* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1673.

21. Item eadem auctoritate procedere debet ad expeditionem causæ contrà obsidentes, & mandantes obsidionem Hospitalis, ubi adsunt Confugiti. Narnien. 8. *Aug.* 1702. *lib.* 3. *decr. Val. pag.* 435.

22. Episcopus extrahens ad formam Bullæ Confugitum indiciatum de delictis exceptis prudenter, & benè se gerit. Civitatis Ducalis 3. *Febr.* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 1767.

23. Pariter benè, & prudenter se gerit Episcopus extrahendo ab Ecclesia percussorem Clerici nobilis, & retinendo in carceribus, ad effectum eum medendi, & liberandi à suis inimicis: at postquam invaluerit, restituatur. Comen. 6. *Februarii* 1678. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag* 1640.

24. Laudatur Episcopus super extractione Cle-

rici

rici occisoris propriæ sororis prægnantis, stante probabilitate, quod vel furore Populi, vel à Curia Laicali poterat extrahi. Aversanà 6. *Septembris* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1637.

25. Episcopus non debet impertiri licentiam extrahendi Confugitos per Laicos, sed extractiones fieri debent ad formam Bullę cum assistentia Ecclesiastici, & cum debita decentia. Catacen. 11. *Augusti* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 85.

26. Episcopus non potest concedere licentiam Iudici laico exhumandi cadavera, Reum, vel testem examinandi in loco immuni, defectu recognitionis corporis delicti, etiam vigore litterarum eiectionis; sed hęc licentia petenda est à S. Sede, excepto casu necessitatis pro arbitrio Episcopi benè regulato, quando Papa commodè adiri non possit; ad dictum tantùm effectum potest Episcopus extrahere facere extrà Ecclesiam, & locum immunem, ex hoc etiam pro illius arbitrio benè regulato. Burgi S. Sepulcri 2. *Maij* 1629. *lib.* 1. *dec. Paul. pag.* 135.

27. Episcopi possunt corpora exhumanda, vulneratos, & testes extrahere facere extrà Ecclesias, & loca immunia ad effectum recognitionis, & probationis corporis delicti per Iudices, & Ministros Laicos faciendę pro eorumdem Episcoporum arbitrio, rectè tamen regulato. Non autem possunt eamdem facultatem concedere Iudicibus, & Ministris Laicis faciendi in Ecclesiis, & aliis locis immunibus actum aliquem recognitionis cadaverum, nec examinis vulneratorum, & testium, nisi in casu urgentis necessitatis, quando summus Pontifex adiri non potest, idque pro eorum arbitrio, rectè tamen regulato. Superioribus verò Regularibus minimè licet, etiam in Ecclesiis, & locis immunibus ipsorum Regularium; sed id ad Episcopos solos spe-

ſtat. Maceraten. 8. *Aug.* 1645. *lib* 3. *decr. Paul. p.* 259.

28. Epiſcopus habet fundatam intentionem de particulari Brevi Cameralium videndo [intellige quandò reſpicit Eccleſiaſtica]. Senogallien. 23. *Auguſti* 1632. *lib.* 2 *decr. Paul. p.* 137.

29 Epiſcopus cogat, etiàm per Cenſuras Gubernatorem, & alios ad exhibendam facultatem perquirendi in locis immunibus. Civitatis Caſtelli 6. *Julii* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1414.

30. Iniungitur Epiſcopo, ut cryptas, & aditus ſubterraneos à domibus privatorum ad Eccleſias, & loca immunia claudere faciat. Aquilanà 9. *Martij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 115.

31. Epiſcopus ſuperſedeat à moleſtandis Gabellarijs, eò quià denegant franchitias Eccleſiaſticis prætextu concordati, donèc Sac. Congr. viſo ipſo concordato reſolvat. Ruben. 1. *Octobris* 1672. *lib.* 4. *decr. Altoviti pag.* 741.

32. Epiſcopus juxtà diſpoſitionem Saç. Concil. Trid. tueatur Iuriſdictionem Eccleſiaſticam circà viſitationem Çapellæ ſitæ in Regia Audientia. Lucerinâ 17. *Nov.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 189.

33. Epiſcopus ſupèr impedimentis illatis à Gubernatore, & alijs pro convocatione Synodi procedat proùt de jure. Alexandrinâ 20. *Junii* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 426.

34. Sæpiſſimè Epiſcopis iniungitur, ut tueantur Immunitatem, Juriſdictionem, & Libertatem Eccleſ. Regien. 27. *Mart.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 112. Venuſinâ 18. *Sept.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 315.

35. Sic Archiepiſcopo Regien. iniungitur, ut tueatur ſuam Juriſdictionem, & Immunitatem Eccleſiaſticam, & procedat ſupèr ſpretu Cenſurarum contrà Auditorem Regiæ Audientiæ ob carcerationem Clerici. Regien. 2. *Januarii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 96.

Vide

Vide verbo *Causarum cognitio quoad Immunitatem localem* per totum.

EPISCOPVS QVOAD REGVLARES

1. Episcopus debet tueri Regulares contrà violatores Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ. Aquen. 5. *Febr.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 170. Cremonen. 11. *Jan. p.* 166. *Itèm* 11. *Junij* 1695. *p.* 194., *&* 20. *Aug. p.* 210. Casalen. 25. *Sept.* 1700. *lib* 2. *decr. Vallem. p.* 315. Nullius Guastallæ 17. *Febr.* 1693. Regien. 17. *Mart.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 142.

2. Insupèr Episcopus Cremonen. ex commissione Sac. Congr. procedit etiàm ad Interdictum locale contrà Communitatem Laicalem prætendentem exigere Collectas à Regularibus. Cremonen. 19. *Iulii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 202.

3. Episcopus non potest concedere facultatem examinandi Regulares. Hieracen. 3. *Aprilis* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 121.

4. Nec cogere FF. Capucinos ad faciendam recognitionem personæ delinquentis. Neritonen. 13. *Augusti* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 1.

5. Verùm ex commissione Sac. Congr. potest examinare Regulares. Feretranâ 12. *Julii* 1689. *lib. decr. Martelli pag.* 492. Fanen. 30. *Julij*, *seù* 1. *Augusti* 1691. *d. lib. pag.* 747.

6. Jussu Sanctissimi præcipitur, ut Regularis, qui ab Episcopo iuxtà facultates Sac. Congr. extractus fuerat à loco immuni ob vitam dissolutam cum meretricibus, & ob alia scandala, consignetur liberè Superioribus Religionis, cum facultate illum retinendi in carceribus eorum arbitrio per tres Menses ad correctionem. Nolanâ 5. *Aprilis* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 329.

 7. Imò

7. Imò Archiepiscopus Mediolanen. etiàm auctoritate Sac. Congr. procedit contrà Abbatem, & Religiosos, & alios ob recursus ad forum laicale contrà Collegiales Collegij Borromei. Papien. 7. *Septembris* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 344.

8. Iniungitur Episcopo, ut reintegret Guardianum ad confessiones, & ad alia, in quibus illum suspendit, ob gesta contrà Episcopum in defensam Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ. Colen. 13. *Iulii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 83.

9. Episcopus non incurrit in excommunicationem per hoc, quod fecerit carcerare Regularem prætensum Reum copulæ carnalis in proprio Conventu subiecto Iurisdictioni eiusdem Episcopi, utì comprehenso in Decreto *Ut in parvis* S. M. Innocentij X., & ducere ad Carcères Episcopales. Montis Alti 19. *Aprilis* 1701. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 347.

10. Religiosus Apostata solà Episcopi auctoritate extractus è Conventu, restituatur eidem Conventui; deindè extrahatur ad formam Bullæ, & retineat in suis carceribus ad correctionem nomine Sac. Congreg. Brundusinà 24. *Augusti* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 141.

11. Idem gaudet Immunitate, sed retineatur ad dispositionem Sac Congr. Episcop. & Regul., apud quam fiat recursus. In eadem 1. *Mart.* 1695. *d. lib. p.* 174.

12. In causa Fratris N. Ordinis Prædicatorum iniungitur Episcopo, ut illum consignet suis Superioribus, quibus iniungat, ut charitativè tractent ad correctionem tantùm, & non ad punitionem; & invigilet, ut ità exequantur. Regien. 12. *Iulii* 1689. *lib. decr. Martelli pag.* 494.

13. In causa homicidij, de quo indicia sunt contrà Religiosum, qui etiam in Conventum transtulit diversas res occisi ereptas, Sanctissimus tribuit

tuit Episcopo Narnien. facultatem procedendi ad carcerationem d. Religiosi, etiàm in quocunque loco immuni, cum facultate perquirendi res ablatas in locis immunibus. Narnien. 2. *Dec.* 1693 *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 91.

14. Deindè Sanctissimus præcepit eidem Episcopo, ut consignet Curiæ Laicali Reos, & acta, resque extractas à locis immunibus, atque præfatum Religiosum carceratum. In eadem 6. & 9. *Decembris d. Anni*, & *lib. pag.* 92.

15. In causa Palatini Vilnen. Episcopus subdit Interdicto, & Censuris quosdam Regulares ob contumaciam non solum ergà Episcopum, sed etiàm ergà mandata Sanctissimi. Vilnen. 16 *Nov.* 1694. *d. lib. pag.* 158. At in *Regesto Litt.* legitur *die* 27. *Nov.* In eadem 2. *Iulii* 1695. *d. lib. pag.* 199.

Vide verbo *Regularis delinquens*, n. 40. & seq.

16. In causa homicidij P. Guardiani N. datur Episcopo facultas extrahendi è locis immunibus Reos eiusdem delicti ad requisitionem Commissarij laicalis, cum debita tamen decentia, & interventu Personæ Ecclesi. Sovanen. 8. *Ianuarij* 1695. *lib.* 1, *decr. Vallem. pag.* 165.

17. Religiosus invitè directus à suis Superioribus ad alium Conventum, ob idque confugiens ad Ecclesiam, jussu Sac. Congr. extrahitur per Episcopum servata formâ, & consignatur suis Superioribus, cum cautione nè illum puniant ob dictum confugium. Aversanâ 29. *Ian.* 1695. *d. lib. pag.* 169.

18. Deindè habitâ informatione Episcopi super extractione Religiosi ab Ecclesia, qui subindè consignatus suis Superioribus, ab ijs coniectus fuit in carcerem, iniungitur Episcopo, ut faciat illum restitui Ecclesiæ. Neapolitanâ 19. *Ap. d. A.*, & *lib. p.* 184.

19. Episcopus mandet restitui belluam execu-

tatam à Ministro Laicali, quæ inserviebat Monachis N; prævià obligatione ab iisdem facienda de stando juri, & iudicatum solvendo. Narnien. 30. *Martii d. Anni*, *& lib. pag.* 180.

20. Prævià restitutione, vel deposito summæ impensæ in reædificatione muri, & obligatione de stando iuri, & parendo mandatis Sac. Cong. super alijs prætensionibus Canonici, Episcopus absolvit nonnullos Religiosos. Baren. 2. *Iulii d. Anni p.* 197.

Vide verbo *Nuncius quoàd Regul.* n. 9.

21. Episcopus cum facultate Apostolica quomodo, & quandò possit permittere, vel etiàm cogere Regulares ad contribuendum pro publicis necessitatibus, vide verbo *Contributio* n. 40. 42. 43. 47. & seq., *Contributio causa Belli*, *Regularis* n. 20., *Pœna* n. 5.

EQUITES SANCTI JOANNIS HIEROSOLYMITANI

1. IN Conservatores, & Officiales Religionis Hierosolymitanæ eligendæ sunt personæ Ecclesiasticæ. In una Siciliæ 20. *Ianuarii* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 32.

2. Administratio Ærarij, & Thesauri Religionis præfatæ non debet demandari per Capitulum eiusdem Religionis Magno Magistro. In una Religionis Hierosolymitanæ 24. *Decembris* 1623. *ex Regesto Scripturarum Veterum pag.* 22.

3. Puer trium annorum cum dispensatione Apostolica admissus ad d. Religionem, cui concessa fuit Crux aurea, cum promissione faciendi novitiatum anno vigesimo quinto ætatis suæ, pendente isto termino ad emittendam Professionem gaudet privilegio fori. Mediolanen. 21. *Ian.* 1626 *ex Regest. Script. Veterum pag.* 83., *&* 30. *Apr. d. Anni*, *& lib. pag.* 99.

4. Equi-

4. Equites Hierosolymitani vigore privilegiorum Apostolicorum suę Religioni concessorum gaudere debent exemptione à Datijs, Collectis, & Gabellis, & alijs oneribus, exceptis illis, quæ à Sede Apostolica fuerunt imposita, & in impositione specificè eadem Religio est nominata. Anconitanâ 13. *Iulij* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 36.

5. Eques Hierosolymitanus est exemptus, etiàm pro bonis patrimonialibus, & acquisitis. Novarien. 5. *Feb.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 26. Tudertinâ 19. *Ian.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 53.

6. Equites Hierosolymitani absentes non gaudent privilegio competente Clericis ex causa absentibus pro eorum franchitijs farinæ. Bituntinâ 21. *Nov.* 1684. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 388.

7. Verùm Equiti Hierosolymitano absenti ob Caravanas faciendas debentur franchitiæ. Bituntinâ 16. *Julii* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 101.

8. Equites præfati non comprehenduntur in contributione pro refectione pontis authoritate Apostolicâ impositâ, quandò non fuerunt specificè expressi in impositione. Cæsaraugustanâ 20. *Iunij* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 565.

9. Scribitur Episcopis, & alijs Ordinarijs, quibus concessa fuit facultas Ecclesiasticis contribuendi ratione Belli, & hospitationis Militiarum exterarum, quod Sanctitas sua intendit bona Religionis præfatæ possessa ab Equitibus esse immunia à prædicta contributione. Melevitanâ 16. *Febr.* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 86. Parmen, & Mutinen. 26. *Nov.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 4. Colonien. 1. *Iunii* 1697. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 93.

10. Iniungitur restitui quidquid exactum fuit per Ministros Laicos super bonis Equitum S. Joannis Hierosolymitani contrà dispositionem Decreti emana-

emanati sub die 31. Augusti 1677. Bononien., Fanen., & Ravennaten. 24. *Augusti* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 211.

11. Verùm aliquandò, de mandato Sanctissimi, Episcopus potest cogere ad concurrendum pro reaptatione viarum pro rata tantùm commodi privati. Cesenat., & Imolen. 25. *Junij* 1695. *d. lib. p.* 196.

Vide verbo *Contributio* n. 44.

12. Ordinarius procedere potest, ut à Curia Seculari excarcetur, & remittatur Miles Hierosolymitanus prætensus Reus; at in causa delicti commissi Ordinarius non debet procedere, sed remittenda est ad Magnum Magistrum eiusdem Militiæ. Panormitanâ 3. *Feb.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 25.

13. Iniungitur Nuncio, ut permittat Equitibus Hierosolymitanis extractionem Equitis ad correctionem sed non excedatur modus correctionis Regularis. Neapolitanâ 28. *Februarij* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 112.

14. Iniungitur Nuncio Apostolico, ut assistat Judici, & Conservatori privilegiorum Ordinis Meliten. Tranen. 30. *Iulii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 206.

15. Supèr recursu Clerici Beneficiati Equitis Hierosolymitani detenti in Castro per Curiam Laicalem, iniungitur D. Archiepiscopo, & D Nuncio, ut conjunctìm illum tueantur proùt dè jure. Neapolitanâ 17. *Maii* 1695. *d. lib. p.* 190.

16. Datur facultas Archiepiscopo procedendi contrà Gubernatorem, licèt Equitem Hierosolymitanum in causis violatæ Immunitatis. Materanen. 27. *Nov.* 1666. *lib* 1. *decr. Alt. p.* 65. Caven. [illegible] *Oct.* 1667. *d. lib. p.* 165. Monopolitanâ 15. *Jan.* 1667. *d. lib. pag.* 79.

17. Datur facultas Archiepiscopo extrahendi Equitem d. Religionis confectorem monetę falsæ,

&

& tonsorem monetarum, ac conficiendi processum, & cautè custodiendi. Neapolitanâ 6. *Sept.* 1678 *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1640.

18. Ex gratia Sanctissimi iniungitur D. Nuncio, ut mandet Conservatori Religionis Hierosolymitanæ confici processum contrà Equitem d. Religionis, qui in publica platea, ac diurno tempore baculo percussit Præsidem Generalem Ærarij Ducis Sabaudiæ, & permittat assistere posse Ministrum Ducalem, cum expressa tamèn conditione, ut certioret Sanctissimum, cum transmissione contentorum in processu fabricato. Taurinen. 20. *Junij* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 96.

19. Sanctissimus avocavit causam à Tribunali Conservatoris Religionis Hierosolymitanæ, ac mandavit dari Præfecto Nunciæ facultatem procedendi contrà exemptos. Asculanâ, seù Spoletanâ 27. *Junij* 1703. *lib.* 3 *decr. Vallem. p.* 498.

20. Ad preces Magni Magistri d. Ordinis, ex gravissimis, & extraordinarijs circumstantijs Sanctissimus tribuit ad triennium Episcopo facultatem extrahendi à locis immunibus Milites confugitos pro causa exposita, reportatâ tamèn obligatione cum juramento de non puniendo ob confugium. Meliten. 27. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 159.

21. Prorogatur ad decennium facultas extrahendi personas, & res suspectas morbo pestilentiali. In eadem 26. *Martij* 1695. *d. lib. p.* 179.

22. Itèm Sanctissimus tribuit ad triennium Episcopo facultatem extrahendi Confugas ad loca Immunia, reportatâ tamèn obligatione supradicta. *Ib.*

Vide verbo *Decreta Laicalia* n. 1., *Decreta Eccles.* n. 10., *Colonus Commendæ* n. 1. & seq.

EQVI-

EQVITES SS. MAVRITIJ, ET LAZARI

1. EQues professus SS. Mauritij, & Lazari gaudet privilegio fori. Interamnen. 23. *Martij* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 153. Neapolitanâ 10. *Dec.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 6. Mediolanen. 18. *Apr.* 1684. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 302.

2. Milites, seù Equites præfati gaudent ex Constitutione Pij IV. exemptione ab oneribus, & impositionibus. Tudertinâ 7. *Mart.* 1651. *lib.* 4. *dec. Paul. p.* 139.

3. Pariter gaudent exemptione, & Immunitate, etiam pro bonis patrimonialibus. Assisien. 13. *Augusti* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 1.

4. Similiter gaudent exemptione quoad bona Commendæ. Camerinen. 13. *Augusti* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 23.

5. Equitibus SS. Mauritij, & Lazari, ac Ordinis SS. Annunciationis B. V. præservanda sunt privilegia eis concessa à Sede Apostolicâ quoad onera molituræ, & super vino. Taurinen. 11. *Septembris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 202.

EQUITES S. STEPHANI

1. EQuites S. Stephani gaudent privilegio fori. Recinaten. 11. *Octobris* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 235.

2. Bona Commendarum spectantium ad Religionem Equitum S. Stephani tamquàm bona Ecclesiastica tuenda sunt. Regien. 16. *Sept.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 75.

3. Equites S. Stephani pro bonis patrimonialibus gaudent exemptione ab oneribus laicalibus. Mantuanâ 27. *Nov.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 26. & 19. *April.*

April. 1627. d. lib. pag. 46. Faventinâ 20. Nov. 1657. lib. dec. Rocci pag. 43

4. Verum posteà resolvitur, quod Equites præfati pro bonis patrimonialibus non gaudeant exemptione, & eorum bona patrimonialia reponantur in Catastro laicali. Ariminen. 7. Augusti 1696 lib. 2. decr. Vallem. pag. 40. Mantuanâ ibidem pag. 41. Die 27. Julii 1706. Sacr. Congr. confirmavit in Tiphernen. præfatum decretum.

5. Equites S. Stephani nequeunt excludi à Dignitate Consulis, non obstante decreto Sac. Congr. Boni Regiminis sub die 13. Julii 1688. emanato, quo dicitur, non admitti. Ariminen. 12. Iulii 1689. lib. decr. Martelli pag. 490.

6. Intellige tamen dummodò d. Equites in iis, quæ pertinent ad d. Dignitatem non gaudeant privilegio fori, proùt alias declaravit Sac. Congr. præsertim Fanen. 27. Ian. 1688. lib. decr. Martelli p. 225. ubì dicitur, Advocatum fiscalem Curiæ Episcopalis reintegrandum esse ad Confalloneriatum, ità tamen, ut quoad pertinentia ad Officium non gaudeat privilegio fori. In eadem Ariminen.

7. Cum Consules Laici Magistratus Ariminen. recusaverint admittere pro primo, & secundo bimestri ad Officium Consulis Equites S. Stephani contrà decisionem Sac. Congr., eadem Sac. Congr. ordinat, ut admittantur omninò in primo bimestri dicti duo Equites pro primo, & secundo Consule; itaut alii eligendi accipiant loca inferiora, & Consules, qui renuerunt admittere ipsos Equites ad Magistratum, non ponantur in novo Bussolo, & quatenùs extrahantur, non admittantur ad Officiũ. Ariminen. 25. Maii 1694. lib. 1. decr. Vallem. pag 123.

8. Attamen posteà attentâ informatione Episcopi conceditur gratia rehabilitationis istis Consulibus inha-

inhabilitatis ad exercitium suarum dignitatum ob impedimentum illatum contra præfatos Equites. In eadem 19. *Aprilis* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 183.

EQUITES MILITIÆ CHRISTI

1 GAudent privilegio fori. Assisien. 28. *Februarij* 1640 *lib.* 3 *decr. Paul. pag.* 110.

2. Equites Christi, facti auctoritate Apostolicâ, gaudent privilegio fori, nec requiritur in eorum creatione *Exequatur* Regium; sed sufficit creatio Auctoritate Apostolica. Saponarien., seù Salernitana 12. *Junii* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 52.

3. Gaudent privilegio exemptionis pro bonis Commendæ, nisi sint de comprehensis in impositionibus de ordine Sanctissimi impositis. Vrbinaten. 24. *Ianuarii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 244.

4. Equites præfati, qui emiserunt professionem, gaudent exemptione ab impositionibus, & collectis communitativis. Tudertinâ 31. *Martii* 1648. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 48.

5. Sunt pariter exempti à represaglijs. Anagninâ 11. *Februarii* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 40.

EQVITES S. JACOBI

Connumerandi sunt inter Personas Ecclesiasticas, si professionem expressam emiserint. Reatinâ 5. *Martii* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 178.

EQVITES CALATRAVÆ

In casibus violatæ Immunitatis, & Libertatis Eccles. non sunt exempti ab auctoritate Ordinarij. Lycien. 17. *Feb.* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1927.

EQVITES PORTVGALLIÆ

Gaudent privilegio fori, & exemptione Ecclesiasticorum. Tudertinâ 12. *Novembris* 1647. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 34.

Ere-

EREMVS, EREMITA

1. IN casu, quo Eremita cooperavit ad extractionem Confugiti in Domo Eremitica, qui ab extractoribus occisus fuit; Episcopus tàm contrà ipsum, quàm contrà extractores, & cooperatores procedat ad declaratorias ser. ser., & pro reatu in homicidio proùt de jure. Signinâ 31. *Iulii* 1691. *lib. decr. Martelli pag.* 751.

Quòad Eremitarum privilegia, V. verbo *Tertiarij*.

ERGASTVLVM

Vide verbo *Regularis delinquens* n. 46.

EXACTIO

1. EXactio onerum, & impositionum, ad quæ, & ad quas Ecclesiastici tenentur, fieri debet à Ministris Ecclesiasticis, non à Laicis, quatenùs onera sint canonicè imposita. Asculanâ 30. *Maii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 94. Cesenaten. 12. *Nov.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 26. Imolēn. 22. *Sep.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 52. Constantien. 29. *Nov.* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 599.

Vide verbo *Contributio* n. 35. 39.

Verbo *Contributio causa Belli*.

2. Vndè pro exactione facienda ab Ecclesiasticis, præcipitur Episcopo, ut deputet alios à Ministris Communitatis. Fulginaten. 15. *Martii* 1661 *lib. decr. Rocci pag.* 361.

3. Nec ullo modo permittat exactionem contributionibus à Clero oblatæ cum facultate Sac. Congr. fieri à Laicis. Aquen. 15. *Augusti* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 68.

4. Non potest exigi gabella vigore statuti particu-

ticularis Civitatis ab Ecclesiasticis, nec suffragatur confirmatio Apostolica illius gabellæ. Tudertinâ 25. *Sep.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 68.

5. Exactio novi caroleni ordinata à Camera Regia super qualibet sarcina olei recollecti in bonis Ecclesiasticorum extrahenda à Regno, non est permittenda. Melphitanâ 13. *Julii* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2010.

6. Nisi cesset exactio gabellæ, vulgò dictæ *della Gratia*, impositæ supèr singulis modijs grani molendi ab Ecclesiasticis, procedendum est ad fulminationem Censurarum contrà exigentes, & successivè contrà Ministros. Florentinâ 1. *Decembris* 1637 *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 49.

EXACTOR MENSÆ EPISCOPALIS

1. EXactor Decimarum Mensæ Episcopalis deputatus ab Episcopo, durante officio exactionis gaudere debet privilegio fori. Vrbevetana 9. *Oct.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 237. Bituntina 17. *Nov.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 188. Asculana 16. *Dec.* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 205.

2 Exactor Mensæ Episcopalis gaudet privilegio fori, & exemptione ab oneribus personalibus. Bononien. 23. *Junii* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 210.

3. Eminentissimo Legato Bononien. scribitur, ut supersedeat in causa Exactoris decimarum Mensæ Episcopalis vexatus ab Executoribus laicis, & mandet illum excarcerari prævia cautione de se præsentando ad omne mandatum Sac. Congr. Bononien. 9. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 199.

4. Eidem iniungitur, ut donèc decidatur articulus super pertinentia causæ Exactoris decimarum, illum liberet ab onere habendi Civitatem pro

pro carcere, prævià tamen cautione, ut supra. In eadem 13. *Augusti d. Anni*, *& lib. p.* 209.

5. Approbante Sanctissimo datur Legato Ferrariæ facultas procedendi contrà Exactores Decimarum in causa homicidij patrati de eorum mandato. Ferrarien. 31. *Dec. d. Anni*, *& lib. pag.* 237.

EXACTOR SECULARIS

1. EXactores Laici exigentes collectas pro bonis donatis Ecclesiæ, non incurrunt excommunicationem, quandò donationes sunt cum fraude; factâ tamèn priùs per Episcopum declaratione super fraude donationum. Vercellen. 15. *Nov.* 1644. *lib. 3. decr. Paul. pag.* 238.

2. Exigentes collectas pro bonis donatis Ecclesiæ cum conditione solvendi onera, & tributa, etiàm imponenda, non incurrunt excommunicationem, quando sub hac expressa conditione bona sunt donata Ecclesiæ. *Ibidèm.*

3. Exigentes gabellas laicales ab Ecclesiasticis, etiam spontè solventibus, sine beneplacito Apostolico, tenentur ad restitutionem. Placentinâ Hispaniæ 31. *Maij* 1639. *lib. 3. decr. Paul. pag.* 93.

4. Exactor Secularis non potest absolvi, nisi priùs restituat omnia indebitè exacta ab Ecclesiasticis. Aquilanâ 11. *Ianuarij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 166., *& passim alibi.*

5. Prævià reintegratione absolvuntur Exactores Laici, qui Milites miserant super prediis Ecclesiasticorum. Asten. 19. *Julii* 1695. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 203.

EXAMEN

1. EXamen vulnerati confugiti ad Ecclesiam est invalidum, & contrà Libertatem Ecclesiasticam

sticam

sticam. Sagonen. 16. *Sep.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 591.

2. Itèm examen factum à Judice Laico in loco immuni est nullum, & invalidum. Nucerinâ 1. *Sept.* 1671. *lib.* 1. *decr. Altovili pag.* 592.

3. Et tùm Judex, tùm Complices in d. examine incurrunt Censuras, etiamsi Superior loci immunis permiserit. Pisauren. 26. *Martii* 1658. *lib. dec. Rocci pag.* 80.

Vide verbo *Regularis delinquens* n. 19. 20.

Verbo *Mons Pietatis* n. 6.

4. Censurati, eò quia recusarunt se examinare in causa Immunitatis, pro absolutione obtinenda, faciant obligationem de se subijciendo Examini in eadem causa. Nullius S. Vincentij in Vulturno 17. *Aprilis* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1966.

5. Denegatur facultas à Sac. Congr. examinandi uxorem contrà virum confugitum ad locum immunem. Perusinâ 17. *Nov.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 17.

6. Jussu Sanctissimi Examen factum in Curia Ecclesiastica aliquando consignatur Judici Laico.

Vide verbo *Medicus* n. 5.

Verbo *Facultas examinandi* per totum.

EXECUTIO

1. Conceditur facultas exequendi in Palatio Episcopi ad favorem creditorum ipsius Episcopi. Anagninâ 10. *Iunii* 1651. *lib.* 4. *decr. Panfucci pag.* 148.

2. Aliquando datur facultas Episcopo faciendi Executiones reales in locis immunibus ad obviandum damnum publicum contrà Pistores habentes furnos in locis immunibus, debitores in forma Cameræ Officii abundantiæ ob frumentum eis repartitum. Perusinâ 8. *Apr.* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1761.

3. Ex-

3. Executio etiam pro debitis civilibus fieri non potest in Palatio Episcopi, nec in domibus, seù mansionibus Clericorum, attentà consuetudine in Regno ad favorem Clericorum. Converlanen. 12. *Nov.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 30.

4. Executio contrà Clericos non solventes collectas pro bonis, ad quas aliàs tenentur, non potest fieri per Judicem Laicum, sed spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Vercellen. 15. *Novem.* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 238.

5. Executio contra personam Clerici Salvatici pro iis, ad quæ tenetur, spectat ad Judicem Ecclesiasticum; Executio verò quoad bona permittitur etiam Judici Laico, cessante consuetudine in contrarium. Tropien. 27. *Aug.* 1631. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 155.

6. Executio in bonis per Confraternitatem possessis, uti hæredem Laici demortui, est facienda de mandato Iudicis Ecclesiastici, corám quo judicium est terminandum, etiam si ante illius mortem fuerit pronunciatum, & relaxatum mandatum à Judice Laico. Umbriaticen. 4. *Dec.* 1629 *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 19.

7. Executio pro oneribus Cameralibus contrà Ecclesiasticos fieri debet ab Ecclesiastico iuxtà solitum. S. Severi 18. *Iulii* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 156.

8. Communistis non licet exequi contrà Ecclesiasticos, nisi ordo Executionis sit subscriptus subscriptione Vicarii, quæ tamen non potest retardari. Ariminen. 17. *Novembris* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 618.

9. Episcopus non permittat Executiones contrà Ecclesiasticos pro collectis exigendis per Communitatem, nisi priùs firmetur mandatum ab eius Curia. Civitatis Plebis 12. *Junij* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 231. Faventinâ 12. *Feb.* 1681. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2155.

10. Et procedat contrà Executores, & mandantes Executionem fieri sine d. subscriptione. Tudertinâ

2 *Iunii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 51.

11. Cùm Executio animalium Ecclesiastici est facta à Gabellariis sine mandato Judicis Ecclesiastici, Episcopus curet restitui animalia, & refici omnes expensas, & damna inde secuta. Eugubinâ 15. *Nov.* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti p.* 753.

12. Executio facta à Judice Laico in bonis Coloni Cardinalis Commendatarii est nulla, & ideò Gubernator mandet cassari inventarium, & restitui omnia soluta ejus occasione. Urbevetanâ 14. *Dec.* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 306.

13. Episcopus revocet Executionem factam in aliena Diœcesi. Forosempronien. 12. *Junii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 231.

14. Prævià restitutione pignorum, & abolitis omnibus actis à Curia Laica factis, & accedente Partis consensu, absolvitur Gubernator, & eius Minister in forma ob Executionem realem factam contrà Servientes Curiæ Episcopali. In una S. Marci 11. *Iunij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 194.

15. Itèm ob Executionem factam contrà servitorem Ecclesiæ Parochialis. In eadem 2. *Julii d. A.*, & *lib. p.* 198.

16. Itèm ob executiones factas supèr bonis Conventus Regularium. Cremonen. 19. *Julii d. Anni*, & *lib. pag.* 202.

Vide verbo *Communitas* n. 4. 5.

EXECVTOR

Executoribus Laicis potest vti Episcopus quandò non habeat proprios. Vide verbo *Episcopus quòad suam Curiam* n. 9. 11.

EXEMPTIO

1. EXemptio Clericorum extenditur etiàm ad Consanguineos, & Familiares, qui in com-

communi vivunt, & expensis, ac in domibus Clericorum. Hydruntinâ 4. *Junij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 44.

2. Exemptio Ecclesiasticorum non suffragatur, nisi pro rata bonorum ad eos spectantium, non autèm pro bonis, quæ ad Matrem, Fratres, & Sorores verè spectant. Alexanen. 14. *Aug.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 197. Nullius Atini 5. *Maij* 1637. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 22.

3. Exemptio competit pro portionibus tantùm Ecclesiasticos tangentibus, prævia divisione bonorum ad hunc effectum faciendâ. Amerinâ 25. *Januarii* 1650. *lib.* 4 *decr. Paul. pag.* 96.

4. Exemptio ab impositionibus communitativis competit tàm Clero Seculari, quàm Regulari, non verò Exemptio ab impositionibus Cameralibus, vtì comprehensis in Chirographis comprehensivis illorum. Ravennaten. 22. *Junii* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 68.

5. Competit Collegio Societatis Jesu Exemptio pro vino vendito minutatìm, etiàm pro recollecto extrà territorium loci, in quo fit venditio, in bonis tamèn Collegij recollectum. Aversanâ 18. *Novembris* 1658. *lib. decr. Recci pag.* 128.

EXILIVM

1. Circà Exilium per præceptum laicale datum à Civitate Vicario Generali, & Cancellario Episcopi, Episcopus fabricet processum, & ser. ser. declaret Censuras contrà Executores, Fautores, & Consulentes; & in casu inobedientiæ, apponat Interdictum Civitati. Mantuanâ 14. *Maij* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1984.

2. Latrunculi, & malè Viventes extracti ab Ecclesia causa abusus, post sanationem omnis, &

cujuſcumque defectus ſecuti in extractione, mandante Sanctiſſimo omnes condemnantur in Exilium à toto ſtatu, ſub pœna tranſgreſſoribus Triremium per quinquennium. Bononien. 7. *Julii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 35.

3. Approbante Sanctiſſimo rei extracti ab Eccleſia ob occiſionem Clerici, & alia delicta in alios tùm Clericos, tùm Laicos in loco immuni perpetrata, puniuntur pœna Exilij à propria Diœceſi, ſub pœna Triremium ad quinquennium in caſu contraventionis. Placentinâ 18. *Novembris* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 187.

4. Clericus, qui declaratur à Sac. Congr. reſtitui debere loco immuni; attentâ malâ ejus qualitate, annuente Sanctiſſimo mulctatur pœna Exilij à tota Legatione, ſub pœnis, etiàm corporalibus in caſu contraventionis prævià cautione de ſervando Exilio. Senogallien. 30. *Septembr.s* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 619.

EXIMITIO

1. CAuſa Eximitionis Clerici à manibus Birruariorum Epiſcopi factâ authoritate privatâ, ſeù à conſanguineis Clerici, non ſpectat ad Sac. Congr Baren. 20. *Julii* 1690. *lib. decr. Mars. p.* 636.

2. Eximitio carcerati in carceribus Eccleſiaſticis facta ab amicis carcerati, non eſt læſiva Immunitatis, & Epiſcopus procedat ſuâ ordinariâ facultate. Polignanen. 3. *Oct.* 1690. *lib. decr. Mart. p.* 671.

3. Locumtenens cenſuratus ob Eximitionem Clerici è manibus Curiæ Epiſcop. abſolvitur arbitrio Epiſcopi cum reincidentia, dummodò tamèn humilitèr petierit, & docuerit, quod ſe geſſerit vti Cenſuratus. Oſtunen. 4. *Sept.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 144.

4. In casu, quo nonnulli inquisiti dùm ducebantur ad carceres, ope aliquorum Ecclesiasticorum evaserunt è manibus Curię Laicalis, & confugierunt ad Ecclesiam, iniungitur Archiepiscopo, ut tueatur dictos Confugas, ac procedat rigorosè contrà Ecclesiasticos reos Eximitionis. Rossanen. 27. *Februarii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 476.

EXPLORATIO

Voluntatis raptæ spectat ad Episcopum. Ideoque factâ per ipsum Exploratione huiusmodi, permittat sequi Matrimonium. Catacen. 21. *Nov.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 237.

EXTRACTIO CONFVGITORVM

1. EXtractio ab Ecclesia, & loco immuni, non est permissa, nisi solis Episcopis, non autèm inferioribus, & ante illam requiritur processus supèr qualitate delicti excepti in Bulla F. M. Gregorij XIV., & Extractus est carcerandus in carceribus Curiæ Ecclesiasticæ, & ad liberam dispositionem Judicis Eccles. Nullius Orbetelli 23. *Martij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 17. Militen. 21. *Jan.* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 151.

Etiàm ab Ecclesijs Religionis Hierosolymitanæ. Neapolitanâ 8. *Ap.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 102.

2. Ad Extractionem tamèn non requiruntur probationes plenæ, & concludentes supèr qualitatibus delictorum ex dicta Bulla exceptorum, sed sufficiunt probationes pro arbitrio, & conscientiâ Episcopi. Melevitanâ 15. *Junij* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 64.

3. Imò si adsint indicia etiàm extraiudicialia pro qualitate proditionis, iniungitur Vicario Generali extractio Confugiti, & retentio in carceri-

bus Ecclesiasticis vsquè ad ordines novos Sac. Congr. Tarentinâ 8 *Aug.* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 582.

4. Extractio ad effectum examinandi in causa criminali de jure Episcopo non permittitur. Mutinen. 13. *Julii* 1638 *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 66.

5. Constito de Extractione à loco immuni, extractus debet restitui Ecclesiæ. In una Sublaci 19. *Aprilis* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 184.

6. In Dubio, an extractio secuta sit in loco immuni? extractus consignandus est Curiæ Ecclesiasticæ, vel declarari, retineri nomine Curiæ Episcopalis, pendente discussione articuli vsquè ad declarationem. Mantuanâ 27. *Oct.* 1674. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 1018. Neapolitanâ 23. *Maii* 1676. *ibi p.* 1255. Civitatis Ducalis 4. *Aug.* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1423. Marianen. 16. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 109. Viterbien. *eadem die pag.* 111. Senogallien. 19. *Aug.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 170.

I. Archiepiscopus quærit an Judices Seculares possint absque incursu Censurarum extrahere delinquentes propriâ auctoritate, petita, & non obtenta licentiâ Episcopi, vel eius Officialis, nulla ei factâ Processus exhibitione, itàut Judicis Secularis dicto standum sit? an verò omninò præmittenda sit d. Processus exhibitio, stante consuetudine, si quæ sit, & cum èxtractio fiat pro utraque Curia? Sac. Congr. respondit: expressis casibus particularibus dabitur resolutio.

II. An quandò reus extrahendus est ad instantiam Iudicis Secularis, & de licentia Episcopi, reponi, & custodiri debeat in carceribus Eccles. ad formam Constit. Gregor. XIV., non obstante consuetudine, si quæ sit legitimè introducta, quâ Reus in carceribus laicis pro utraque Curia detineri consueverat. Respondit negativè.

III. An

III. An ſtante d. conſuetudine, quâ Iudicibus Laicis licet capere, extrahere, vel carcerare huiuſmodi delinquentes in Eccleſia ſine expreſſa Epiſcopi licentia, poſſint dicti Iudices propriâ auctoritate, & abſque licentia compedes, & vincula delinquenti inijcere, vel cuſtodias apponere, ne reus effugiat, donec diſcutiatur an gaudeat Immunitate, & quid in hac re valere poſſit conſuetudo aſſerta à Curia Seculari pro ſe? Reſpondit negativè. Calaritanâ 10. *Martii* 1648. *lib.* 4. *dec. Paul. p.* 43. *& ſeq.*

8. Quandò Extractio ab Eccleſia ratione graſſationis, vel ratione aliorum delictorum exceptorum in Bulla facta ſit à Birruarijs Curiæ Eccleſiaſticæ ſine interventu Perſonæ Eccleſiaſticæ, reſtituatur eidem Eccleſiæ, & illicò denuò extrahatur ad formam Bullæ reus. Mediolanen. 24. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 89. Regien. 16. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 157.

9. Non conſtat de Extractione violenta quandò carceratus à Birruarijs in loco non immuni violentèr traxit ſecùm Birruarium, ſempèr tamèn reum tenentem, ad locum immunem, à quo poſteà per Birruarios extractus fuit. Hyeracen. 30. *Martii* 1648. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 113.

10. Non conſtat de Extractione à loco immuni, quandò extractus à ſtillicidio Eccleſiæ, illùc non omninò liber: ſed per vim eò ſe traxit inter manus Baroncelli illum detinentis, quamvis manibus attingat muros Eccleſiæ. Feretranâ 15. *Novembris* 1689. *lib. decr. Mart. p.* 528.

11. Contrà conſtat de Extractione à loco immuni, cum quis à perſona particolari, licèt ſemper ab ea retentus, vi acceſſit ad locum immunem, & vi à perſona particulari extractus, & conſignatus fuit Curiæ Laicæ. Civitatis Caſtellanæ 9. *Febr.* 1694. *lib.*

lib. 1. *decr. Vallemani pag.* 103.

12. Sic etiam constat de extractione à loco immuni, cum quis à Birruariis captus fuit, dum tenebat manibus murum Ecclesiæ. Aquipendij 1. *Septembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 71. Fanen. 22. *Aprilis* 1692. *lib. decr. Grim. pag.* 119.

13. Quandò extrahendus pro delicto excepto est Consobrinus Vicarij Generalis, ex quo iste potest esse suspectus Parti, Sac. Congr. committit Extractionem Episcopo viciniori, ut tamquam delegatus extrahat, custodiat, formet processum, & transmittat. Fulginaten. 7. *Dec.* 1675. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 1177.

14. In Extractione facta, vel attentata auctoritate privata, non intrat Bulla Gregoriana, sed *Cap. definivit* 17 *quæst.* 4. Capuanâ 2. *Maii* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 796. Lucerinâ 13. *Maii* 1698. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 188.

15. In casibus non exceptis in d. Bulla non est licita Episcopo Extractio absque facultate Apostolica, & sic extracti restitui debent Ecclesiæ. Brundusinâ 24. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 141. *& alibi.*

16. Amplia I. Ut Episcopus, vel alius Iudex Ecclesiasticus non possit sine dicta facultate extrahere, neque ex motivo vitandi maiora delicta committenda à Confugito, & in tali casu curet priùs componere Partes super negotio, & pro reconciliatione animi, sin minùs provideat pro sua prudentia, ne oriantur scandala. Catacen. 19. *Augusti* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 138.

17. Amplia II. Nec ad vitandum populi tumultum. Perusinâ 1 *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 176. etiàm respectu Clerici sodomitæ. Anglonen. 2. *Iunij* 1699. *lib* 2. *decr. Vallem. p.* 224.

18. Amplia III. Ut sine dicta facultate non possit extrahere Confugitum, quamvis delinquentem, quod

quod si extraxerit, jubetur restitui Ecclesiæ spoliatæ, deindè transferatur in aliam extrà Civitatem ab ipso Episcopo. Bononien. 19. *Aprilis* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 183.

19. Undè Episcopus, qui sine dicta facultate extraxit, acritèr corrigitur pœnis Sanctissimo benè visis. Caietana 10 *Sep.* 1652. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 197.

20. Episcopo aliquandò licita est Extractio in casibus non exceptis in Bulla ad effectum tamèn correctionis tantùm; undè approbatur Extractio facta ab Episcopo, sive Nuncio ad dictum effectum.

Vide verbo *Episcopus quoad Clericos* n. 4. 5., *Parochus* n. 4. 5. 6., *Regularis delinquens* n. 1. 2. 8. 11, *Mulier* n. 3., *Facultas extrahendi Ecclesiasticos* n. 1. & seq.

21. Quarè approbatur Extractio facta ab Episcopo Confugiti scandalosè perseverantis in peccato in ipsa Ecclesia cum muliere à se defloratâ. Civitatis Castelli 2. *Nov.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2077.

22. Itèm approbatur Extractio facta ab Archiepiscopo Confugiti, cui imminebat periculum, ut occideretur. Salernitanâ 2. *Novembris* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2079.

23. Sic etiàm laudatur Archiepiscopus extrahens, & adducens in suos carceres homicidam, ob periculum, ne in Ecclesia caperetur à Birruarijs laicalibus. Neapolitanâ 18. *Julij* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 637.

24. Itèm approbatur Extractio Clerici de ordine Episcopi ob violatam Clausuram Monialium, & ob stupratam Famulam in eodem Monasterio, & permittitur Episcopo, ut illum retineat ad correctionem tantùm pro sua prudentia. Hyeracen. 19. *Decembris* 1690 *lib. decr. Martelli pag.* 699.

25. Ad instantiam Ducis de Tursis iussu Sanctissimi ex speciali gratiâ approbatur Extractio condem-

demnatorum ad Triremes confugiatorum, & Episcopo datur facultas extrahendi alios, receptâ pro omnibus cautione, & iuramento à persona legitima de eorum immunitate. Marianen. 23. *Jan.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 300.

26. In causa violentæ Extractionis per Laicam Potestatem Marchionis de Valenzuele ab insigni Ecclesia S. Laurentij Escurialis; si Archiepiscopus Toletanus, uti vicinior non procedit, Nuncius pro suo Apostolico munere, cum facultatibus Sac. Congreg. conficiat processum juridicum, & ser. ser. procedat prout de iure contrà omnes violatores, mandantes, & fautores, atque omnes quomodolibet complices dictæ Extractionis. Nullius, seù Toletana 28. *Febr.* 1677. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1355.

27. In causa Extractionis, carcerationis, & detentionis Abbatis Regularis Canonicorum Regularium S. Cornelii in Indam, carcerati violenter à Centurione, & Militibus de ordine Officialis Curiæ Archiepiscopalis Colonien. in Ecclesia, induti Paramentis Pontificalibus post Missarum solemnia; Sac. Cong. iniungit D. Nuncio, ut procedat ad ulteriora contrà omnes præfatos culpabiles, cassatis omnibus actis, & signanter declaratione facta à præfato Abbate subiectionis jurisdictioni Ordinarij Colonien; uti extorta à violenter extracto à loco immuni. Colonien. 5. *Martii* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 78.

28. In eadem causa datur facultas eidem Abbati S. Cornelii absolvendi in forma Ecclesiæ Milites excommunicatos à Nuncio Colonien. ob Extractionem, & carcerationem d. Abbatis in sua Ecclesia, concordata Parte, & facta in signum pœnitentiæ aliquali oblatione Ecclesiæ spoliatæ arbitrio eiusdem Abbatis. Colonien. 30. *Aug.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 172.

29. Quoad Extractionem Puellæ ab Ecclesiâ de

jussu

jussu D. Proregis, seù Ministrorum Regiorum, quæ deindè proiecta fuit in carceribus, & posteà in Conservatorio, decernitur, ut reintegrata prius Ecclesia per restitutionem Puellæ extractæ, denuo extrahatur in debita forma per Curiam Ecclesiasticam, & collocetur in diverso Conservatorio ad dispositionem Ecclesiæ, & Ordinarius procedat contrà Extractores, & fautores. Neapolitana 18. Nov. 1687. *lib. decr. Martelli p.* 186.

30. Iniungitur de ordine Sanctissimi Episcopo Regien., ut curet Extractum à Curia Laica restitui Ecclesiæ, à quâ fuit extractus, & deindè Episcopus ad novam Extractionem procedat, quatenus fuerit deducta talis probatio delicti exceptuati in Bulla Gregoriana commissi à prætenso Reo, ut ipse pro suo arbitrio sufficientem reputet ad formam Bullæ, & in hoc casu extractus retineatur in carceribus Ecclesiasticis Diœcesis, quatenùs adsint tuti in dominio Ducis Guastallæ, aliàs retineatur in carceribus Episcopalibus Regii. Regien. 16. Nov. 1694. *lib. 1. decr. Vallem. pag.* 157.

Vide verbo *Carceratus.*

EXTRACTIO DOLOSA

1 LIcèt non constet ex processu de Extractione dolosa, seù blandis verbis Confugiti ab Ecclesia, quia tamèn ex confessione extraiudiciali habetur dolosè extractum fuisse: Sac. Congr. resolvit, gaudere, & restituendum esse Ecclesiæ. Ferrarien. 24. *Jan.* 1673 *lib. 1. decr Altov. pag.* 765.

2. Item declaravit gaudere illum, qui dolosis verbis extractus fuit ex atrio Collegii, seu Domus Piæ Litteratorum Romæ. Romanâ 16. *Iulij* 1675. *lib. 1. decr. Altoviti pag.* 1124.

3. Similitèr, qui fuit impeditus à Birruariis existentibus in loco immuni nè confugeret ad locum

immu-

immunem. In eadem *Ibidem.*

4. Item, qui tempore capturæ iam tetigerat columnam positam in angulo superiori Domus Ministrorum inservientium Monialibus S. Silvestri Romæ. In eadem *Ibidem.*

5. Constat de dolosa Extractione à loco immuni, quando Baroncellus fingens se velle manducare cum Confugito mittit ipsum cum vino ad fontem, ubi capitur à Birruariis. Reatinâ 27. *Martij* 1696. *lib. 2. decr. Vallemani pag.* 15.

6. Est dolosa Extractio, quandò simulatus Confuga seduxit Iudæum Confugitum exire de loco immuni, asserens non adesse Birruarios, à quibus mentitis vestibus captus fuit. Anconitanâ 10. *Feb.* 1699. *lib. 2. decr. Vallemani pag.* 201.

7. Constat de dolosa Extractione, quando Birruarij mentitis vestibus, & incogniti sub prętextu emendi certa mobilia inducunt Confugitum ad exeundum ab Ecclesia, & veniendum domi, ubi ipsum carcerant. Bononien. 3. *Dec.* 1697. *lib. 2. decr. Vallem. p.* 123.

8. Constat de dolosa Extractione, quandò debitor sub promissione creditoris de non faciendo exequi mandatum personale contrà ipsum, carceratur ad instantiam creditoris, postquam exiit à loco immuni. Nucerinâ 9. *Maij* 1702. *lib. 3. decr. Vall. p.* 420.

9. Item quando sub promissione reconciliationis faciendę cum suo Adversario Confuga egreditur ab Ecclesia, & capitur à Birruariis. Ferentinâ 22. *Jan.* 1704. *lib. 3. decr. Vallem. pag.* 550.

10. Constat de dolosa Extractione, quando Confugitus exit ab Ecclesiâ sub assecuratione Baroncelli, quod non carcerabitur, & posteà ab eiusdem Birruariis carceratur. Perusinâ 22. *Sep.* 1693. *lib. 1. decr. Vallem. pag.* 77.

11. Quando Confuga egreditur de Ecclesia, quamvis

quamvis absque precedenti tractatu cum Curia Laica, nec de eius mandato, sed amici, vel alterius privatę personę suasione habentis animum tradendi ipsum in manibus dictę Curię, proùt de facto contigit; constat de dolosa Extractione, adeòque est restituendus. Camerinen. 20. *Septembris* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 618.

12. Constito de dolosa Extractione à loco immuni, extractus debet restitui Ecclesiæ. Aliphanâ 12. *Julii* 1689. *lib. decr. Martelli p.* 490. Balneoregien. 11. *Jan.* 1695. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 166. Anconitanâ 10. *Feb.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 256.

13. Sarcina papirii fraudulenter extracta à Conventu per Ministrum Appaltatoris, qui se finxit Dominum d. papirij, & decipiens Portuarium Conventus fraudulenter indè extraxit, est restituenda in Ecclesia. Civitatis Castelli 21. *Nov.* 1684. *lib.* 3. *decr. Altov. pag.* 389.

14. Non videtur constare de dolosa Extractione, quandò quis tamquàm privatus promittit Confugito, eum benignè tractandum à Judice Ecclesiastico, in cuius propterea Curia se constituit. Neapolitanâ, seù Nolanâ 31. *Aug.* 1700. *lib.* 2. *dec. Vallem. p.* 311

15. Non constat de dolosa Extractione, quandò Confugitus exijt à loco immuni, ex eo quod Tribunus Militum, ut fieret Miles, ei promisit omnem securitatem, nullo tamèn habito tractatu per Tribunum cum Curia laica, à qua extrà locum immunem captus fuit. Taurinen. 9. *Maii* 1702. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 420.

16. Non constat de dolosa Extractione in causa Confugiti ad Ecclesiam ob debitum contractum cum duobus Mercatoribus, cum quibus inijt contractum societatis, eò quod exierit ab Ecclesia virtute transactionis factæ cum uno solùm Mercato-

re

re fine mandato, & confcientiâ alterius focij principalioris in intereffe, qui renuit ratam habere d. tranfactionem tamquàm ei preiudicialem, & fecit carcerare debitorem. Vrbanien. 9. *Maii* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallemani p.* 420.

17. Non conftat de Extractione dolofa à loco immuni, quando Confugitus causâ debitorum exijt ab Ecclefia fub promiffione, & juramento unius creditoris, de non inferendo ei ullam moleftiam, fed poftea carceratus fuit ad inftantiam alterius creditoris abfque intelligentia cum primo creditore. Nullius Orbetelli 21. *Novembris* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 390.

18. In causa dolofæ Extractionis Epifcopus procedat ad declarationem proùt de jure. Neapolitanâ 12. *Jan.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 266.

19. Aliquandò iniungitur, ut informet fupèr dolofa Extractione, & interim fuperfedeat in fulminatione Cenfurarum, & curet fibi confignari carceratum. Reatinâ 23 *Novembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Valleman. pag.* 219.

20. Poft declarationem: Non conftare de dolofa Extractione, Curia Ecclefiaftica tenetur admittere novas probationes. Perufinâ 18. *Martii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 143.

EXTRACTIO VICTVALIVM

1. Ecclefiaftici poffunt extrahere frumenta recollecta in proprijs bonis, fed fi vendant intra Civitatem, emptores non gaudent eodem privilegio. Cotronen. 25. *Sep.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 65.

2. Archiepifcopus Firmanus pro Extractione, & translatione frumentorum, bladarum, & animalium, tàm pro parte Dominicali, quàm Colonica manu-

manutenetur in sua libertate, privilegio, & exemptione [attentâ antiquâ, & probatâ possessione] non recipiendi Bullettinum à Thesaurarijs Provinciæ. Firmanâ 18. *Dec.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1040.

3. Licet Ecclesiasticis liberè extrahere mannam ab ipsis recollectam, quandò Arrendator mannæ recusat eam emere ab Ecclesiasticis juxta solitum tertià parte caroleni pluris, quàm eâ quæ emitur à Laicis. Vestana 6. *Junii* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 810.

4. In causis Extractionis frumenti à Statu Ecclesiastico, mandante Sanctissimo datur Gubernatori Picæni facultas ad alium annum procedendi contrà Personas Ecclesiasticas. Perusina 5. *Septembris* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 46.

5. Sub prętextu fraudis in asserta Extractione frumenti, Clericus Conjugatus non est molestandus à Curia Laica. Senogallien. 6. *Decembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 233.

6. Potestas laica nequit prohibere Ecclesiasticis Extractionem frumenti etiàm ex motivo publicæ necessitatis. V. verbo *Edictum Laic.* n. 7. & seq.

EXTRACTORES

1. MAndantes, extrahentes, & retinentes Extractos è Territorio Beneventano, Sac. Congr. censuit incidisse in Censuras Bullę Cęnę Domini, & ideò committendum A. C., ut procedat, & exequatur. Neapolitanâ 12. *Julii* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 709.

2. Sac. Congr. censuit omnes Mandantes, Extractores, Fautores, & quomodolibet Complices extractionis duorum Clericorum, & trium aliorum degentium in Terra Status Ecclesiastici, quos indè abductos ad Regnum omnes necaverunt, & Arbori-

boribus suspensos reliquerunt, uno excepto Clerico adhùc in carceribus Laicis retento, incidisse in censuras Bullæ Cœnæ Domini; & ideò committendum A. C., ut procedat, & exequatur, & iniungendum Nuncio Neapolitano, ut sollicitè curet carcerationem Sacerdotis, & aliorum Ecclesiasticorum, quos noverit complices hujus delicti. Verulana 26. *Iulii* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 957.

3. In hac causa Sac. Congr. particularis rescripsit: Accedant omninò ad Vrbem pro impetranda absolutione à Sanctissimo tres Principales. In eadem 23. *Februarii* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1351. Sicuti de facto accesserunt.

4. Et Princeps N. principalior, concedente Sanctissimo absolvitur ab Eminentissimo Vicario Vrbis in forma consueta, attentâ satisfactione Partis abundantèr præstitâ, etiàm cum largitione eleemosynæ ipsi Parti factâ, annullatione, & revocatione omnium gestorum, & promissione impòsterum à similibus attentatis abstinendi, & promissione de observando quidquid iniunctum fuerit. Verulana, seù Campanien. 30. *Martii* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1954.

5. Cives adstantes, seù assistentes extractioni violentæ à loco immuni, incidunt in Excommunicationem. Acherontina 23. *Junij* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag* 1266.

6. Archiepiscopus iniustè extrahens à loco immuni Clericum, & consignans in Arce Regia, acritèr monetur, & ei iniungitur, ut confestìm curet Clericum restitui loco immuni, ac ipsemet Archiepiscopus restituat Clerico extracto omnia damna passa extractionis tempore. Brundusina 17. *Decembris* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti p.* 1187.

7. Rectores Ecclesiæ, qui dederunt facultatem extra-

extrahendi Confugitum ab Ecclesia, sed posteà illum recuperarunt à Carceribus Laicis, non sunt puniendi. Papien. 7. *Oct.* 1631. *lib.* 2 *decr. Paul. p.* 102.

8. Particulares extrahentes suum inimicum ab Ecclesia, ac in scalis eiusdem Eccles interficientes, vigore Constitutionis Greg. XIV. non sunt privati Immunitate. Theatina 5. *Julij* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 163.

9. Episcopus debet procedere contrà quoscumque Culpabiles in extractione Confugitorum, scilicèt

I. Contrà Extrahentes, quamvìs Extractum consignaverint Potestati Ecclesiasticæ. Civitatis Castellanæ 18. *Nov.* 1687. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 183.

II. Contrà Complices extractionis. Hydruntinâ 2. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 7. Balneoregien. 11. *Ian.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 166. Regien. 2. *Julij d. A.*, & *lib. p.* 100.

III. Contra Fautores extractionis. Neapolitana 18. *Nov.* 1687. *lib. decr. Mart. p.* 186.

IV. Contrà Cooperatores. Regien. 19. *Dec.* 1690. *lib. decr. Mart. p.* 688. Signinà 31. *Julii* 1695. *d. lib. p.* 751. Aquipendii 13. *Nov.* 1691. *lib. decr. Grim p.* 36.

V. Contrà Tentantes extrahere. Minerbinen. 2. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 96. Sutrina 20. *Aug.* 1695. *d. lib. pag.* 210.

VI. Contrà Mandantes extractionem. Neapolitana 18. *Nov.* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 186. Camerinen. 3. *Aug.* 1695. *lib.* 1 *decr. Vall. p.* 206.

VII. Contrà Cogentes, Obsidentes, & Custodientes Confugitum, ut egrediatur ab Ecclesia, & capiatur. Perusina 5. *Junii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 126. Hyeracen. 28. *Aug.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 309.

VIII. Contrà dolosè, & blandè Suadentes Confugito, ut exeat à loco immuni, ut capiatur à Birruarijs. Marzicen. 31. *Julii* 1691. *lib. decr. Martelli*

pag. 249. Aquipendij 13. *Nov.* 1691. *lib. decr. Grim. pag.* 36. Neapolitanā, seù Castri Maris 23. *Junii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 58. Camerinen. 13. *Maii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 153.

EXTRACTVS

1. QVamvis Extracti non curentur gaudere Immunitate Ecclesiastica, attamèn procuranda est restitutio. Monopolitana 4. *Martij* 1626. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 93.

2. Non licet Extractum duci de licentia Episcopi ad carceres seculares, nec detineri à Curia Laica, non obstante quacumque consuetudine. Asculana 27. *Maii* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 402.

3. Aliquandò licèt Extractus de jure, ac de rigore gaudeat privilegio Immunitatis Eccles.; attamèn Sac. Congr. ex motivis particularibus jubet retineri tutè in carceribus. Salernitana 18. *Novembris* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 26. Asculana 9. *Decembris d. A.*, *& lib. pag.* 27 *& alibi*.

4. Extractus ab Ecclesia de ordine Episcopi ad formam Bullæ, arripiens fugam è carceribus Episcopalibus, vel laicis, in quibus retinebatur Ecclesiæ nomine, & deindè captus in loco non immuni, non gaudet Immunitate Ecclesiasticâ, seù expirat articulus Immunitatis. Oppiden. 2. *Dec.* 1661. *lib. decr. Rocci pag* 376. Montis Falisci 15. *Julii* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2225.

Vide verbo *Fugiens*.

5. Extractus ab Ecclesia à Curia Laica, eidem Ecclesiæ est restituendus, nec ista restitutio debet impediri ex supervenientibus probationibus supèr alijs delictis in Bulla Gregoriana exceptis. Januen. 8. *Dec.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 145.

6.

6. Extractus per Curiam Laicam ab Ecclesia, reponatur denuò in Ecclesia, & deindè ab Archiepiscopo extrahatur ad formam Bullæ, & constituto reo in carceribus Ecclesiasticis, consignetur pro majori securitate Curiæ Seculari ad effectum retinendi nomine Ecclesiæ, donèc cognoscatur an gaudeat Immunitate? Mediolanen. 13. *Novembris* 1663. *lib. decr. Rocci pag.* 118.

7. Extractum indebitè per Gubernatorem ab Ecclesia Archiepiscopus restituat, & denuò extrahat ad formam Bullæ, conficiat processum, & transmittat. S. Severinæ 21. *Junij* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 704. Baren. 6. *Sep. d. A.*, *& lib. p.* 74.

8. Extractus indebitè à Curia Laicali consignandus est Curiæ Ecclesiasticæ, reponendus in carceribus Ecclesiasticis. Neocastren. 14. *Nov.* 1693. *lib. decr. Vallemani pag.* 86.

9. Extractus ab Ecclesia Parochiali, quæ supponitur diruta, gaudet, & ideò est restituendus, non obstante declaratione contrariâ factâ à Vicario. Beneventanâ 16. *Dec.* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 223.

10. Extractus per vim ab Ecclesia à suis inimicis, & deindè captus à Birruarijs, gaudet Immunitate. Spoletanâ 19. *Iulii* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 352.

11. Censetur Extractus à loco immuni, qui à duobus particularibus spe fruendi Præsentatâ captus fuit in scalis Ecclesiæ, & consignatus Curiæ Laicæ, & gaudere debet Immunitate. Albanen. 21. *Septembris* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 170.

12. Censetur Extractus à loco immuni, qui insecutus à suo inimico in loco immuni, ibì ictu baculi percussus, cadit extrà locum immunem, ubì capitur à Curia Laica, & fuit legitimè restitutus loco immuni per Ordinarium. Veliternâ 31. *Ianuarij* 1702. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 402.

lib. decr. Martelli pag. 159. Feretrana 2. *Octobris* 1691. *lib. decr. Grim. pag.* 14.

23. Itèm gaudet captus in distantia quatuordecim palmorum ab Ecclesia matrice Oppidi. Ripana 11. *Sep.* 1685. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 487. Narnien. 25. *Sep.* 1657. *lib. decr. Rocci pag.* 35.

25. Veruntamèn in casu, quo quis captus fuit intrà triginta passus ab Ecclesia rurali in via publica, quæ directè non ducit ad Ecclesiam, sed medià alia via minoris latitudinis, atque inter locum capturæ, & Ecclesiam intersita erat sepes horti impediens accessum ad ipsam Ecclesiam; Sac Cong. dixit: in hoc casu captum non gaudere. Reatina 31. *Augusti* 1706. *lib. Marafusci.*

26. Captus in distantia quatuor, aut quinque passuum ab Ecclesia Parochiali non gaudet Immunitate. Tudertina 28. *Aprilis* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 548.

27. Idem decernitur de eo, qui fuit captus in distantia viginti sex pedum ab Ecclesia Parochiali, sita in Castello, seù Oppido. Oritana 30. *Septembris* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 618.

28. Extractus è loco immuni per consanguineos occisi, & à Curia Laicali captus, est restituendus eidem loco, & extrahentes incurrunt excommunicationem. Theatina 20. *Junij* 1651. *lib.* 4. *decr. Paulu. pag.* 151.

29. Extractus violentèr à carceribus Curiæ Episcopalis per Executores Eminentissimi Legati est remittendus ad eosdem carceres, & contrà extrahentes procedendum ad Censuras, & Eminentissimus Legatus mandet dd. Executores puniri ob transgressionem ordinum desupèr datorum. Ariminen. 16. *Nov.* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 78.

30. Extracti à viridario Ecclesiæ gaudent Immunitate Ecclesiæ. Baren. 18. *Junij* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 92.

 31. Mu-

31. Mulier extracta à Canonica, ubì inhabitant Archipræsbyter, & Canonici, licèt remota à Collegiata, gaudet Immunitate Eccles., supposito, quod illa domus sit verè Canonica. Sabinen. 2. *Maii* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 334.

32. Extractus à scalis Domus Parochialis sitis extrà dictam Domum, & in via publica, non gaudet Immunitate. Balneoregien. 29. *Ianuarij* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 533.

33. Captus in tecto Palatij Episcopalis in actu tentatæ eximitionis Carcerati à carceribus Ecclesiasticis gaudet Immunitate Eccles. Sulmonen. 21. *Ian.* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 153. Sicut etiam captus in fornice Ecclesiæ, sed claudendus est aditus à domo Extracti ad fornicem. Camerinen. 15. *Feb.* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 87.

34. Clericus Extractus, seù carceratus in porta Conventus, gaudere debet privilegio Immunitatis Eccles. Rossanen. 18. *Feb.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 10.

35. Extractus dum retinebat annulum portæ Conventus, gaudet. Lycien. 4. *Iunii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 44.

36. Expulsus à loco propè januam Conventus, dùm habet pedem extensum intrà solium eiusdem januæ, & posteà captus à Birruarijs, gaudet Immunitate. In una Marzorum 14. *Decembris* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 312.

37. Captus, dùm adhærebat muro Monasterij, est restituendus. Camerinen. 3. *Augusti* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 206.

38. Captus à Curia Laica postquàm aufugit à Conventu ob timorem satellitum obsidentium, consignandus est Episcopo ad effectum retinendi in suis carceribus, qui conficiat processum supèr modo capturæ, & circunstantijs, & transmittat. Theatina

23. *Octobris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 224.

39. Captus, seù Extractus à loco, in quo construitur Ecclesia iniecto iam solemniter primo lapide, gaudet Immunitate. Ianuen. 5. *Octobris* 1688. *lib. decr. Martelli p.* 358.

40. Extractus ab Ecclesia sub prætextu, quod esset furiosus, gaudet, & ideò est restituendus. Interamnen. 28. *Sept.* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 287.

41. Captus in gradu ante portam cubiculi spectantis ad Commendam siti sub Sacristiâ, & Capella Sanctissimi Crucifixi, gaudet immunitate. Perusinâ 1. *Julij* 1659. *lib. decr. Rocci p.* 193.

42. Non constat furem fuisse extractum à loco immuni per hoc, quod sit delatus in carceribus Episcopalibus à Birruariis, qui eum carcerarunt de ordine viduæ furatæ extrà locum immunem, & posteà translatus fuerit de Ordine Episcopi ad carceres Laicos. Romanâ 16. *Aprilis* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 86.

43. Officialis Banchi S. Jacobi Neapolis, qui est locus declaratus non immunis, ex gratia Sanctissimi pro criminibus concernentibus negotiationem Bancorum, extractus à loco Banchi per Curiam Laicam, est restituendus eidem loco, & datur facultas Eminentissimo Archiepiscopo ipsum extrahendi ad formam Bullæ, & procedendi ser. ser. ad declarationem, an agatur de casu excepto? id est de falsitate, & delicto in proprio officio? Neapolitanâ 3. *Julij* 1696. *lib.* 2. *dec. Vallem. pag.* 33.

V. verbo *Loca declarata non immunia* n. 13.

44. Non probans post debitos terminos se esse extractum à loco immuni, non gaudet Immunitate. Neapolitanâ 13. *Nov.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 286.

45. Dùm Parochus detulit Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum carceratis, Sacerdos in ipsis carce-

carceribus detentus arripuit Pixidem cum ipsa sacra Eucharistia, ac recusabat ad reiteratas Vicarii, & aliorum ipsam deponere, dicens, se velle sacram Communionem in Ecclesia sumere; undè Vicarius causa vitandi irreverentiam forsan secuturam, si cogeretur ad ipsam Pixidem deponendam, resolvit per dictum Sacerdotem eam deferri debere ad Ecclesiam, hac tamen adhibita cautione, ut à satellitibus, & Cursoribus Curiæ Ecclesiasticę semper circundatus remaneret: depositâ verò ab ipso Sacerdote Pixide, eum ab Ecclesia extraxit, ac ad carceres reducere fecit. Sac. Congr. audita istius casus propositione, resolvit sic Extractum non gaudere Immunitate Ecclesiastica. Regien. 22. *Februarij* 1707. *lib. decr. Marafusci.*

V. verbo *Carceratus* per totum, verbo *Restitutio.*

EXTRACTUS OB DELICTA

1 EXtractus ab Ecclesia pro homicidio commisso in porticu Ecclesię gaudet Immunitate Eccles. Asculana 20. *Nov.* 1657. *lib. decr. Rocci p.* 41. Vide verbo *Delinquens.*

2. Extracti ab Ecclesia pro homicidio commisso causa litis gaudent Immunitate. Bovinen. 20 *Iulij* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 223.

3. Homicidę extracti ab Ecclesia de mandato Episcopi ad instantiam Communitatis ad effectum evitandi publicum malum, sunt restituendi. Cassanen. 1. *Apr.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 568.

4 Extractus ab Ecclesia pro vulneribus proditoriè illatis in cubiculo contiguo, ut dicitur *al Corpo di Guardia*, gaudet Immunitate. Viterbien. 17 *Dec.* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 144

5. Extractus ab Ecclesia ob homicidium commissum

missum *in Corpo di Guardia*, ut dicitur, gaudent Immunitate. In una Civitatis Veteris 28. *Septemb.* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 274.

6. Miles Extractus ab Ecclesia ob homicidium commissum in fortalitio in personam proprii Tribuni, gaudet Immunitate Eccles. Pisana 20. *Dec.* 1661 *lib. decr. Rocci pag.* 376.

7. Extractus ab Ecclesia ob homicidium commissum ictu sclopi in personam dormientis, exclusa proditione per rixam precedentem, gaudet Immunitate, sed annuente Sanctissimo potest puniri pœna extraordinaria, quę non excedat Triremes ad quinquennium. Viterbien. 20. *Dec.* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 378.

8. Extractus à loco immuni cum duobus parvis sclopis brevioris mensurę gaudet Immunitate. Bononien. 15. *Iulii* 1664. *lib. dec. Rocci pag.* 567.

9. Extractus ab Ecclesia pro contraventione pręcepti ei facti in vim solitę ejectionis, & condemnatus ad Triremes ob furtum iocalium, & vestium ablatarum à cadavere per ipsum extracto à sepultura, gaudet, & est restituendus. Veliterna 20. *Iulii* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 274.

10. Extracti ob diversa furta, & alia delicta, gaudent Immunitate. Montis Falisci 15. *Martii* 1661 *lib. dec. Rocci pag.* 320.

11. Militem Extractum ab Episcopo ob plurima delicta, sed de non exceptis in Bulla, Episcopus faciat restituere. Lauretanâ 29. *Decembris* 1625. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 78.

12. Extracti ob fracturam carcerum Ecclesiasticarum, & ob fugam, non sunt privandi Immunitate Eccl. Beneventanâ 26. *Iulij* 1633. *lib. 2. decr. Paul. p.* 164.

13. Extractus, seù captus cum meretrice in Ædibus Canonicalibus gaudet immunitate, non obstante

te ſuppoſito ſacrilegio. Præneſtinâ 20. *Iulij* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 275.

14. Extractus ab Eccleſia, eò quia de nocte exivit ab ipſa Eccleſia, & occidit propriam uxorem malę famę in loco diſtanti 200. paſſus ab Eccleſia, & poſtea ad eandem Eccleſiam rediit, gaudet immunitate, & eſt reſtituendus. Anglonen. 23. *Sept.* 1692. *lib. decr. Grim. pag.* 196.

15. Clericus extractus ab Eccleſia ob vulnera inflicta iuveni, qui tentaverat vim inferre ejus ſorori, & condemnatus ad Triremes ab Epiſcopo, revocetur à Triremibus, & reſtituatur Eccleſiæ. Militen. 29. *Sept.* 1624. *In Regeſto Script. Veter. pag.* 37.

16. Clericus extractus ab Eccleſia ab Archipræſbytero non habente facultatem, licèt hoc fecerit ad evitanda maiora facinora Confugiti, reſtituatur. Et deindè extrahatur ab Epiſcopo Gravinen. viciniori ad formam Bullæ, qui conficiat proceſſum tàm ſuper delicto, quàm ſuper mala qualitate, & tranſmittat. Nullius Altamuræ 4. *Apr.* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 414.

17. Extractus ob prętenſum homicidium proditorium ab Eccleſia per Vicarium Foraneum, reſtituatur Eccleſiæ, & deindè Vicarius Generalis extrahat cum facultate Sac. Congr. ad formam Bullæ. Vicarius Foraneus graviter moneatur, & conſulat conſcientiæ ſuæ. Vercellen. 8. *Decembris* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 62.

18. Extractus à Curia Laica ob delictum exceptum, Epiſcopus curet ſibi conſignari, vel retineat in carceribus laicalibus, reportata obligatione retinendi nomine Sac. Congr. uſquè ad novum ordinem. Alexandrina 1. *Decembris* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 220.

Vide verbo *Carceratus*, verbo *Reſtitutio*.

EX-

EXTRACTUS DOLOSE

1. EXtractus fraudulentèr à Conventu gaudet Immunitate Eccles. In una Civitatis Veculæ 1. *Febr.* 1661. *lib decr. Rocci pag* 312.

2. Extracti tamèn ex fraude alicujus personæ privatæ non gaudent Immunitate Ecclesiastica. Æsina 16. *Jan.* 1663. *lib. decr. Rocci p.* 450.

3. Recedens ab Ecclesia ex fraude suorum inimicorum non gaudet Immunitate Eccles. Calalen. 20. *Martij* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 390

4. Exiens ab Ecclesia de consilio personæ particularis, & accidentalitèr captus à Curia, nullâ habitâ intelligentiâ cum ipso Consiliario, non censetur dolosè Extractus. Ferrarien. 2. *Junii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag* 50.

5. Mulier extracta ab Ecclesia blandis verbis, & circumventionibus à Notario, & Birruarijs Curiæ Laicalis, est eidem Ecclesiæ restituenda. Camerinen. 18. *Octobris* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul pag.* 173.

6. Dolosè abductus à particulari persona ex concordia cum Curia ad exeundum ab Ecclesia, & posteà ab eadem Curia carceratus, gaudet Immun. Eccl. Ferrarien. 26. *Jan.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 647.

7. Extractus ab Ecclesia blandis verbis, scilicèt sub prætexu impunitatis promissæ à Barone, gaudet Immunitate. Tudertina 18. *Apr.* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1749.

8. Exiens ab Ecclesia cum assecuratione sibi factâ à Scriba Curiæ Episcopalis de Immunitate ad dandam querelam in eadem Curia, & à Vicario Generali post horum notitiam retentus in carceribus, restituatur, & Vicarius consulat conscientiæ suæ. Senogallien. 24. *Nov.* 1682. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 710.

9. EX-

9. Extractus ab Ecclesia sub promissione Substituti Curiæ Laicæ de illum dimittendo post examen, & postea detentus in carceribus, gaudet Immunitate, & est restituendus. Æsina 13. *Novembris* 1663 *lib. decr. Rocci pag.* 515.

Vide verbo *Carceratus*, verbo *Restitutio*.

F A B E R

FAber lignarius deputatus ad servitium Ecclesiæ Cathedralis Melevitanæ in mutando Baldachino, & mundando tecta eiusdem Ecclesiæ solitis temporibus, gaudet Immunitate quòad præterita. Melevitana 24. *Mart.* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1224.

FABER MVRARIVS

Electus à Capitulo pro servitio Ecclesiæ Cathedralis non gaudet privilegio fori. Civitatis Castellanæ 3. *Augusti* 1654. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 137.

F A B R I C E R I V S

Ecclesiæ particularis non gaudet privilegio fori. Civitatis Castellanæ 17. *Iulii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 226.

F A C T O R

1. FActor Monialium gaudet privilegio fori. Nepesina 1. *Aug.* 1657. *lib. decr. Rocci p.* 25.

2. Factor Montis Pietatis non gaudet privilegio fori, nisi in concernentibus officium. Reatina 17. *Ian.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 109.

3. Bona negotiorum gestoris Mensæ Episc. non sunt exempta. Viterbien. 6. *Decembris* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 75.

FACVLTAS ABSOLVENDI

Vide verbo *Absolutio*.

FACULTAS CARCERANDI PERSONAS ECCLESIASTICAS

1. FAcultas concessa ab Episcopo Curiæ Laicali carcerandi Ecclesiasticos nomine suo, improbatur, & iniungitur ejusdem facultatis revocatio. Andrien. 5. *Iulii* 1698. *lib* 2. *decr. Vallem. pag*. 160.

2. Episcopo datur facultas carcerandi Religiosum ob homicidium.

Vide verbo *Episcopus quoad Regulares*.

3. De ordine Sanctissimi datur Gubernatori facultas carcerandi Clericum, ac Romam asportandi, ob rapinam factā in domo Archipræsbyteri nomine Curiæ. Civitatis Castelli 26. *Nov*. 1692. *lib*. 1. *decr. Vallemani pag*. 435.

4. Præfecto Nursiæ datur facultas carcerandi, & Romam asportandi Sacerdotem ob infanticidium. Spoletana 17. *Dec*. 1692. *d. lib. pag*. 11.

FACVLTAS EIJCIENDI

Vide verbo *Confugiti*, *Litteræ eiectionis*, *Decoctor*, *Parochus*.

FACVLTAS EXAMINANDI ECCLESIASTICOS, ET EXEMPTOS

1. ATtentis circumstantijs particularibus temporum, de ordine Sanctissimi datur Emin. Legato facultas examinandi pro quinque casibus, qui possunt occurri, etiàm per alium (modo sit Clericus) omnes Personas Ecclesiasticas, utcumque privilegiatas, & speciali notâ dignas, cum præservatione ab irregularitate, pro hac vice tantùm, & non transeat in exemplum, modò crimina sint gravia, & enormia, scilicèt contrà quietem publicam.

Bono-

Bononien. 8. *Maii* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 90.

2. Si veritas pro defensione Rei aliundè haberi non potest, datur Episcopo facultas, ut Clerici possint in Tribunali Laico examinari in causa criminali pro defensione, præstito tamèn priùs juramento coram d. Episcopo de servandis expressis in praxi Genuensi *cap.* 35. *n.* 6. scilicèt, ut articuli, supèr quibus deponent non contineant criminalitatem, infamiam, negativam, aut repulsam. Et cum dispensatione ab incursu irregularitatis. Et detur salvus conductus Clericis examinandis. Mediolanen. 24. *Apr.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 379.

3. Supplicante Carcerato à Curia Laica pro examine Sacerdotis in eius defensam; iniungitur Vicario Generali, ut eum examinet, & posteà communicet examen Curiæ Seculari. Firmanâ 19. *Julii* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 822.

4. Ad hoc, ut Immunitas possit reintegrari, & Justitia adimpleatur, quandò alitèr, & aliundè non potest iustificari an carceratio sit facta in loco immuni? Conceditur facultas examinandi Fratres Ordinis Capuccinorum. Prænestinâ 7. *Julii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 239.

5. Sanctissimus concedit facultatem Ordinario examinandi Regulares, & Seculares exemptos in causa processus contrà Gubernatorem ob obsidionem positam Ecclesijs pro capiendis Confugitis; cum solita præservatione. Narnien. 26. *Julii* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 719.

6. Episcopo conceditur facultas examinandi Patentatos Sanctæ Domus in causa extractionis. Lauretanâ 2. *Aprilis* 1679. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 332.

7. Archiepiscopo conceditur facultas, ut mandet per suos Judices examinari Equitem Christi supèr interesse cuiusdam Laici, & deindè tradat parti co-

copiam authenticam examinis. Neapolitanâ 16. *Sept.* 1625. *lib. Scrip. Vet. p.* 71.

8. In causa mortis ex veneno secutæ Sanctissimus tribuit facultatem examinandi coràm Episcopo Medicum Sacerdotem, & consignandi examen Curiæ Seculari. Tropien. 30. *Martij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 114

9. Ut deveniatur in cognitionem furti, quatenùs alios testes haberi non possint, conceditur Vicario Generali facultas examinandi Sacerdotem. Mediolanen. 30. *Julii* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1621.

10. Episcopus cum facultate Sac. Congr. prævio juramento coràm se præstando ab Ecclesiasticis, concedit facultatem Judici Seculari examinandi, & ijsdem Ecclesiasticis se se subijciendi examini coràm eodem Iudice, prævià declaratione facienda per Fiscum utendi depositione citrà pœnam sanguinis. Ostunen. 31. *Maii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 584. Eugubinâ 9. *Septem.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 837.

11. Ex Secretaria status iussu Sanctissimi pro indaganda veritate quoad rapinas, & furta patrata in Legationibus Ferrariæ &c., datur Vicario Generali facultas examinandi mulierem existentem in conservatorio, ac etiam perquirendi in Ospitali. Faventinâ 6. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 9.

12. Datur Eminentissimo Legato facultas examinandi, annuente Sanctissimo, etiàm per alium, (modo sit Clericus) in causa furti sacrilegi Vasorum sacrorum facti à Fratre Laico, Regulares Capucinos, & cogendi, etiàm per Censuras, cum præservatione ab Irregularitate. Ravennaten. 1. *Oct.* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 165. Similis facultas conceditur etiàm quoad Monachos Cassinenses. Bononien. 14. *Januari* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1699

13. Ad hoc, ut dilucidari possit delictum resi-

 sten-

stentiæ, seù oppositionis armis factæ contrà Curiam Laicam, Em. Legatus Urbini ex mandato Sanctissimi potest examinare Clericum, eumque cogere in casu renitentiæ cum solita præservatione ab irregularitate. Urbinaten.27.*Ian.*1694.*lib.*1.*decr.Vall.p.*101.

14. Datur Em. Archiepiscopo facultas cogendi Monachos Celestinos, non obstantibus eorum privilegijs, ad se subijciendum examini in Tribunali Legationis, præstito priùs juramento in Curia Eccles. de dicenda veritate, dummodò agatur tantùm iudicio civili. Bononien. 30. *Novembris* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 122.

15. Conceditur Gubernatori facultas examinandi Ecclesiasticos in causa furti lampadæ secuti in sacra Æde Lauretana, cum solita præservatione ab Irregularitate. Lauretanâ 23. *Augusti* 1667. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 147.

16. Iubente Sanctissimo datur Gubernatori facultas in causa homicidij cuiusdam Canonici, ut possit examinare, etiàm per alium (dummodò sit Clericus) Personas Ecclesiasticas, & Notarium Vicarij Foranei, & in casu renitentiæ eas cogendi, ac procedendi contrà easdem si culpabiles reperiantur, præmissâ solita protestatione ad formam *Cap. Prælatis de homicid. in* 6., sicque Sanctissimus eos præservat ab omni Irregularitate. Reatinâ 27. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 14. Verulanâ 5. *Dec.* 1693. *d. lib. p.* 91. Maceraten. 16. *Dec.* 1693. *p.* 93., *&* 24. *Aprilis* 1694. *d. lib. p.* 11. *& alibi.*

17. Annuente Sanctissimo, in causa grassationis datur Gubernatori facultas examinandi, etiàm per alium (dummodò sit Clericus) Fratrem Religiosum, qui parum distabat à loco commissæ grassationis. Spoletanâ 22. *Novembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 87.

18. Conceditur Episcopo facultas impertiendi licen-

licentiam examinandi Ecclesiasticos in causa homicidij, quandò ex aliorum depositione nequeunt haberi probationes sufficientes ad justitiam subministrandam, cum solita praeservatione, facta protestatione ad tenorem *Cap. Praelatis de homicid. in 6.* Eugubinâ 9. *Septembris* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 837.

Vide verbo *Examen.* n. 5.

FACULTAS EXTRAHENDI ECCLESIASTICOS

1. Similis facultas concedi solet Episcopo. Sic datur facultas extrahendi à Domo Parochiali ad formam Bullae, tùm Parochum, tùm mulierem, quam sub titulo famulae concubinam habebat, ad effectum retinendi in carceribus per aliquod tempus nomine Sacrae Congr. ad correctionem tantùm. Feretranâ 10. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 9.

2. Similis facultas datur contrà Parochum, qui post reiteratas admonitiones sui Episcopi adhùc scandalosè vivit. Ariminen. 12. *Octobris* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1157.

3. Annuente Sanctissimo datur Archiepiscopo Mediolanen. facultas extrahendi à quocumque loco immuni Sacerdotem, qui duas Moniales Professas, ac Puellam educandam abduxerat; Insupèr est ingressus ipsum Monasterium, ac magnam pecuniae summam furatus est. Mediolanen. 22. *Nov.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 3.

4. Itèm extrahendi Sacerdotem inquisitum de adulterio, qui abutens confugio egrediebatur ab Ecclesia, & ad Domum adulterae pergebat cùm periculo, ut ab eius marito occideretur; ad effectum retinendi in carceribus ad correctionem. Tranen. 13. *Decembris* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 11.

5 Iussu Sanctissimi datur facultas Episcopo extrahendi Clericum de variis gravissimis excessibus inquisitum, eumque consignandi Gubernatori. Firmanà 23. *Decembris* 1693. *d. lib. pag.* 95.

6. Similiter conceditur aliquando Episcopo Facultas extrahendi Clericos reos vel facti sacrilegi, vel aliorum delictorum, ad simplicem correctionem, & puniendi pœna carcerationis, & simili, absque læsione Immunitatis, & Libertatis Eccles. Catacen. 1. *Sept.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 207. Sulmonen. 12. *Sept.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 262.

7. Item Clericum nobilem stupratorem virginis nobilis ob inconvenientia, quæ poterant oriri, & retinendi usque ad novos ordines. Theanen. 3. *Martii* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1215.

8. Annuente Sanctissimo datur facultas extrahendi à locis immunibus, & examinandi Personas Eccles. tàm Seculares, quàm Regulares, cum præservatione ab irregularitate, in atroci casu occisionis Guardiani. Urbinaten. 8. *Octobris* 1678 *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1659.

9. Datur facultas Episcopo extrahendi ad formam Bullæ à quocumque loco, etiam extrà Diœcesim, invocato brachio seculari à Gubernatoribus locorum, Abbatem N. Secularem condemnatum ad Triremes, qui incedebat armatâ manu incutiendo timorem in omnes, ad effectum retinendi sub tuta custodia; & similis facultas conceditur etiam Gubernatori Marchiæ. Maceraten. 24. *Aug.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2038., & 25. *Sept. d. Anni*, & *lib. p.*2057.

10. Permittit Sac Congr. dignis de causis extractionem Regularis confugiti ad Scalam Sanctam, qui nè compelleretur exequi obedientiam suorum Superiorum, vulneravit servum eum associantem, & custodientem, ne fugeret, & extractio committitur

titur Vicesgerenti Eminentissimi Vicarij, in cujus carceribus retineatur. Romanâ 6. *Dec.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 75.

FACULTAS EXTRAHENDI LAICOS

1 Conceditur Episcopo facultas, annuente Sanctissimo, ad biennium extrahendi confugientes ad Ecclesias de peste suspectos, ad effectum eos transmittendi ad Lazaretum, vel alium locum pro sua prudentia, quousque cesset huiusmodi suspicio perfectâ quarantenâ, & deindè restituat Ecclesiæ extractionis. Melevitanâ 20. *Dec.* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 240.

2. Datur facultas Episcopis extrahere faciendi ab Ecclesiis, & locis immunibus qualcumque personas peste suspectas, & illas puniendi debitis pœnis, postquàm publicatis bannis super sanitate tempore pestis contravenerunt. Neapolitanâ, & Mediolanen. 10. *Iulii* 1657. *lib. decr. Rocci pag.* 16.

3. Jussu Sanctissimi datur Episcopo facultas, ut extrahat delinquentes à locis immunibus suæ Diœcesis. Forosempron. 13. *Nov.* 1694. *lib* 1. *decr. Vall. p.* 156.

4. Datur facultas extrahendi filium confugitum ad locum immunem ad petitionem Patris pro correctione. Neapolitanâ 4. *Aug.* 1654. *lib.* 5. *dec. Paul. p.* 49.

5. Seù etiam ad dispositionem Patris. In eadem 22. *Jan.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 551.

Vide verbo *Filius* n. 23. & seq.

6. Aliquando præcipitur extractio adolescentis ad correctionem. Mutinen. 28. *Aprilis* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 634.

Vide verbo *Cortile.*

7. Iniungitur Archiepiscopo, ut mandet extrahi Confugitum, quatenùs immineant gravia scandala,

& retineri in aliquo Fortalitio. Neapolitanâ 21. *Martii* 1665. *lib decr. Rocci pag.* 625.

8. Episcopus extrahat ad correctionem juxtà *Cap. inter alias de Immun. Eccles.* eum, qui ob gravia delicta condemnatus erat ab vtraque Curia ad Triremes, & abutitur Immunitate. Civitatis Castelli 3. *Junii* 1670. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 437.

9. Similitèr conceditur facultas extrahendi confugitum à quocumque loco immuni facinorosum, condemnatum per tres vices in pœna capitali, quique abutebatur Immunitate committendo nova homicidia, & scelera. Taurinen. 28. *Junij* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1784.

10. Mandante Sanctissimo datur similis facultas, quòad Mulierem confugitam in Ecclesia, ut liberiùs conviveret in adulterio cum Duce, ad effectum eam consignandi viro suo cum debitis præcautionibus, quod non puniatur pro delictis præfatis usque ad diem extractionis. Materanen. 5. *Maii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 20.

11. Attentis gravissimis circumstantijs, puta seditionis populi, de mandato Sanctissimi Archiepiscopus Taurinen. curet extractum ab una Ecclesia per potestatem laicam restitui alicui Ecclesiæ intra Civitatem sibi benevisæ, & unico contextu faciat eum extrahere ad formam Bullæ, consignet Officialibus Laicis, receptâ priùs obligatione retinendi nomine Sac. Congr., & consignandi ad omnem eius requisitionem. Montis Regalis 18. *Octobris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 81.

12. Ad evitanda inconvenientia, & scandala datur facultas Episcopo extrahendi, & transferendi Confugitum in aliam Ecclesiam arbitrio Confugiti, dummodò sit extrà Insulam. Isclanâ 3. *Octobris* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 52.

Con-

13. Conceditur, annuente Sanctissimo, ut fures, & complices aliorum delictorum turbantes convicinia, extracti à Cœmeterio furore Populi vniti cum Curia Laica, postquàm repositi erunt in Cœmeterio, vel ratione distantiæ in Ecclesia eligenda ab Episcopo, extrahantur denuò ad formam Bullæ, ad effectum retinendi in carceribus laicis eligendis à Ministris Magni Ducis, factâ priùs per personam legitimam obligatione illos retinendi nomine Ecclesiæ, & deindè Episcopus fabricet processus supèr delictis, cum facultate vtendi processibus à Curia Laica confectis ante confugium. Faventinâ 4. *Jan.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1905.

14. Supplicantibus Ministris Regijs datur facultas extrahendi famosum Bannitum reum plurium delictorum, intèr quæ aliqua supponuntur excepta in Bulla, & consignandi in aliquo Fortalitio, cum debitis obligationibus de ipsum restituendo, quatenùs intrà terminum duorum Mensium non deducant quidquid habent supèr qualitate delictorum. Neapolitanâ 4. *Junii* 1670. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 442.

15. De mandato Sanctissimi datur facultas Archiepiscopo ser. ser. extrahendi à quacumque Ecclesia, & loco immuni, retinendi in carceribus Ecclesiasticis, & examinandi quemdam, qui capsam Domus Sanctissimæ Annunciatæ Neapolis fraudavit in summa ducatorum 50000., quamvis casus non sit de exceptis in Bulla. Neapolitanâ 2. *Octobris* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 272.

16. Licèt delicta Confugiti non sint de exceptis in Bulla, attamèn attentâ eorum malâ qualitate, annuente Sanctissimo conceditur, ut extrahatur, & Archiepiscopus conficiat processum, & transmittat, ac retineat Reum in carceribus. Theatinâ 25. *Januarij* 1677. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 1339.

17. Ad preces Ministri Reipublicæ Venetæ, Sanctissimus mandat concedi ad annum Episcopis Anconitano, Senogallien., & Pisauren. facultatem extrahendi, & consignandi Remiges, & Milites, proùt in litteris Sac. Congr. *sub die* 6. *Sept.* 1672. dd. Episcopis Anconitano, & Senogallien. datis. Anconitana, & Senogallien. 2. *Julii* 1690. *lib. decr. Mart. p.* 630. Pisauren. 12. *Julii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 593., & Senogallien. *ibidèm*.

Vide verbo *Extractio Confugitorum* n. 15. & seq., *Miles* n. 7. & seq., *Remex* n. 6. & seq.

FACVLTAS EXTRAHENDI BONA

1. Aliquandò datur facultas extrahendi bona ad annum cum expressione, ut constito Bona non spectare ad Ecclesiasticos, consignentur Judici Laico ad effectum tradendi cui de jure. Firmanâ 14. *Sept.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 15. Aretinâ 10. *Martij* 1665. *lib. decr. Rocci p.* 615.

2. Datur facultas extrahendi Bona debitorum à locis immunibus, non autèm personas. Neapolitanâ 1. *Sept.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 208.

3. Episcopo sæpè datur facultas perquirendi, & extrahendi res è locis immunibus (exceptis Monasterijs Sanctimonialium, & Conservatorijs) inibi transfugatas in damnum Creditorum. Carmerinen. 17. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 11.

Vide verbo *Debitor* per totum, *Decoctor* n. 2. 5. & seq.

4. Eadem facultas datur circà res in fraudem vectigalium in locis immunibus asportatas, ad effectum eas consignandi Judici competenti, ut de eis disponat proùt de jure. Spoletanâ 16. *Novembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 228.

Vide verbo *Litteræ perquisitionis* per totum.

§. Ali-

5. Aliquandò datur facultas extrahendi res, etiàm è Monasterijs Sanctimonialium, seù facultas cogendi Moniales ad extrahendas res.

Vide verbo *Moniales* n. 8.

6. Aliquandò datur Episcopo facultas assecurandi res decocti, translatas ad locum immunem, ad effectum custodiendi, ac deindè de ijs disponendi prout de jure. Ravennaten. 3. *Julii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 131.

7. Limita tamèn, dummodo res extractæ non inserviant pro corpore delicti. Perusinâ 6. *Januarij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 97. Ravennaten. 5. *Nov.* 1695. *d. lib. pag.* 227., *& sæpe alibi*.

8. Attamèn aliquandò etiàm datur facultas extrahendi res furatas ad effectum faciendi recognitionem corporis delicti, & consignandi cui de jure. Sutrinâ 13. *Maii* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1759.

9. Paritèr datur Vicario Generali facultas extrahendi scalam à loco immuni ad effectum validè explendi processum inceptum in ejus Curia supèr furto. Viterbien. 2. *Febr.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 76.

Vide verbo *Perquisitio*.

FACULTAS EXTRAHENDI CONCESSA EMINENTISSIMO LEGATO

SIc datur Eminentissimo Legato, annuente Sanctissimo, facultas extrahendi ad formam Bullæ confugitum in Ecclesia, & retinendi ad effectum assecurationis tantùm, attento periculo vitæ, si ibi permaneat. Bononien. 20. *Octobris* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1016.

Vide verbo *Venenum* n. 2., *Legatus* n. 11. 12. 13. 14., *Moneta* n. 5.

FACULTAS EXTRAHENDI CONCESSA NUNCIO APOSTOLICO

1 ATtentâ gravitate delicti, de mandato Sanctissimi datur D. Nuncio facultas extrahendi ad formam Bullæ à quocumque loco immuni occisores Præpositi Ordinarij Nullius Atini. Soranâ 16. *Apr.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 146.

2. Datur facultas, de mandato Sanctissimi, Nuncio Neapolitano subdelegandi Episcopis Regni potestatem extrahendi à quibusvis Ecclesiis, & locis immunibus quosdam Principes pro homicidio, & consignandi Archiepiscopo Neapolitano unà cum personis Ecclesiasticis carceratis pro eodem delicto extrà loca immunia. Beneventanâ 7. *Martij* 1663. *lib. decr. Ricci pag.* 462.

Et eadem facultas extrahendi conceditur pluribus Episcopis status Ecclesiastici finitimis Regno die sequenti. *Ibidem.*

3. Attentis gravissimis inconvenientibus, conceditur Internuncio facultas ad annum, etiam cum facultate subdelegandi Episcopos ad effectum perquirendi, & extrahendi à quocumque loco immuni, (exceptis Monasteriis Monialium) res furatas pro faciendâ restitutione tantùm propriis dominis, & similiter extrahendi Milites reos rapinæ, & consignandi propriis Ducibus ad formam indulti Mediolanen., & cum facultate retinendi in carceribus Episcoporum usque ad satisfactionem Partis. Bruxellen. 18. *Dec.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 64.

Vide verbo *Nuncius* n. 27.28., *Litteræ perquisitionis* per totum, *Moniales* n. 8.

FA-

FACULTAS PROCEDENDI

1 CONtra extractum gaudentem Immunitate, annuente Sanctissimo, ob eius incorrigibilitatem, & plurima delicta commissa pendente confugio, maximè criminis nefandi cum violentia, datur facultas Episcopo procedendi. Catacen. 23. *Martii* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti p.* 152.

2. Licèt extractio Confugiti prætensi Grassatoris facta sit in aliena Diœcesi, attamen datur facultas Vicario Generali Florentiæ procedendi contrà extractum, cùm consignatus fuerit in carceribus secularibus Florentiæ, & testes producendi adsint ibidem. Brugnaten. seù Florentina 13. *Julii* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 2009.

3. De ordine Sanctissimi conceditur Gubernatori facultas procedendi contrà Personas Ecclesiasticas, & alias exemptas. V. verbo *Contributio* n. 39. Verbo *Facultas examinandi* n. 16. & seq.

4. Aliquandò datur eidem facultas procedendi etiàm per alium (dummodò sit Clericus) contrà Clericum, non solùm supèr capitibus expressis, sed etiam super alijs non expressis. Perusinâ 19. *Decembris* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 690.

5. Itèm contrà Clericum inquisitum, quod malè viveret cum duabus sororibus, ultrà alia crimina. Viterbien. 28. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 91.

Vide verbo *Gubernator* n. 17. & seq., *Episcopus quoad causarum cognitionem* per totum, *Episcopus quoad Regulares* n. 2. 7. 13, *Legatus* n. 5. 6. 10., *Nuncius* 29.

FACULTAS TORQUENDI

1. QUandò extracti recusant respondere interrogationibus in conspectu aliorum complicium

plicium factis à Judice delegato ad cognoscendum, an delictum sit de exceptis in Bulla? conceditur eidem Iudici, annuente Sanctissimo, ut possit cogere ad respondendum remedijs legalibus. Amerinâ 29. *Jan.* 1664. *lib. decr. Ricci pag.* 531.

2. Aliquandò datur facultas subijciendi examini rigoroso extractum à loco immuni indicatum de homicidio proditorio. Tudertinâ 15. *Martii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 837.

3. In causa homicidij cum gravissimis circumstantijs patrati Sanctissimus dat Eminentissimo Legato Urbini facultatem purgandi Sacerdotem, & Clericum prætensos reos cooperatores incursos in pœnas Bullæ Sixtinæ. Urbinaten., seù Sempronien. 6. *Julij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 199.

4. Aliquandò datur Nuncio facultas torquendi reum pro habenda responsione, non verò pro punitione, aut confessione delictorum. Capuanâ, seù Neapolitanâ 12. *Julii* 1689. *lib. decr. Martelli p.* 491.

Vide verbo *Clericus quoàd forum* n. 14., *Nuncius quoàd Regul.* n. 5., *Tortura* per totum, *Monetarij* n. 9.

FAMILIARIS, FAMILIA

1. Familiaris Episcopi gaudere debet privilegio fori. Bituntinâ 17. *Nov.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 188. Grossetanâ 22. *Sep.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 5.

2. Familiares Episcopi, & Ministri suæ Curiæ sunt omninò exempti à foro laico. Adiacen. 11. *Junii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 586.

3. Familiares Episcopi, vel Archiepiscopi, etiam titularis debent gaudere privilegio fori, ità tamen, ut conveniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci, ubì degunt, non verò ab ipsis Episcopis, & Archiepiscopis titularibus. Regien. 17. *Ianua-*

rii

rij 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 81.

4. Etiàm Familiares Eminentissimorum Cardinalium gaudent privilegio fori. Cesenaten. 30. *Julii* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 2019.

5. Episcopi non tenentùr dare notam suorum Familiarium Curiæ Laicali. Panormitanà 14. *Augusti* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 198.

6. Familiaris Episcopi potest deferre arma, & gaudere privilegio fori; quarè contrà carcerantes ipsum Episcopus procedat ad Censuras. Montis Politiani 2. *Julij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 16.

7. Cognitio causæ Familiaris actualis Archiepiscopi, scilicèt Pincernæ, deferentis arma prohibita vigore Edicti publicati à Curia Legationis, spectat ad forum Ecclesiasticum. Ravennaten. 17. *Dec.* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 2119.

8. Quoad carcerationem Præfecti Cameræ Nuncij factam à Curia Laica ob delationem armorum prohibitorum, licèt die sequenti excarcerati de ordine Regis, Nuncius declaret excommunicatos, & carcerantes, & Corregitorem, qui ordinavit, ut detineretur in carceribus. Ulixiponen. 6. *Iulij* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2008.

9. In eadem causa datur Nuncio facultas absolvendi Corregitorem, & alios carcerantes Præfectum Cameræ D. Nuncij, qui ob hanc causam missi fuere in exilium à Rege. Ulixiponen. 16. *Februarii* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 2154.

10. Familiaris Episcopi, & simul Depositarius Curiæ Episcopalis per decretum Prætoris non potest deleri à numero Magistratus. Forosempronien. 1. *Sep.* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 590.

11. Archiepiscopus Neapolitanus per suum decretum revocet, tamquàm nulla omnia acta facta à Regijs Ministris, & tamquàm læsiva Iurisdictionis

plicium factis à Judice delegato ad cognoscendum, an delictum sit de exceptis in Bulla? conceditur eidem Iudici, annuente Sanctissimo, ut possit cogere ad respondendum remedijs legalibus. Amerinâ 29. *Jan.* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 531.

2. Aliquandò datur facultas subijciendi examini rigoroso extractum à loco immuni indicatum de homicidio proditorio. Tudertinâ 15. *Martii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 837.

3. In causa homicidij cum gravissimis circumstantijs patrati Sanctissimus dat Eminentissimo Legato Urbini facultatem purgandi Sacerdotem, & Clericum prætensos reos cooperatores incursos in pœnas Bullæ Sixtinæ. Urbinaten., seù Sempronien. 6. *Julij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 199.

4. Aliquandò datur Nuncio facultas torquendi reum pro habenda responsione, non verò pro punitione, aut confessione delictorum. Capuanâ, seù Neapolitanâ 12. *Julii* 1689. *lib. decr. Martelli p.* 491.

Vide verbo *Clericus quoad forum* n. 14., *Nuncius quoad Regul.* n. 5., *Tortura* per totum, *Monetarij* n. 9.

FAMILIARIS, FAMILIA

1. FAmiliaris Episcopi gaudere debet privilegio fori. Bituntinâ 17. *Nov.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 188. Grossetanâ 22. *Sep.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 5.

2. Familiares Episcopi, & Ministri suæ Curiæ sunt omninò exempti à foro laico. Adiacen. 11. *Junii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 586.

3. Familiares Episcopi, vel Archiepiscopi, etiam titularis debent gaudere privilegio fori, ità tamen, ut conveniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci, ubì degunt, non verò ab ipsis Episcopis, & Archiepiscopis titularibus. Regien. 17. *Ianuarii*

rij 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 81.

4. Etiàm Familiares Eminentiſſimorum Cardinalium gaudent privilegio fori. Cefenaten. 30. *Julii* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 2019.

5. Epiſcopi non tenentur dare notam ſuorum Familiarium Curiæ Laicali. Panormitanà 14. *Augusti* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 198.

6. Familiaris Epiſcopi poteſt deferre arma, & gaudere privilegio fori; quarè contrà carcerantes ipſum Epiſcopus procedat ad Cenſuras. Montis Politiani 2. *Julij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 16.

7. Cognitio cauſæ Familiaris actualis Archiepiſcopi, ſcilicèt Pincernæ, deferentis arma prohibita vigore Edicti publicati à Curia Legationis, ſpectat ad forum Eccleſiaſticum. Ravennaten. 17. *Dec.* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 2119.

8. Quoad carcerationem Præfecti Cameræ Nuncij factam à Curia Laica ob delationem armorum prohibitorum, licèt die ſequenti excarcerati de ordine Regis, Nuncius declaret excommunicatos, & carcerantes, & Corregitorem, qui ordinavit, ut detineretur in carceribus. Ulixiponen. 6. *Iulij* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2008.

9. In eadem cauſa datur Nuncio facultas abſolvendi Corregitorem, & alios carcerantes Præfectum Cameræ D. Nuncij, qui ob hanc cauſam miſſi fuere in exilium à Rege. Ulixiponen. 16. *Februarii* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 2154.

10. Familiaris Epiſcopi, & ſimul Depoſitarius Curiæ Epiſcopalis per decretum Prætoris non poteſt deleri à numero Magiſtratus. Forotempronien. 1. *Sep.* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 590.

11. Archiepiſcopus Neapolitanus per ſuum decretum revocet, tamquàm nulla omnia acta facta à Regijs Miniſtris, & tamquàm læſiva Iuriſdictio-

nis

nis, & Libertatis Ecclesiasticæ in personam sui Familiaris, scilicèt aurigæ, carcerati, processati, & justitiati, & ex decreto Sac. Congr. iidem Ministri Regij ob præfata attentata absoluti fuere ab eodem Archiepiscopo in forma Ecclesiæ consueta. Neapolitanâ 22. *Junij* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 285.

12. Familiaris Advocati Pauperum non gaudet privilegio fori. Interamnen. 16. *Maii* 1657, *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 106.

13. Qui sunt de Familia Episcopi, sine eius licentia non sunt molestandi pro custodia portæ Civitatis. Pisauren. 22. *Julii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 51.

14. Episcopus potest habere Familiam armatam, & facere quandocumquè capturam. Minerbinen. 1. *Dec.* 1637, *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 50.

15. Amplia, Episcopum posse Familiam armatam augere, modò prudentèr, & moderatè se gerat. Agrigentinâ 3. *Jan.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. f.* 77.

FAMULUS

1. FAmulus Episcopi gaudet privilegio fori in causa criminali, & Episcopus procedat pro abolitione actorum Curiæ Secularis in hac causa. Savonen. 18. *Martij* 1692. *lib. decr. Grim. pag.* 106.

2. Famulus Abbatis Regularis deferens arma prohibita in defensam ipsius Abbatis, & ob hoc à Curia Seculari captus, non gaudet. Feretranâ 3. *Junii* 1625. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 61.

3. Episcopo Cotronen. iniungitur, ut quatenùs Famulus Episcopi Insulani detentus in carceribus Curiæ Cotronen. non commiserit aliquod delictum, pro quo puniri possit ab eius Curia, eumdem statim consignet Episcopo Insulano. Cotronen. 14. *Aprilis* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag* 116.

4. Fa-

4. Famuli Ecclesiasticorum non possunt cogi ire ad Bellum, nisi ex urgenti præcisa necessitate, nec possunt cogi ad solutionem oneris consistentis in frumento, vel imbuttati vini, proùt ad hospitationem Militum in bonis Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, nec ad solutionem unius scuti *per testa*, ut dicitur, pro subventione Principis. Casalen. 18. *Augusti* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 39.

5. Famuli Clericorum, & inservientes in cultura bonorum sunt immunes ab impositione Testatici subrogati loco gabellæ Macinatus. Rossanen. 24. *Januarii* 1645. *lib.* 3 *decr. Paul. pag.* 244.

6. Famuli Laici inservientes Convictoribus Collegij Sapientiæ Veteris sumptibus ipsius Collegij gaudere debent privilegio fori, proùt gaudent ipsi Convictores Clerici. Perusinâ 23. *Septembris* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 23.

7. Famuli laici inservientes in Hospitali, & signantèr curæ infirmorum vulneratorum, gaudent privilegio fori, dummodò sint conducti, & vivant sumptibus Hospitalis. Perusinâ 9. *Februarii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 104.

FARINA

Vide verbo *Franchitiæ* n. 8. 26, 28. & seq. verbo *Beneficium* n. 3.

FENESTRA

1. FEnestra patens à domo Laici ad locum immunem est claudenda, vel per appositionem transennæ, vel alio modo tuto. Senogallien. 22. *Dec.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 109. Bituntinâ 13. *Jan.* 1632. *d. lib. pag.* 109. Marsicanâ 16. *Junij* 1682. *lib.* 3. *decr. Altovitii pag.* 51.

2. Limita tamèn nisi competat jus ex fundatione,

ne, seù dotatione. In eadem Senogallien. *Ibidem*.

3. Iniungitur Episcopo, ut faciat claudere fenestram domus Secularis, per quam descendi potest ad locum immunem. Terracinen. 6. *Maij* 1636. *lib. 3. decr. Paulucci pag.* 5.

4. Ad preces Senatus Nicæen. Sac. Cong. concedit, ut per fenestram apertam in carceribus publicis correspondentem in Oratorio Sanctissimi Sudarij nunquàm acquiratur aliquod privilegium immunitatis ipsis carceratis. Nicæen. 5. *Aprilis* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 676.

FESTI DIES

1. Concessio licentiarum laborandi diebus Festivis, illarumque publicatio, spectat ad Episcopum; in concessione verò earum Episcopus se conformet decretis Sac. Congr. Concil. Ruben. 1. *Maij* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 223.

2. Licentiæ vendendi diebus Festivis sunt dandæ à solo Episcopo, non autèm à Gubernatore. Alatrinâ 11. *Martii* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 168.

3. Insupèr licentia operam dandi diebus Festivis non est exhibenda Judicibus Laicis, nec toleranda est hujusmodi prętensio; sed Episcopus illam concedat in scriptis, & in forma, ad hoc ut ostendi possit Ministris Laicis prætendentibus inobservantiam diei Festivi. Castren. 2. *Maii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 134.

4. Laicus non potest indicere, vel publicare bannimenta diei Festivi, sed spectat ad solum Episcopum huiusmodi publicatio. Theatina 20. *Sep.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul pag.* 102.

5. Quarè Syndici Communitatis, qui excommunicati fuere ob proclamationem, & publicationem

nem habitatoribus loci Festorum S. Rocci, & Conceptionis B. Virginis tamquam de præcepto, si petant Absolutionem, datur facultas Episcopo eos absolvendi, prævia tamèn revocatione dictarum proclamationum. Bitecten. 7. *Septembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 214.

6. Communitas tenetur ad observantiam Festorum indictorum ab Episcopo. Laquedonen. 22. *Julij* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul p.* 51.

7. Nec Curia Secularis potest impedire, quin Curia Ecclesiastica procedat etiàm ad mulctas contrà exercentes opera servilia, & rusticalia sine licentia, & absque necessitate in diebus Festivis de præcepto juxtà dispositionem Sac. Concil. Trid. Sagonen. 2. *Junii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 51.

8. Edictum Curiæ Laicalis super diebus Festivis contrà facultates ab Episcopo concessas est nullum, & iniungitur Nuncio Apostolico, ut informet, & interìm curet nè lædatur Iurisdictio, & Immunitas Eccles. Bitecten. 16. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *dec. Vallem. p.* 156., *&* 1. *Martii* 1695. *p.* 174

9. Archiepiscopus Beneventanus cum facultate Sac. Congr. prohibet celebrationem Festi Nativitatis B. Virginis in Ecclesia Monasterij Montis Virginis ob contumaciam incolarum finitimorum. Nullius Montis Virginis 3. *Septembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 213.

10. Diebus Festivis non permittitur vendi frumentum, nec fieri, ut dicitur, *la Dogana*. Avellinà 6. *Februarij* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 102.

Vide verbo *Baccanalia*.

FEVDVM

1. INiungitur Episcopo præcisè, & cum comminatione pœnarum, ut recuperet Baronias,

& illarum Jurisdictionem ad Mensam Episcopalem spectantes. Aprutinâ 4. *Feb.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 7.

2. In dubio an Feudum sit laicale, vel Ecclesiasticum? cognitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Cassanen. 22. *Jan.* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 122.

3. Scribitur Nuncio, Ecclesias, & Ecclesiasticos non teneri dari Milites petitos à Prorege, quandò non constat Feuda, & Jurisdictiones fuisse eis concessas in Feudum rectum, prçsertìm si sint in quasi possessione nihil solvendi, nec servitia præstandi; quarè eis assistat ne graventur. Quò verò ad Ecclesias, & Ecclesiasticos, quibus constat fuisse factas concessiones in Feudum rectum, vel habuisse subinfeudationem à Laicis investitis à Rege de hujusmodi Feudis, & Jurisdictionibus, poterit idem Nuncius certiorare distinctè Sac. Congr. de qualitatibus Feudorum, & concessionum, & an servitia hactenùs præstiterint, & qualia? & an Alduam solverint, vel quid aliud? & deindè dabitur resolutio. Neapolitanâ 30. *Martii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 119.

FIDEIVSSIO, FIDEIVSSOR

1. Fideiussio prçstita ab extracto coràm Curiâ Seculari, antequàm remittatur Curiæ Ecclesiasticç, est cassanda, ac priusquàm Ministri Curię Secularis extractores Confugitorum absolvantur. Fesulanâ 11. *Martii* 1625. *lib. Scrip. Vet. p.* 49.

2. Fideiussio data per servum Clerici coràm Gubernatore, tamquàm actus nullus est cassanda in margine Actus. Anagninâ 17. *Novembris* 1671. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 617.

3. Fideiussio, & depositum præstitum coràm Curia Laica pro habenda relaxatione rerum spectan-

ftantium ad Perſonam Eccleſ. ab eadem Curia, ut dicitur, *arreſtate*, omninò aboleri debent pro reparanda læſa Immunitate. Forolivien. 20. *Maii* 1679. *lib. 2. decr. Altoviti p.* 1761.

4. Fideiuſſio præſtita per Laicum carceratum in loco immuni de ordine Vicarij Generalis annullatur. Albanen. 12. *Sep.* 1684. *lib.* 5. *dec. Altov. p.* 363.

5. Ubì Extractus declaratur gaudere Immunitate, liberandi ſunt Fideiuſſores, & abolendæ Fideiuſſiones præſtitæ, quod extractus redibit ad carceres caſu, quo declaretur non fuiſſe violentèr extractum. Peruſinà 27. *Ian.* 1643. *lib.* 3. *dec. Paul. p.* 195.

6. Fideiuſſores in Curia Eccleſ. obligatos pro damnis paſſis ab Eccleſiaſticis in eorum carceratione ſecuta de ordine Baronis Laici, Ordinarius cogat ad ſolutionem damnorum, & intereſſe liquidatorum, Coſentinà 26. *Aug.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 11.

7. Dùm Clericus diſceſſit à Domo contrà Fideiuſſionem 500. ducatorum datam de non diſcedendo iuxtà ordines Sac. Congregationis, & ubinàm ſit ignoratur? Auditor Nunciaturæ quantòcitiùs ad ulteriora procedat, & exacta pœnà certioret. Aquilanà 19. *Ap.* 1625. *lib. Scripturarum Vet. pag.* 54.

8. Fideiuſſio aliquandò exigitur à nullitèr extracto, qui eſt reſtituendus. Vide verbo *Reſtitutio* n. 10. 14. 15., *Parochus* n. 13., *Iudex Laicus* n. 3.

FILIUS

1. Filius legitimus Clerici ante Clericatum ſuſceptus gaudet privilegio fori durante vità Patris. Callien. 18. *Martii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 99.

2. Filius legitimus, & naturalis Præsbyteri vivens ſub poteſtate Patris gaudet privilegio fori, & defendendus eſt ab Epiſcopo contrà Miniſtros Lai-

cos quòad onera personalia. Hydruntinâ 13. *Iulii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 201.

3. Et licèt gaudeat privilegio fori, non ideò est incapax officiorum Communitatis. Urbanien. 13. *Iunii* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 120.

4. Attamèn Filius legitimus Sacerdotis non molestetur pro exercitio muneris publici. Urbanien. 7. *Maii* 1658. *lib. decr. Ricci pag.* 89.

5. Verùm Filij Clericorum non gaudent post mortem Patris privilegio fori. Bisignanen. 18. *Nov.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 24.

6. Filius Clerici Graeci, quatenùs sit legitimus, vivente Patre gaudere debet privilegio fori. Cassanen. 21. *Martii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 247. Hydruntinâ 29. *Sep.* 1624. *lib. Scripturarum Vet. p.* 39.

7. Filius Sacerdotis Ritus Graeci existens sub Patris potestate gaudet exemptionibus, & Immunitatibus, quòad eius bona. Hydruntinâ 27. *Septembris* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 139.

8. Filij Clericorum Ritus Graeci redeuntes ad convivendum cum matribus viduis gaudere debent privilegio fori. Nullius S. Mariae *del patire* 15. *Martii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1546.

9. Filii Clericorum Graecorum conviventes cum matre post mortem patris non gaudent exemptionibus à collectis, nisi adsit consuetudo in contrarium, & quatenus non sint filii patris bigami. Rossanen. 18. *Martij* 1687. *lib. decr. Marr. p.* 67.

10. Filii Graecorum nati antequam eorum patres cum dispensatione Pontificiâ promoti sint ad Ordines, post mortem patrum, dummodo vivant in communione cum matribus, attenta consuetudine, gaudent iisdem privilegiis, & exemptionibus, quibus gaudebant eorum patres. Rossanen. 20. *Ianuarij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 19.

11.

11. Filius Clerici Salvatici non gaudet exemptione à solutionibus, & oneribus Regiis, nisi concurrat consuetudo legitima ad eius favorem. Reatinâ 5. *Februarii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 27.

12. Filius Vicarii Foranei attentis propositis non gaudet privilegio fori. Firmanâ 10. *Ianuarii* 1659. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 83.

13. Filius Cancellarii Curiæ Episcopalis non gaudet privilegio fori. Interamnen. 1. *Feb.* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 213.

14. Filius Titij quondam Fiscalis Curiæ Episcopalis non gaudet privilegio fori. Balneoregien. 8. *Aprilis* 1642. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 172.

15. Filius, seù Nepos Subaffictuarij bonorum Mensæ Episcopalis non gaudet privilegio fori. Ravennaten. 28. *Ian.* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 2146.

16. Filij Colonorum Ecclesiasticorum, etiamsi sint partiarii, non gaudent privilegio fori. S. Agathæ Gothorum 4. *Iunii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 41.

17. Attamen Filii Colonorum partiariorum Mensæ Episcopalis, & alij de eorum familiâ inhabitantes cum eisdem Colonis, & bona eiusdem Mensæ colentes, gaudent privilegio fori, proùt gaudent ipsi Coloni. Urbevetanâ 6. *Martii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 223. Civitatis Ducalis 13. *Iulii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 65. Interamnen. 16. *Iulii* 1641. *d. lib. p.* 151. Anagninâ 27. *Dec.* 1679. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1900.

18. Filius in Ordine Subdiaconatus constitutus vulnerans patrem, de rigore iuris gaudet Immunitate, sed mandante Sanctissimo punitur pœnâ Triremium ad triennium, & deinde arbitrio Sanctissimi. Sarzanen. 14. *Dec.* 1655. *lib.* 5. *dec. Paul. pag.* 83.

19. Clericus Filius incedens in habitu, & tonsura, ad instantiam patris carceratus à Curia Laica,

iubetur consignari Archiepiscopo. Januen. 2. *Iunii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 492.

20. Filius Clericus non est molestandus à Gubernatore Laico ob debita patris. In una Thelesiarum 13. *Iulij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 301.

21. Sanctissimus tribuit Gubernatori facultatem procedendi etiam per alium (dummodò sit Clericus) contrà Filium Sacerdotis cum solitâ præservatione. Firmanâ 17. *Dec.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 235.

22. Datur facultas Archiepiscopo extrahendi Filium-familias inobedientem Patri, & consignandi ipsum Patri, aut eius legitimo Procuratori, dummodò extractio fiat ex solo motivo paternæ potestatis. Baren. 4. *Maij* 1675. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1091.

23. Filius incorrigibilis ad instantiam Matris extrahitur à loco immuni ad correctionem, & cum debitis obligationibus retinetur in Arce Regia nomine Sac. Cong. Neapolitanâ 23. *Novem.* 1677. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1486.

24. Filius malæ qualitatis confugitus in loco immuni, ex quo minatur occidere Patrem, quem ultrà alias injurias anteà pugnis percussit, annuente Sanctissimo transmittitur ad Arcem Ferrarien. ad correctionem arbitrio Sac. Congr. Senogallien, 16. *Iulii* 1697. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 101.

25. Filia existens in Ecclesia ad instantiam matris restitui potest. Castren. 8. *Martii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 152.

FISCALIS

1 Fiscalis Episcopi gaudet privilegio fori. Bellocastren. 4. *Dec.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 91.

2. Non gaudet tamen exemptione ab oneribus, nisi à personalibus, quando non adsit legitima con-

suetudo in contrarium. Forosempronien. 28. *April.* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 546.

3. Fiscalis Curiæ Episcopalis cogatur à Vicario Capitulari ad se abstinendum ab officio Conservatoris Communitatis, vel ad renunciandum privilegio fori. Nepesinâ 15. *Julij* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2228.

4. Fiscalis Curiæ Episcopalis supplere potest instando pro Ecclesiasticis non audentibus instare judicialiter pro eorum reintegratione contrà Dominum loci. Cassanen. 9. *Oct.* 1640. *lib* 3. *decr. Paul. p.* 131.

5. Fiscalis foraneus Curiæ Episcopalis gaudet privilegio fori. Civitatis Castellanæ 25. *Sept.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 49.

FOCULARE

1 ONus solutionis quadraginta duorum carolenorum pro Foculari est onus merè personale, ac propterea Clerici tàm Conjugati, quàm Salvatici gaudere debent exemptione ab illius solutione. Oppiden. 17. *Nov.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 57.

2. Injungitur Episcopo, ut melius informet super consuetudine obligandi Clericos Conjugatos, & Salvaticos ad solutionem Focularis, seu oneris 42. carolenorum, & uniantur decreta. Marsicen. 13. *Maii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag* 153.

3. Et curet servari consuetudinem practicari solitam ab A. 1662. usque modò, & in casu augumenti, & diminutionis dicti oneris, præfati Clerici teneantur ad solutionem dicti oneris iuxta augumentum, vel diminutionem, servatâ proportione solvendi aliquid minùs juxtà solitum. In eadem 30. *Septembris d. Anni*, *& lib. pag.* 178.

4. Solutio pro Focularibus non est facienda à

 Cleri-

Clericis, nisi concurrentibus requisitis *Cap. non minus & Cap. ad versus de Immun. Eccles.* Rossanen. 19. *Ian.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 52.

5. Ab onere Focularis, & Capitationis sunt exempti etiam ij omnes, qui vivunt expensis Ecclesiasticorum. Lycien. 9. *Octobris* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 131.

FORUM

1. Datur locus præventioni Fori, quandò testis coràm Judice Ecclesiastico delictum falsitatis commisit, nisi adsit contraria consuetudo. Lycien. 11. *Ian.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 166.

Vide verbo *Causarum mixti fori cognitio.*

2. Gaudere debet privilegio Fori, qui Ecclesiæ inservit, etiamsì non inserviat de mandato Episcopi. Montis Politiani 2. *Oct.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 142.

FRANCHITIÆ

1. Franchitia Ecclesiasticorum non potest, nec debet reduci. Aquilanâ 5. *Martij* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 138.

2. Quarè nihil innovandum est circà diminutionem Franchitiæ Clericorum: sed servandum est solitum. Sulmonen. 10. *Jan.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 84. Hoc idem dicitur de Franchitijs Monialium. Sarnen. 7. *Maii* 1658 *lib. decr. Rocci pag.* 89.

3 Franchitia debetur Clericis in ea quantitate, quam vsque modò habere consueverunt, etiàm respectu colentium bona Ecclesiæ, & Beneficiorum, ac Patrimonialia, nec non respectu custodum animalium tàm Ecclesiæ, quàm Clericorum, quos quidèm colentes, & Custodes Sac. Congr. censuit non teneri

teneri solvere gabellam dictam *del Foro*. Bovinen. 21. *Iunii* 1644. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 229.

4. Vndè Episcopus circà Franchitias Ecclesiasticorum curet omninò servari consuetudinem solitam, nec permittat quid innovari in eorum præiudicium. Telesinâ 24. *Maii* 1670. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 434.

5. Apocha remissionis Franchitiæ molituræ, seù *del Macinato*, quamvìs ad tempus factæ ab Ecclesiasticis in favorem Communitatis laicalis, non sustinetur. Catacen. 3. *Dec.* 1686. *lib. decr. Mart. p.* 15.

6. Nullo modo annuendum est petitioni Ecclesiasticorum circà remissionem partis Franchitiæ ad septennium in favorem Communitatis. Caven. 24. *Maii* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 229.

7. Non est concedenda facultas Capitulo, & Clero donandi medietatem Franchitiæ, quâ Personæ Ecclesiasticæ fruuntur. In una S. Marci 12. *Decembris* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 268.

8. Sac. Congr. censuit Capitulum, & Præsbyteros Terræ Carovineæ, qui medietatem Franchitiæ farinæ absque facultate Sac. Congr. mutuam dederunt Communitati in subsidium Vniversitatis, & pauperum, non incurrisse Censuras, attentis circumstantiis in casu, de quo agitur: at Episcopus mandet restitui mutuum. Ostunen. 28. *Aprilis* 1665. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 634.

9. Denegatur Episcopo posse applicare Franchitias Clericorum Monasterio in pœnam eorum, qui non habent requisita Sac. Concil. Trid. Aquilanâ 23. *Sep.* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 207.

10. At facultas, ut Ecclesiastici pro reparatione Ecclesiæ Parochialis cedant quibusdam Franchitijs ad quinquennium, conceditur. Lycien. 13. *Septembris* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 279.

11. Clerici quacumque de causa absentes gaudent

dent Franchitiâ sibi competente. Biserien. 25. *Maii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 61. Boianen. 30. *Junii* 1643. *ibi p.* 103. Motulen. 23. *Iulii* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 20. Aquilanâ 31. *Dec.* 1667. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 187. Nullius Altamuræ 7. *Maii* 1672. *ibi p.* 686. Juvenacen. 16. *Nov.* 1688. *lib. decr. Martelli p.* 369.

12. Amplia I. Etiàm pro tempore, quo Clerici fuerunt negligentes illam petere à Gabellarijs, qui hoc ignorantes non dederunt exitum Communitati pro ipsius bonificatione. Nullius Terlitij 16. *Nov.* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 370.

13. Amplia II. Quamvìs absuerint ob metum inquisitionis. *Ibidèm.*

14. Amplia III. Quamvìs absentes non incedant in habitu, & tonsura, ac velùt Laici inserviant personis privatis. *Ibidèm.*

15. Amplia IV. Quamvìs absentes causâ carcerationis secutæ de ordine A. C. In eadem Terlitij 21. *Ianuarii* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1200.

16. Amplia V. Quòad absentem ob periculum vitę. In eadem *d. lib. p.* 1486. *Anni* 1677.

17. Amplia VI. Quamvìs absentes ratione peregrinationis ad Annum Sanctum, pro tempore tamèn dictæ peregrinationis. Bituntinâ 11. *Junij* 1675. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1108.

18. Paritèr debentur absenti causâ studij. Materanen. 7. *Maii* 1704. *lib.* 3. *decr Vallem. pag.* 579. & 25. *Iunii d. A. & l. p.* 589. Bovinen. 22. *Iunii d. A. & l. p.* 582.

19. Itèm absenti ex causa infirmitatis. Salernitanâ 10. *Maii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 580.

20. Itèm absenti, qui docet cantum Gregorianum. Materanen. 4. *Junij* 1704. *lib* 3. *decr. Vall. p.* 585.

21. Tandèm Franchitiæ debentur Ecclesiasticis absentibus studiorum causâ, vel ob lites pro Capitulo, aut pro suis bonis Ecclesiasticis. Juvenacen. 31. *Iulij*

Iulii 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 975. Montis Casini 18. *Iunij* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1988. Nullius Castellanettæ 12. *Ian.* 1694. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 99. Oritanâ 12. *Dec.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 271.

22. Porrò Gabellarij, qui debent bonificare Franchitias Ecclesiasticis forensibus, sed commorantibus in loco Terlitij, tenentur bonificare etiam Ecclesiasticis concivibus, qui eodem tempore sunt absentes ex quacumque causa Juvenacen. 16. *Nov.* 1688. *lib. decr. Mart. p.* 369. Terlitij *d. die pag.* 370.

23. Limita tamen dummodò tempore absentiæ alibì ijs bonificata non fuerit Franchitia. Lycien. 8. *Dec.* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 385., & 29. *Nov.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 5. Bitecten. 28. *Martii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 33. Ruben. 18. *Iulij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 301.

24. Sic Clerico, qui per annos quindecim à Patria absfuerat, & interim nesciebatur an viveret? non debetur Franchitia. Melphien. 30. *Iann.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 471.

25. Franchitia non debetur Sacerdoti pro bonis in Territorio loci, ubì non moratur, sed ubì moratur. Tranen. 2. *Dec.* 1670. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 502.

26. Sic Clericus Advena habens domicilium in alia Diœcesi, ibidèm debet frui Franchitia farinæ, non obstante decreto, vel sententiâ Curiæ Episcopalis contrà Clericos Advenas. Salernitanâ 4. *Septembris* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 513.

27. Similitèr Franchitia competit Clerico in loco sui domicilij à multis annis, non in loco suæ originis, & in quo ordinatus fuit. Lycien. 21. *Ianuarij* 1687. *lib. decr. Martelli p.* 40.

28. Asserta consuetudo, quod Clericis absentibus competat medietas Franchitiæ farinæ, probanda est intrà terminum sex mensium ab Episcopo præfixum

fixum: Motulen. 5. *Maii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 218.

29. Circumscriptâ reductione Franchitiæ Clericorum factâ per Vicarium, servanda est primæva taxatio, scilicèt pro Sacerdotibus tumulorum viginti quatuor, pro constitutis in Sacris Ordinibus tumulorum decem & octo, & pro Clericis in Minoribus duodecim. Cosentinâ 27. *Aprilis* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 123.

30. Clericis competit Franchitia duodecim tumulorum, donèc ab eis probata sit consuetudo pro maiori quantitate. Neritonen. 24. *Aprilis* 1663. *lib. decr. Rocci pag.* 481.

31. Per modum provisionis resolutum fuit circà quantitatem controversam Franchitiarum competentium Ecclesiasticis debere servari solitum locorum finitimorum. Bituntinâ 26. *Ianuarii* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 769.

32. Ecclesiastici Civitatis Ruben. sunt manutenendi in possessione exigendi Franchitiam farinæ ad rationem rotulorum quinquaginta pro quolibet tumulo: at eisdem non debentur Franchitiæ pro rata gabellæ diminutæ, nec pro tempore absentiæ, si alibì habeant. Ruben. 11. *Aprilis* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 598.

33. Paritèr Clerici Ruben. Civitatis manutenendi sunt in solita Franchitia pro vino musto. *Ibidem.*

34. Ecclesiastici possunt vendere Franchitiam sibi competentem. Bovinen. 7. *Sep.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 14. Anglonen. 7. *Julii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 158. Asculanâ 12. *Sept.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 839.

35. Quarè Edictum prohibens contrahere, vel vendere farinam, non comprehendit Ecclesiasticos. Ruben. 11. *Apr.* 1690. *lib. dec. Martelli pag.* 598.

36. Et Episcopus debet procedere sua ordinariâ facultate contrà prohibentes, nè Laici emant Franchitias

chitias, quæ Ecclesiasticis superfluunt. Nullius Altamuræ 23 *Martii* 1683 *lib.* 3. *de r. Alt. p.* 155

37. Clerici, qui ob paupertatem, vel aliam causam legitimam, nequeunt emere frumentum pro sua quantitate Franchitiæ, & vivunt pane vendibili, possunt vendere suam Franchitiam. Oritanâ 6. *Maii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 77

38. Paritèr Franchitia integra competit Clericis, etiamsì non habeant famulos, & vivant aliorum expensis. Sulmonen. 21. *Martij* 1646. *lib.* 3. *dec. Paul. p.* 276.

39. Sacerdotes, & Clerici gaudere debent Franchitia simplicitèr pro quantitate frumenti eisdem necessaria; & ideò nihil innovandum est in præscribendo eis certam quantitatem Franchitiæ. Bovinen. 17. *Dec.* 1641. *lib.* 3. *Pauluc. pag.* 165.

40. Franchitia duorum tumulorum concedi solita alijs Canonicis debetur etiàm Canonico Clerico. Tranen. 6. *Iunii* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 810.

41. Quandò Communitas Laica auget exactionem pro molitura solvi consuetam, nihil innovandum est quòad Ecclesiasticos. Policastren. 2. *Octobris* 1691. *lib. decr. Grim. pag.* 16.

42. Quoad assignationes factas Franchitiarum Episcopi tueantur, tàm de jure, quàm ratione conventionum cum Sede Apostolicâ. Neapolitana, & aliarum Civitatum Regni 12. *Feb.* 1668. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 5.

43. Ecclesiasticus debet gaudere Franchitia, etiam pro Conjunctis, & Familiaribus, qui in eadem domo ejus expensis vivunt. Caven 27 *April.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 123. Teramen. 18. *Julii* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 417., *& sæpè alibi.*

44. Non debent verò gaudere Franchitiâ pro Coniunctis, & aliis, quando non vivunt eorum expensis

pensis. Capuana 21. *Martii* 1645. *lib.* 3. *dec. Paul. p.* 246.

45. Clerico petenti Franchitiam non tantùm pro sua persona, sed etiam pro omnibus suis famulis actualibus Sac. Cong. respondit, non competere Franchitiam in maiori quantitate expressa, seù taxata in concordia pro Clerico simplici. Aquilanâ 18. *Decembris* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 297.

46. Franchitia panis non extenditur ad panem laboratorum Clerici, seù ut dicitur, *de Massari di campagna*, Tranen. 2. *Oct.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 272.

47. Ecclesiasticis Episcopo inservientibus, & viventibus ejus expensis, ac manducantibus ex ejus pane, competit Franchitia farinæ, quam vendere possunt. Melphien. 13. *Maij* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 129. Laquedonen. 14. *Oct.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 62., & 26. *Aug.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 12.

48. Episcopo competunt Franchitiæ etiam pro famulis laicis, quibus assignat partem panis in deductionem salarii, sed non competunt eisdem famulis *in Cartella*, sicut Ecclesiasticis. In eadem Melphien. *Ibidem.*

49. Eremitis non habentibus requisita necessaria non debentur Franchitiæ. In dicta Melphien. *Ibid.*

50. Clerici annorum triginta, aut quadraginta non transeuntes ad Ordines Sac. & incumbentes operibus secularibus, gaudent Franchitiis. Hydruntinâ 11. *Junii* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1109.

51. Clericus non incedens in habitu, & tonsura gaudet suis Franchitiis usque ad sententiam declaratoriam decidisse à Privilegiis Clericalibus. Lycien. 21. *Jan.* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 40.

52. Clerici convictores Seminarij gaudentes suis Franchitiis pro tempore, quo recipiunt victum in Seminario, non debent seperatim frui Franchitia respectu Clericatus. Neritonen. 12. *Iulij* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1610.

Puellæ

53. Puellæ viventes in Conservatoriis, asservantes Sacramenta in earum Ecclesia, & observantes clausuram, gaudent Franchitiis debitis Personis Ecclesiasticis. Aquilanâ 23. *Junii* 1676. *lib. 1. decr. Albovitti pag.* 1266.

54. Gabellarii non possunt diminuere Rectori, ac Magistro Seminarij Cathedralis consuetam Franchitiam farinæ. Salernitana 4. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 84.

55. Gabellarii non possunt denegare Franchitiam Ecclesiasticis sub prætextu, quod cùm mittunt triticum ad molendinum non deferunt cartulam vulgò *Bolletta* ab iisdem Gabellarijs subscriptam Nullius Altamuræ 7. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 85.

56. Temperamentum captum ab Episcopo, quod Ecclesiastici diurno tantùm tempore introducant farinam in Civitatem, ut melius observentur, an abutantur eorum Franchitiâ? approbatur. Et Officialis ad hoc observandum ab Episcopo est deputandus. Caven. 4. *Sep.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 272.

FRATRICIDA

1. FRatricida gaudet Immunitate, adeoquè est restituendus. Vercellen. 19. *Augusti* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 607.

2. Etiamsi de eo timeantur maiora delicta. In eadem 8. *Iunii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 294.

3. Attamèn ex oraculo Sanctissimi punitur pœnâ carceris ad quinquennium. *Ibidem.*

4. In causa prætensi Clerici, qui ob homicidium Canonici eius fratris jussu Episcopi extractus fuit ab Ecclesia, iniungitur Episcopo, ut præstitâ idoneâ cautione de solvendis actis juxtà summam à Sac. Congr. declarandam, transmittat acta, & in-

informet supèr afferto Clericatu. S. Severi 3. *Dec.* 1695. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 231.

FRAVS

1. Cognitio Fraudum commissarum per Ecclesiasticos est omninò prohibita Laicis. Florentinâ 15. *Dec.* 1648. *lib.* 4 *decr. Paul. p.* 66.

2. Fraudes Ecclesiasticorum sunt detegendæ coràm Ordinario, & ab eo annullandæ proùt juris fuerit. Neritonen 3. *Maii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 92.

3. Cognitio Fraudis donationum factarum Ecclesiasticis, cum spectet ad Curiam Eccles. coràm ipsa exhiberi debent Instrumenta ipsarum donationum, illaque significari Ministris Laicis pro ipsorum notitiâ. Vulturarien. 27. *Maij* 1642. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 177.

4. Episcopus procedat, & cognoscat supèr Fraudibus in donationibus factis ad favorem Ecclesiasticorum in prima instantia, non obstantibus Inhibitionibus A. C. Lycien. 14. *Junij* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 240.

5. Circà Clericos committentes Fraudes, rigorosè ab Ordinario procedendum est. Lycien. 18. *Dec.* 1629. *lib* 2 *decr. Paul. pag* 20. Squilacen. 4. *Aprilis* 1676 *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1230.

6. Imò Episcopus Clericos committentes Fraudes carceribus, & similibus pœnis corporalibus puniat. Casertanâ 24. *Aprilis* 1646. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 278.

7. Cognitâ, & probatâ Fraude donationum factarum Clericis, Episcopus provideat ne impediatur extractio decimarum in bonis fraudulentèr donatis. Lycien 6. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 206.

8. Circà Fraudes Ordinarius edat declarationem

nem in casibus particularibus, nullo modo edat decreta generalia. Anglonen. 11. *Augusti* 1631. *lib.* 2. *decr. Paulucci p.* 84.

V. verbo *Donatio* n. 2. & seq.; *Furnus* n. 22. 23.

FRUCTUS

1 Fructus universi Ecclesiasticorum, qui colliguntur in bonis tam Beneficialibus, quàm Patrimonialibus, sunt exempti ab oneribus, & impositionibus laicis, nec ullo modo est admittenda restrictio ad certam ratam, & portionem. Ortonen. 24. *Julii* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 196. Lavellen. 27. *Febr.* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1354.

2. Ecclesiastici non possunt impediri asportare Fructus recollectos in bonis propriis, nisi adsit indigentia Civitatis. Assisien. 22. *Ianuarij* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 121.

3. Recurrentes ad Judices Laicos, ut impediant Ecclesiasticis collectionem fructuum, Censuras incurrunt. Aprutinâ 2. *Dec.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 188.

Vide verbo *Beneficium* n. 10.

4. An Laici sint præferendi in emptione fructuum decimalium? cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. Augustanâ 22. *Aprilis* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 148.

5. Recurrentes ad Potestatem Laicam, ut impediant decreta Episcopi pro libertate venditionis fructuum decimalium, excommunicantur. *Ibidem.*

6. Præviâ renunciatione dictis recursibus, & reintegrata parte, absolvuntur, etiam in forma privata. *Ibidem.*

7. Canonicus suspensus à perceptione fructuum, vide verbo *Vicarius Generalis* n. 24.

FRUMENTUM

1 Edictum taxæ super pretio Frumenti editum à Curia Magni Magistri afficere non potest Ecclesiasticos, sed si concurrat publicum bonum injungi potest Episcopo, ut pro Ecclesiasticis publicet Edictum simile, non tamen relativè ad Edictum Laicum. Melevitanâ 1. *Dec.*1648. *lib.*4. *dec. Paul. p.*58.

2. Non est permittendum Ecclesiasticos comprehendi in prohibitione Laicorum vendendi,& emendi Frumenta, sed urgente necessitate potest Ordinarius suo peculiari Edicto Ecclesiasticis prohibere. Ragusinâ 10. *Junij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 7.

3. In venditione Frumenti, Bladarum, & similium, Ecclesiastici non tenentur servare taxam, & alias ordinationes editas à potestate laicâ, sed Episcopus sua ordinatione constituat eamdem taxam pretii justi, & contra transgressores procedat. Melevitanâ 21. *Martij* 1646. *lib.*3. *dec. Paul. pag.*276. Boven. 17. *Maii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 189.

4. Episcopus potest in casu necessitatis proprio Edicto statuere pretium Frumenti Ecclesiasticorum, eosque cogere ad venditionem, reservata tamen pro usu, & sustentatione ipsorum æqua, & proportionata quantitate. Casalen. 12. *Februarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.*171.

5. Iniungitur Episcopo, ut pro currenti Anno, attenta gravissima penuria, præfigat proprio Edicto justum pretium Frumento Ecclesiasticorum, & obliget auctoritate Sac. Congr. Ecclesiasticos tàm Seculares, quàm Regulares, ad venditionem Frumenti, reservatâ tamen pro usu, & sustentatione eorum eâ quantitate, quæ æqua, & proportionata omnibus consideratis ab eodem Episcopo reputata fuerit.

fuerit. Neocastren. 1. *Dec.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 65.

6 Quatenùs Episcopus iudicet talem esse penuriam Frumenti, ut sit expediens prohibere Ecclesiasticis extractionem, eam prohibeat proprio Edicto nullâ factâ mentione, vel habita relatione ad Edictum Laicale. Neocastren. 8. *Aug.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall, pag.* 66.

7. Mandatur Episcopis, & Archiepiscopis Regni, ut attenta penuria vendant eorum Frumenta, & respectivè vendere faciant à Personis Ecclesiasticis pro pretio tamen per eosdem cum emptoribus concordato, & quatenùs non concordent, vendant pro pretio iusto iudicato arbitrio Episcoporum. Neapolitanâ 10. *Novembris* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. p* 63.

8. Tempore penuriæ, ut dicitur, *le rassegne* Frumentorum, & Bladarum Ecclesiasticorum faciendæ sunt per Ecclesiasticos Curiæ Episcopalis, & ab Episcopo arbitranda est quantitas, qua indiget unusquisque Ecclesiasticus. Frumentum verò, & Bladæ asserventur in loco ipsi Episcopo benevito, & sub custodia Deputati ab ipso Episcopo. Et ut dicitur *si spiani* in turno Ecclesiasticorum, si quem habent. Civitatis Castelli 14 *Jan.* 1630. *lib.* 2 *decr. Paul. pag.* 23.

9. Perquisitio Frumentorum in locis immunibus est prorsùs prohibita Laicis. Florentinâ 15. *Decembris* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 66.

10 Dantur Litteræ circulares Episcopis Status Ecclesiastici pro perquisitione Frumenti in locis immunibus ad effectum faciendi eius assignationem Ministris Abundantiæ, soluto competenti pretio. 20. *Aug.* 1678. *lib.* 2. *decr. Ait. p.* 1630.

11. Datur facultas perquirendi, & extrahendi Frumentum ad effectum consignandi pro servitio Abundantiæ Civitatis. Interamnen. 2. *Apr.* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1555.

 12. Epis-

12. Episcopus pro extractione Frumenti Mensæ Episcopalis de loco ad locum in eodem Gubernio non tenetur recipere Bullettinum. Fanen. 17. *Nov.* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 618.

13. Contrà Ministros Laicos impedientes exactionem Frumenti debiti cuidam Beneficiato Episcopus tueatur efficaciter, adhibitis etiam juris remediis. Caietanâ 30. *Martij* 1695. *lib.* 5. *dec. Vallem. p.* 180.

14. Idem mandet restitui Frumentum executatum in loco immuni per Ministros Laicos spectans ad Ecclesiasticum. Aquilanâ *Ibidem.*

15. Frumenta Ecclesiasticorum non tenentur ad Gabellam introductionis. Camerinen. 10. *Febr.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1923.

16. Frumentum recollectum in bonis propriis Ecclesiastici potest asportari, nec in hoc potest impediri, nisi adsit indigentia Civitatis. Assisien. 22. *Jan.* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 121.

17. Sac. Congr. inclinat Clerum Secularem, & Regularem non teneri ad recipiendam portionem Frumenti horrei publici, de qua agitur, sed in omnem casum distribuendum esse per capita, comprehensis etiam Equitibus, & omnibus aliis. Melevitana 6. *Octobris* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag* 74.

18. Nuncio Neapolis scribitur non esse extendendam facultatem extrahendi Frumenta, itaùt etiam cum deputatione Personæ Eccles. minimè liceat Commissario Regio extrahere Frumenta recondita in locis immunibus etiamsi fortassis empta contra formam Pragmaticæ. Neapolitana 28. *Septembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 149.

19. Conceduntur Gubernatori Picæni de ordine Sanctissimi Litteræ perquisitionis in forma quòad Frumenta recondita in locis immunibus. Maceraten. 10. *Octobris* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 610.

20. Gu-

20. Gubernator Marchiæ vigore afferti Brevis non poteſt prohibere Epiſcopo Auximano, eiuſque Colonis partiarijs, ne abſque ſua licentia in ſcriptis extrahant de loco ad locum intrà fines Provinciæ Frumentum in terris Epiſcopi collectum. Auximanâ 10. *Decembris* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 35.

21. Idem Gubernator non poteſt cogere Eccleſiaſticos ad aſportandum in horrea publica partem ſuorum Frumentorum. *Ibidem.*

22. Idem non poteſt præcipere Miniſtris Montium Frumentorum, ne abſque ſua licentia diſtribuant in ſingulos annos ſtatutis temporibus Frumentum pauperibus. *Ibidèm.*

23. Circà Edicta publicata à Gubernatore Peruſiæ ſuper aſſignatione Frumentorum, præcipitur eidem, ut publicet novum Edictum totalitèr conforme Edicto Eminentiſſimi Camerarij edito *die* 19. *Augusti* 1697., cum revocatione Edicti publicati ab eodemmet Gubernatore, ſeù Præſide *die* 14. *d. menſis.* Peruſinâ 30. *Sept.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 618. *& ſeq.*

24. Communitas Oppidi Centi in Legatione Ferrarien. tenetur ad recipiendum Frumentum Menſæ Epiſcopalis Bononien (cum jàm ſe ad hoc obligaverit, dummodò d. Menſa clauderet furnum in d. loco) recollectum in territorio Centi pretio maiori Calmerij de menſe Novembris, & Decembris, dummodò d. Frumentum ſit mercantile, & planè mundum. Tenentur paritèr Miniſtri d. Menſæ infrà totum menſem Octobris notificare Miniſtris Annonæ ſe promptos eſſe ad vendendum Frumentum, & exprimere quantitatem tradendam. Bononien. 5. *Januarij* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 2.

25. Iniungitur Eminentiſſimo Legato, ut præfigat terminum 15. dierum d. Communitati Centi ad emendum Frumentum d. Menſæ Archiepiſcopa-

lis, quo elapſo liceat eidem Menſæ aperire furnum ad effectum, ut dicitur *di ſpianare* præfatum Frumentum. Bononien. 17. *Martij* 1696. *lib.* 2. *dec. Vallem. p.* 12.

26. Appaltatores Piſtrinorum renuentes ſe accomodare appretiationi factæ ſuper Triticum Eccleſiaſticorum Cenſuras incurrunt. Tudertinâ 27. *Julii* 1683. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 211.

27. Ad ſupplicationem Reipublicæ Lucanæ à Sanctiſſimo Sac. Congr. remiſſam petentis Frumentum Eccleſiaſticorum debere vendi Miniſtris Reipublicæ, & prohiberi Eccleſiaſticis vendere panem minutatìm confectum ex frumento recollecto in bonis proprijs Eccleſiaſticorum; Sac. Congr. auditis informationibus deductis ab utraque parte, cenſuit; ſi Sanctiſſimo placuerit, poſſe præfato Clero; Jus, & Libertatem eidem ex diſpoſitione Sacrorum Canonum, & declarationibus Sac. Congr. competentem vendendi minutatìm panem confectum ex Frumento in bonis proprijs recollecto ſuſpendi per ſeptennium proximum futurum, cum infraſcriptis conditionibus.

I. Quod Eccleſiaſtici utriuſque Cleri intrà menſem Septembris declarare debeant in Actis Curiæ Epiſcopalis, an velint dare Frumentum recollectum in proprijs bonis Miniſtris publicis, & in qua quantitate? factâque declaratione cum oblatione Frumenti teneantur tradere quantitatem oblatam, & ad id cogi debeant per Curiam Epiſcopalem.

II. Quod tota quantitas Frumenti à Clero tàm Urbano, quàm Forenſi intrà ſex milliarios reſpectivè tradenda, non excedat ſtaria duodecim millia.

III. Quod Frumentum præfatum ſolvi debeat vel pretio currenti de tempore traditionis cum augumento duorum Juliorum Romanorum pro quolibet rubio Romano, vel maiori, & altiori pretio,

quo

quo fuerit venditum Frumentum in locis publicis Civitatis de mensibus Novembris, & Decembris. Et casu, quo Ecclesiastici vendere velint Frumentum ante prædictos menses Novembris, & Decembris, tunc teneantur Ministri publici illud recipere, & solvere pretio currenti de tempore traditionis cum præfato augumento duorum Iuliorum.

IV. Quod Frumentum debeat mensurari ad mensuram consuetam in platea Civitatis, ubi publicè venditur, & tàm mensura, quàm consignatio fieri à Clero Urbano intrà Civitatem in horreis, vel domibus, in quibus Ecclesiastici illud retinent; Frumentum verò dandum à Clero forensi teneantur Ministri Annonę suscipere ex horreis, vel domibus, ubi Frumentum reperitur, & proprijs sumptibus transportare, pretiumque solvere utrique Clero in actu consignationis Frumenti; quod esse debeat qualitatis recipientis, & ut vulgò dicitur, *Mercantile*.

V. Quod quolibet anno in mense Septembris eligantur duo Periti, alter à Clero, alter à Ministris Annonæ, quorum judicio standum sit super qualitate Frumenti consignandi, & unitìm eligatur etiam Tertius, qui in casu discordiæ Peritorum suum tunc debeat ferre iudicium, cui Partes stare debeant.

VI. Quod Ministri publici teneantur declarare in mense Octobris, an velint accipere Frumentum oblatum ab Ecclesiasticis. Et eveniente casu, quo illud non recipiant cum prædictis conditionibus, sit in omnium, & singulorum Ecclesiasticorum arbitrio redire ad usum Canonicæ Libertatis vendendi minutatim panem confectum ex Frumento recollecto in proprijs bonis; quod pariter ijsdem liceat casu, quo prędicti Ministri patiantur, seu tolerent aliquem Laicum minutatìm vendere in Civitate

panem ex proprio Frumento confectum.

Aliâ insuper adiecta clausula, quod præsens indultum per septennium sit servandum, & nullo unquàm tempore ad exemplum trahi possit. Lucanâ 20. *Martii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 209.

28. Additur pro declaratione præfati decreti, quod pro pretio regulando Frumenti vendendi ab Ecclesiasticis Ministris habeatur ratio ad pretium illius Frumenti, quod in locis publicis venditur, & dicitur *di panizzare*, non autèm ad pretium Frumenti, quod dicitur *da Seme*. In reliquis in decisis. In eadem 21. *Martii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 278.

Vide verbo *Furnus* n. 2. & seq.

Verbo *Laboratores* num. 2.

F U G A

BIrruarius, qui impedivit Fugam Sacerdoti eum detinens per pallium, absolvitur ad cautelam à Vicario Apostolico cum facultate Sac. Congr. In una S. Agathæ Gothorum 2. *Junii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 225.

V. verbo *Remex* n. 15. 17., verbo *Miles* n. 9. 10.

F V G I E N S

REpositus in carceribus laicis nomine Ecclesiæ usque ad discussionem articuli Immunitatis, si ex illis fugiat, & ob alios excessus capiatur à Curia Laica, non gaudet amplius Immunitate, quià articulus Immunitatis expiravit per fugam. Assisien. 1. *Martii* 1677. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1387.

Vide verbo *Extractus* n. 4.

FVR-

FVRNVS

1. FVrni ſpectantes ad Eccleſiaſticos gaudent exemptione. Nuſcanâ 20. *Martii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 33.

2. Capitulum, & Clerus habere poſſunt Furnum proprium, eoque uti, & locare ad uſum Furni perſonæ ſibi benevifæ ad effectum, ut dicitur *di ſpianare* eorum frumenta. Eugubinâ 9. *Martii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 116.

3. Clerici, & Eccleſiaſtici poſſunt aperire Furnum ad effectum *di eſitare* eorum frumenta, dummodò ſint recollecta in proprijs bonis tàm Eccleſiaſticis, quàm Patrimonialibus. Ravēnaten. Spoletanâ, & alijs 25. *Sept.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 67. Civitatis Plebis 9. *Sept.* 1679. *lib.* 4. *decr. Alt. p.* 1831., & 20. *Febr.* 1680. *d. lib. pag.* 1932.

4. Supèr competentijs Epiſcoporum in aperitione Furni viſum fuit Sac. Congregationi particulari deſupèr habitæ, non poſſe, nec expedire decretum, ſeù regulam generalem præſcribere ob diverſas rationes, & circumſtantias, quæ in unoquoque loco intercedunt: Sed quod in caſibus particularibus provideatur inſimùl per utranque Sacram Congr. ſcilicèt Immunitatis, & Boni Regiminis *die* 21. *Julij* 1689. *lib. decr. Martelli pag.* 499.

5. Sac. Congr. ex remiſſione Sanctiſſimi pluriès auditis Eccleſiaſticis, & Appaltatoribus Veliterni, quòad expenſas factas pro aperitione Furni Eccleſiaſticorum, cenſuit, quod præviâ ſolutione ſcutorum quinquaginta, & factâ obligatione per Appaltatores de ſolvendo inſupèr quidquid fuerit judicatum, nec non ſoluto pretio frumenti Eccleſiaſticorum ad rationem Juliorum quadraginta trium pro quo-

num, factâ tamèn declaratione in principio mensis Octobris quantitatis frumenti, ut dicitur, *di spianare*. Et quatenùs Em. Abbas non deveniat ad declarationem, servetur decretum in Faventinâ. Assisien. 1. *Oct.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. pag.* 523.

12. Licet Em. Cardinali *fare spianare*, ut dicitur, in proprio Furno frumentum recollectum in bonis Patrimonialibus, & Beneficiorum, attento, quod Abundantiarij recusant emere frumentum ipsis exhibitum debitis temporibus. Cesenaten. 18. *Oct.* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2275.

13. Quandò Priores Communitatis præsumunt impedire Episcopum in sua libertate aperiendi Furnum, recusantibus ipsis emere frumentum Mensæ Episcopalis, Sac. Cong. rescripsit: detur Decretum in Faventina *sub die* 20. *Martii* 1695. secundùm quod Episcopus se gerat. Faventina 24. *Octobris* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 252.

14. Licet Ecclesiasticis, qui recipiunt Franchitias farinæ in cartella, retinere Furnum pro usu proprio. Melphien. 13. *Maii* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 129.

15. Non licet Gubernatori visitare Furnos Ecclesiasticorum. Vrbevetanâ 9. *Novembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 227.

16. Ecclesiastici coquentes panem in Furno publico Baronis, in quo solvunt omnes onus Furnatici, quatenùs voluntariè utantur tali Furno, tenentur ad solutionem d. oneris. Larinen. 28. *Septembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 148.

17. Communistæ, qui destruxerunt Furnos Ecclesiasticorum, absolvantur, quatenùs supplicent, & reædificent Furnos destructos. Brundusina 1. *Novembris* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 2279.

18. Furni intrà Claustra Regularium existentes

pro

pro ipsorum vsu tantùm inservire debent. Neapolitana 4. Dec. 1628 *lib. 1. decr. Paul. pag.* 115.

19 Et non possunt à Laicis impediri ne ædificentur. Baren. 28. *Junii* 1704. *lib. 3. decr. Vall. p.* 590.

20. Nuncius provideat circa Furnos Regularium Neapolis, ut illis utantur tantùm pro eorum vsu. Neapolitana 2. *Dec.* 1681. *lib. 2. decr. Alt. p.* 2292.

21. Eadem facultas circà Furnos Ecclesiasticorum Neapolis conceditur Archiepiscopo. In eadem 27. *Ianuarij* 1682. *lib. 3. decr. Alt. pag.* 3.

22. Quandò Regulares, & Moniales vendunt fraudulentèr panem coctum in proprijs Furnis in præjudicium Communitatis, Archiepiscopus procedat pro sua prudentia cum facultatibus Sac. Congregat. nè sequantur fraudes sub pœnis gravibus, & quòad Regul. etiàm privationis vocis activæ, & passivæ, non tamèn Censurarum. Panormitana 15. *Maii* 1685. *lib. 3. decr. Alt. pag.* 446.

23. Ad evitandos abusus Furnorum Ecclesiasticorum in locis immunibus, necnon ut Confugiti non inserviant Furnis positis intrà Claustra, ut plurimum habentes ianuas correspondentes in vijs publicis, & tandèm ad evitandas fraudes in præiudicium Annonæ Civitatis Neapolitanæ, & ad instantiam Electorum d. Civitatis; Sac. Congreg. decrevit licere Ecclesiasticis, vel retinere proprios Furnos intrà Claustra inserviendos, & exercendos per proprios Ministros, vel illos etiàm locare personis sibi benevisis, extrà tamèn locum immunem; & Eminentissimus Archiepiscopus, & D. Nuncius respectivè ad proprios subditos procedant, ne fraudes committantur, & fraudantes puniant. Neapolitanâ 10. *Martij* 1693. *lib. 1. decr. Vallem. pag.* 30.

FVR,

FVR, FVRTVM

1. FVr Pixidis in Ciborio, in qua servatur SS. Eucharistię Sacramentum spargens Particulas in Ciborio, benè, & validè fuit ab Episcopo extractus ab Ecclesia, & causa remittitur ad S. Officium. Lucana 2. *Dec.* 1681. *lib.* 2 *decr. Alt. p.* 2290.

2. Et quatenùs Sac. Congr. S. Officii renuat procedere in hac causa, Episcopus procedat ipse juxtà suas ordinarias facultates. In eadem 23. *Januarii* 1682. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 8.

3. Fur Pixidis cum indecenti projectione SS. Sacramenti in terram mandante Sanctissimo cùm istud sit crimen læsæ Maiestatis Divinæ, & Hæresis, consignatur à Curia Ecclesiastica, in cujus fortijs existit, Curiæ Seculari condignè puniendus. Siracusana 6. *Aprilis* 1692. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 132.

4. Mandatur Archiepiscopo, ut extrahat à loco immuni Furem sacrilegum Pixidum à Tabernaculo, ac retineat in carceribus Ecclesiasticis, etiàm adhibitâ particulari custodia, conficiat processum, ac transmittat. Neapolitana 22. *Januarii* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 71.

5. Furans verò Pixidem, seù vas sacrum, gaudet Immunitate Eccles. si tempore Furti non extet in Pixide SS. Eucharistiæ Sacramentum. Squilacen. 26. *Maii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 128.

6. Sic quatenùs constet Particulas repertas apud Furem sacrilegum non esse consecratas, Fur restituendus est Ecclesiæ; de rebus verò Furto sublatis Episcopus disponat proùt juris. Eugubina 3. *Febr.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 895.

7. Fur rerum sacrarum, & signantèr Pixidis, sine tamèn Particulis, pacificè, & quietè degens in

in loco Furti gaudet; sed annuente Sanctissimo condemnatur ad pœnam extraordinariam exilij, Civitatis Castellanæ 10. *Junij* 1681. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 2204.

8. Itèm Furans in Ecclesia Argenta, & alia pretiosa B M. V. oblata, de rigore non privatur Immunitate, ex gratia tamen Sanctissimi potest puniri pœna Triremium. Placentina 21 *Nov.* 1635. *lib* 2. *decr. Paul. p.* 238. Mantuana 14. *Nov.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 264.

9. Fur sacrilegus quatuor lampadarum argentearum in Ecclesia, & posteà confugiens ad aliam Ecclesiam, & deindè exiens ab ista tempore, quo Baroncellus dedita operâ eum expectabat, ut carceraret, sicutì de facto carceravit, gaudet Immunitate; sed mandante Sanctissimo retinetur in carceribus Ecclesiasticis, & conficitur processus à Curia Episcopali attentis gravibus delicti circumstantijs. Spoletanâ 3. *Julii* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 963.

10. Furans in Ecclesia gaudet Immunitate, sed potest puniri aliqua pœnâ leviori. Squilacen. 18. *Martii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 100.

11. Simplices Fures gaudent Immunitate, adeòque sunt restituendi Ecclesiæ. Soranâ 14. *Januarii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 133.

12. Sed merces, & pecuniæ restituantur integrè reservatis iuribus repetendi alimenta præstita Furibus carceratis, quibus de iure. *Ibidèm.*

13. Cum facultate Sac. Congr. possunt extrahi Fures ab Ecclesijs ad correctionem, quandò reperiuntur actualitèr Furantes. Urbevetanâ 5. *Junii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 127.

14. Curia Episcopalis non potest absque dicta facultate extrahere Fures, nec res Furto sublatas. Perusinâ 1. *Martii* 1695. *d. lib. p.* 176.

15. Neque ad effectum vitandi popularem tumultum. *Ibidèm.*

16. Et si extraxerit, Sac. Congr. mandat Episcopo, ut faciat restitui. *Ibidèm.*

17. Episcopus cum facultate Apostolica potest extrahere res Furto sublatas, dummodò non permittat consignari Iudici laico pro corpore delicti. Ravennaten. 5. *Novembris d. A.*, *& lib. pag.* 227.

18. Verùm jussu Sanctissimi iniungitur Episcopo Faventino, ut consignet Curiæ Legationis Ferrarien. septem Fures detentos in suis carceribus unà cum processu contrà illos formato, cum solita præservatione. Faventinà 17. *Aprilis* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 119.

19. In causa Furti nocturni cum qualitate *di scalata*, ut dicitur, & cum fractura portarum, jussu Sanctissimi datur Legato Urbini facultas examinandi Cancellarium Vicarij foranei, ac procedendi contrà eum, si culpabilis reperiatur. Urbinaten. 25. *Maij* 1694. *d. lib. pag.* 125.

20. Deindè idem Sanctissimus præcepit d. Episcopo, ne ulteriùs procedat in eadem causa, sed procedat Tribunal Legationis. In eadem 5. *Iunij*, *ibi.*

21. Quamvìs Latro extractus gaudeat Immunitate Eccles., attamèn conceditur facultas Ordinario ipsum retinendi aliquo tempore in carceribus pro exemplo aliorum, ac attentà mala ipsius qualitate, & circumstantijs facti. Pisanà 23. *Augusti* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 169.

22. Annuente Sanctissimo conceditur Ministris Montis Pietatis Forolivien., ut possint offerre de pecunijs Montis præmium scutorum 300 detectori, seù propalatori Furti facti cum fractione muri in dicto Monte scutorum 2500. ac etiam conceditur de mandato Sanctissimi facultas Em. Legato promittendi

mittendi impunitatem alicui complici in delicto, arbitrio Eminentiæ suæ. Forolivien. 16. *Martii* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 80.

Vide verbo *Pœna extraordinaria* n. 13. 14.

GABELLA, GABELLARIUS.

1. GAbella Carnis novitèr imposita non est solvenda à Clericis. Asculanâ 30. *Maii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 94.

2. Gabella Vini imposita respectu Cleri, qui supponitur consensisse, non est confirmanda à Sacra Congr., ut petebatur, & non potest, nec debet solvi à Clero. Andrien. 27. *Sep.* 1632. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 138.

3. Gabella imposita super singulis tumulis frumenti non potest afficere Clerum, & Ecclesiasticos. Lucerinâ 11. *Sept.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 201.

4. Gabella, vulgò dicta *della Gratia* imposita singulis modiis grani molendi non potest afficere Ecclesiasticos. Florentinâ 1. *Dec.* 1637. *lib. dec. Paul. p.* 49.

5. Gabella Calcis non est solvenda ab Ecclesiasticis. Neapolitanâ 16. *Julij* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 152.

6. Gabella nuncupata *de Panchi*, non est solvenda per Ecclesiasticos. Nullius Altamuræ 11. *Decembris* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 297.

7. Gabella nuncupata *de Contratti* in contractibus emptionum, & venditionum, non est solvenda per Ecclesiasticos, & PP. Dominicanos, etiam pro parte tangente venditores, seù emptores laicos, non obstantibus pactis, capitulis, & conventionibus per Communitatem cum appaltatoribus factis. Tudertinâ 29. *Maij* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 28. Reatinâ 9. *Apr.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 11. Senogallien. 11. *Maii* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1094.

8. Gabella innovata pro solutione quadraginta duo-

duorum carolenorum pro quolibet foculari nequit comprehendere Ecclesiasticos, non obstante allegata consuetudine immemorabili solutionis dictæ Gabellæ. Baren. 10. *Nov.* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 62.

Vide verbo *Foculare.*

9. Gabella novitèr imposita ab universitate Civitatis, non est solvenda ab Ecclesiasticis, sivè Regularibus, sivè Secularibus. Aquilana 29. *Decembris* 1625. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 75.

10. Monachi non tenentur ab Gabellam pro suis rebus, quæ in Dohanam afferuntur, adeoque iniungitur Episcopo, ut illos tueatur contra molestias Dohanerii. Pisauren. 18. *Novembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 86.

11. Gabellarius, qui prętextu fraudati vectigalis, seù ut dicitur, *di contrabando*, eripuit serica Ecclesiasticorum, absolvitur cum reincidentia, facto priùs deposito penes Personam Ecclesiasticam de ipsis sericis, quatenùs existant; sin minùs, de pretio æquali. Cosentina 16. *Decembris* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 93.

V. Verbo *Vinum* per totum, *Franchitia* n. 54. 55., *Onus* n. 4.

GRASSATOR, GRASSATIO

1. GRassatores non privantur Immunitate Ecclesiastica, nisi reiteratis vicibus delictum Grassationis commiserint. Beneventanâ 20. *Novembris* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 133.

2. Imò de jure requiritur trina Grassatio, ad hoc, ut quis privetur Immunitate Eccles. Aprutinâ 14. *Nov.* 1645. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 262.

3. Et insuper requiritur plena, & concludens probatio quoad trinas Grassationes, ut quis privetur

privilegio Immunitatis. Lauden. 7. Nov. 1651. *lib.* 4. *decr. Paul pag.* 163.

4. Veruntamen justificatis pluribus Grassationibus in publicis viis commissis, extractus non gaudet, & consignandus est Curiæ Seculari. Brugnaten. seù Florentina 11. *Martii* 1681. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2165.

5. Grassator publicus, qui commiserat sex homicidia, & posteà assumpserat habitum Laici in Religione, carceratus ab Episcopo antè professionem, annuente Sanctissimo exuto habitu Regulari conceditur Justitiæ seculari. Mediolanen. 16. *Sept.* 1625. *lib. Scrip. Vet. p.* 71.

6. Quandò verò legitimè non probantur prætensæ Grassationes extractus est restituendus. Cremonen. 2. *Maii* 1661. *lib. decr. Ricci pag.* 232. Fesulana 11. *Sept.* 1685. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 485.

7. Sìc quandò delictum non est commissum in publica via gaudet Reus Immunitate. Albinganen. 22. *Ianuarij* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 33.

8. Mandatur Nuncio, ut constito, quod Reus commiserit unicam Grassationem, reintegratâ Ecclesiâ annuat pro pœna extraordinaria, citrà pœnam tamèn sanguinis. Neapolitanâ 22. *Decembris* 1666. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 75.

9. In causa Grassationis, annuente Sanctissimo datur Gubernatori facultas examinandi Personas Ecclesiasticas, & Ministros Religionis Hierosolymitanæ, eosque cogendi in casu renitentiæ, etiàm per alium, (modò sit Clericus) cum solita præservatione, & procedendi contrà easdem personas, dummodò denuncientur. Viterbien. 19. *Februarij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 172.

GV-

GVBERNATOR

1. GVbernator, Judex, & alij Miniſtri Laici non poſſunt prohibere Executoribus Curiæ Laicæ, quò minùs exequantur monitoria, & mandata Curiæ Eccleſ. etiàm nullâ ab eis petita licentia, ſeù aſſenſu. Macerat. 2. *Sep.* 1664. *lib. decr. Rocci p.* 578. Vercel. 30 *Junii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul, p.* 131.

2. Gubernator debet permittere Epiſcopo liberum vſum Birruariorum, & carcerum laicalium. Civitatis Caſtellanæ 19. *Julii* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1800.

3. Quarè Gubernator carcerans Balivùm Curiæ Laicæ, eò quod ei præſentaſſet præceptum Curiæ Epiſcopalis, excommunicatur. Sutrina 13. *Januarij* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 468.

4. Gubernator denegans claves carcerum communium Curię Eccleſiaſticę gravitèr reprehenditur. Civ. Caſtellanæ 28. *Febr.* 1662. *lib. decr. Rocci p.* 386.

5 Gubernator paritèr reprehenditur acritèr pro carceratione Birruarij Curiæ Epiſcopalis, & ipſi iniungitur, ut ſinè mora eum relaxet cum refectione damnorum. Camerinen. 9. *Martii* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 73.

6. Gubernator non poteſt cogere colonos bonorum patrimonialium Epiſcopi ad mittendum eorum animalia pro ſervitio, & reaptatione viarum, niſi habeat à S. Sede facultatem ſpecialem. Maceraten. 15. *Decembris* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 60.

7. Nèc poteſt prohibere Notarijs, & Officialibus Curiæ Epiſcopalis quìn exercere poſſint officia publica Communitatis. Firmanâ 8. *Aprilis* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 74.

8. Gubernator declaret per ſuum Edictum circà

damna data non esse cogendos Ecclesiasticos ad dandas querelas pro damnis datis in bonis Ecclesiasticis in Curia Gubernatoris. Massana 2. *Iunij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 50.

9. Non potest, nec debet Episcopus permittere Clericum incedentem in habitu, & tonsura, gerere vices Gubernatoris Laici absentis. Civitatis Plebis 25. *Ian.* 1650 *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 97.

10. Gubernator contrà eum, qui in fraudem reassumpsit habitum Clericalem, potest prosequi causam quòad bona, non autem quòad personam. Reatinà 10. *Sep.* 1629. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 6. Nullius S. Laurentij in Campo 17. *Dec.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 68.

11. Iniungitur Gubernatori, ut faciat suos Birruarios excommunicatos parere, alias ill[illegible]s removeat. Maceraten. 16. *Ian.* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 163.

12. Facto verbo cum Sanctissimo iniungitur Gubernatori, ut non impediat, quàtenùs Episcopus procedat ad pœnas spirituales contrà Birruarium, qui Clericum offendit, etiamsi Gubernator prævenerit in captura. Maceraten. 20. *Iunii* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. pag* 100.

13. Gubernator non habet potestatem visitandi molendina Ecclesiast corum, nec molestandi molitores affictuarios eorumdem. Verulanâ 2. *Octobris* 1691. *lib. decr. Grim. pag.* 18.

14. Nec visitandi Furnos Ecclesiasticorum. Vide verbo *Furnus* n. 15.

15. Gubernator tenetur declarare in suo Edicto, quo prohibetur indistinctè nè quis possit emere, & vendere frumenta absque eius licentia, non comprehendi Ecclesiasticos. Guardien. 6. *Aug.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 207.

16. Non potest impedire, seù punire Larvatos die festo de licentia Episcopi. Civitatis Castellanæ

6. Fe-

6. *Februarij* 1694. *d. lib. pag.* 102.

17. Gubernatori, quamvis sit Clericus Coniugatus, datur facultas procedendi contrà Personas Ecclesiasticas, & quomodocumquè exemptas, nec non examinandi, easque in casu renitentiæ cogendi cum solita præservatione. Perusinâ 2. *Iunii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 492.

18. Itèm quamvìs non sit Clericus, datur facultas procedendi contrà Clericum. Amerinâ 24. *Martii* 1688. *lib. decr. Martelli p.* 257.

19. Jussu Sanctissimi aliquandò Episcopus consignat Gubernatori corpus delicti. Aquipendij 11. *Dec.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 160. *& alibi.*

20. Iniungitur Gubernatori, qui mandaverat carcerari reum in loco immuni, ut ipse unà cum alijs Ministris suæ Curiæ omninò adeant Episcopum pro absolutione à Censuris incursis; & simul iniungitur Episcopo, ut benignè illos recipiat, & dictum Gubernatorem, & Magistratum absolvat privatim, alios verò Officiales inferiores publicè in forma Ecclesiæ consueta. Narnien. 4. *Augusti* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. fol.* 59.

21. In causa occisionis mulieris unà cum fætu Sanctissimus tribuit Gubernatori facultatem procedendi, & iniungit Curiæ Archiepiscopali Firmij, ut consignet carceratum eidem Gubernatori. Asculanâ, seù Firmanâ 15. *Maii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 121.

22. Ad tuendam publicam quietem à Bannitis, & Facinorosis datur Gubernatori Asculi facultas procedendi contrà Personas Ecclesiasticas tàm Seculares, quàm Regulares, & quovìs alio titulo privilegiatas, easque examinandi, & cogendi absque incursu Irregularitatis. Asculana 20. *Oct.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 152.

23. Etiàm extrà Iurisdictionem. In eadem 1. *Martii*

Martii 1695. *d. lib. pag.* 175.

24. Gubernatoris Edictum supèr frumentum, vide verbo *Frumentum* n. 20. & seq.

RECENSENTUR ALIQUI GUBERNATORES EXCOMMUNICATI

1. DAtur Episcopo Narnien. facultas absolvendi privatim Gubernatorem, eiusque Cancellarium ob carcerationem cuiusdam Rei habilitati à Curia Episcopali ad habendam Civitatem loco carceris, impositis pœnitentijs salutaribus, ac de consensu Partis; & quatenùs hæc sit absens à d. Civitate recipiat idoneam cautionem de reficiendis damnis iuxtà summam liquidandam. Narnien. 7. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 85.

2. In honorem Festi Paschalis absolvitur cum reincidentia Gubernator, & Ministri Curiæ Laicalis, eò quia processerunt in quadam causa Clerici Coniugati, & carcerarunt successivè eius consanguineos ob recursus ab ipso factos ad Curiam Episcopalem, dummodò non existant in aliqua actuali læsione Immunitatis Eccles. & se obligent de parendo mandatis Ecclesiæ. Policastren. 30. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 114.

3. Episcopus absolvat cum reincidentia Gubernatorem Civitatis N. qui violenter posuit, ut dicitur *un Banco*, in Ecclesia, quatenùs iudicet dignum tali gratia, & pro sua prudentia id expediens iudicaverit. Isernien. 30. *Octob. d. Anni pag.* 154.

4. Gubernator, & Satellites, qui carcerarunt Balivum Curiæ Episcopalis, absolvuntur in forma privata, abolitis priùs actis factis per Curiam Laicam, & refectis damnis ob d. carcerationem ipsi illatis. Imolen. 10. *Januarij* 1690. *lib. decr. Mart. p.* 561.

5. Itèm

5. Itèm absolvuntur Gubernator, & complices, ob recognitionem corporis delicti factam in Ecclesia absque facultate Apostolica. Nullius Sancti Marci 21. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 87.

6. Itèm Gubernator, qui propriâ auctoritate extrahi fecerat ab Ecclesia cadaver ad effectum recognoscendi corpus delicti. Portuen. *eadem die p.* 87.

7. Itèm Gubernator Atini, Ministri, & Executores Curiæ Laicalis ob carcerationem, & læsionem Clericorum. Atini 17. *Ap.* 1694. *d. lib. pag.* 119.

8. Insupèr ob carcerationem Cursoris Curiæ Episcopalis. *Ibidèm.*

9. Prætereà sustinentur Censuræ contrà dictum Gubernatorem, eò quod vulneraverit Cursorem d. Curiæ. *Ibidèm.*

10. Rursum idem Gubernator absolvitur, impositis gravibus pœnitentijs salutaribus, quia carceraverat duos Clericos Salvaticos. In eadem 9. *Julii* 1695. *d. lib. pag.* 200.

11. Contrà Gubernatorem Minerbinen. Episcopus procedat ad aggravationem Censurarum supèr earum contemptu, & procedat etiam iuridicè super Edicto læsivo Libertatis Ecclesiasticæ, ex eo quia prohibebat Secularibus emere, & recipere panem franchitiarum Ecclesiasticis debitarum. Minerbinen. 6. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 155.

12. Et iniungitur Nuncio Apostolico, ut instet apud d. Proregem, ut condignè puniat Gubernatorem pro publicatione præfati Edicti. *Ibidèm.*

13. Rursum contrà præfatum Gubernatorem denuò proceditur ad aggravatorias ob spretum Censurarum. In eadem 8. *Dec. d. Anni*, & *lib. pag.* 160.

14. Prævià consignatione carceratorum in manibus Curiæ Ecclesiasticæ, præstitâ cautione de in omnibus parendo mandatis Ecclesię, datur facultas absol-

absolvendi d. Gubernatorem cum reincidentiâ post mensem, quatenùs se gesserit cum debito respectu ergâ Censuras, saltem ab initio Quadragesimæ. In eadem 26. *Martii* 1695. *d. lib. pag.* 179.

15. Denuò iniungitur Episcopo, ut procedat proùt de iure contrà Gubernatorem d. Civitatis, & alios pro Edictis læsivis Ecclesiasticæ Libertatis, & ut suprà n. 12. pro extractione à loco immuni, & in reliquis ad ulteriora procedat super spretu Censurarum. In eadem 19. *Apr. d. Anni, & lib. pag.* 183.

16. Insuper quia carceraverat duos Clericos Salvaticos datur facultas eumdem absolvendi, constito de reintegratione Ecclesiæ, & præviâ obligatione de non incurrendo ampliùs in similia, & impositis gravibus pœnitentiis salutaribus. In eadem *d. Anni, & lib. pag.* 200.

17. Gubernatorem Carinolen. eiusque Ministros prævio deposito penes Personam Eccles. summæ exactæ à custode animalium Clerici carcerato, eò quia Clericus non obedierat eius Edicto edito circa animalia, Episcopus absolvat cum reincidentia, quatenùs humilitèr petat. Carinolen. 19. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 203.

18. Insuper contrà eumdem procedit super spretu Censurarum. In eàdem 6. *Augusti d. Anni, & lib. pag.* 207.

19. Constito de reparatione Ecclesiæ violatæ ob extractionem Confugiti in eadem arbitrio Episcopi absolvitur privatè Gubernator, alij verò in forma consueta, prævio tamen consensu omnium interesse habentium, qui sunt in Diœcesi, & prævia cautione de reficiendis damnis, & parendo mandatis Ecclesiæ. Theanen. 4. *Junij* 1695. *d. lib. pag.* 193.

20 Sic Gubernator Avellinen. absolvitur privatè, eius autem Minister publicè, ob carcerationem Clerici

Clerici. Avellinen. 8. *Maii* 1694. *d. lib. p.* 21.

21. Gubernator Verulanus, seù ejus Curia excommunicatur, quia visitavit molendina Ecclesiasticorum, & carceravit Molitores Affictuarios eorumdem. Verulanà 2. *Octobris* 1691. *lib. decr. Grim. pag.* 18. Vigilien. 12. *Nov.* 1704. *lib* 3. *decr. Vall. p.* 627.

22. Gubernator Castri Turris absolvitur, dummodò revocet præceptum factum Officialibus Confraternitatis de non egrediendo à dicto loco nisi soluta dote quibusdam mulieribus debita ab ipsa Confraternitate, & revocet omnia alia læsiva Libertatis Ecclesiasticæ. Alatrinâ 13. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 10.

23. Proceditur contrà Gubernatorem retinentem fructus cuiusdam Beneficii. Aquilanâ 1. *Ian.* 1695. *d. lib. pag.* 165.

24. Attentâ reintegratione Ecclesiæ, & prævio consensu Partis, ac Juramento de non incurrendo amplius in similia, absolvitur Gubernator cum suis Ministris ob carcerationem Clerici, & sequestrationem rerum eiusdem. Materanen. 12. *Nov.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 227.

25. Item constito de reintegratione, & cum supradictis conditionibus absolvitur Gubernator privatè, sed servata forma, alii verò in forma consueta, qui carceraverant custodes animalium Clerici. Carinolen. 17. *Dec. d. A. & lib. pag.* 235.

26. Gubernator, eiusque Ministri absolvuntur cum reincidentia, prævia cautione de parendo mandatis Ecclesiæ, & quatenùs humiliter, & personaliter petant. S. Severinæ 17. *Dec. d. A. & lib. pag.* 236.

27. Attentą abolitione actorum, & prævia obligatione de abstinendo à similibus, absolvitur Gubernator, qui processum formaverat contrà Sacerdotem. Asculanâ 31. *Aug.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 311.

28. Præ-

28. Præmissis consuetis conditionibus, & facta obligatione de servando impostèrùm debitum respectum Immunitati, & Jurisdictioni Ecclesiasticæ, absolvitur Gubernator cum suis Ministris ob carcerationem Clerici. Nepesinâ 18. *Sept. d. A. & lib. p.* 314.

29. Gubernator Frosinonis absolvi potest à Confessario, eius autem Ministri absolvantur ab Episcopo privatè ob excarcerationem detentorum in carceribus laicis vigore mandati Curiæ Episcopalis. Verulanâ 3. *Aug.* 1694. *lib.* 1 *decr. Vallemani pag.* 138.

30. Locumtenens Frosinonis, eò quod testem examinatum in Curia Ecclesiastica super loci Immunitate carceraverat, iubetur accedere ad Urbem. Verulanâ 14. *Jan.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 133.

31. Locumtenens positis solitis conditionibus absolvitur in forma Ecclesiæ consuetâ ob perquisitiones in Ecclesia factas. Hydruntina 9. *Februarij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 105.

V. verbo *Absolutionum exempla* n. 29. & seq.

Verbo *Censuras non sustineri* n. 2., *Censuræ nullæ* n. 19.

HABITUS CLERICALIS

1 Irregularitas ex homicidio voluntario non impedit reassumptionem Habitus Clericalis, & Episcopus procedat proùt de iure. Civitatis Ducalis 10 *Martii* 1699. *lib.* 2. *dec. Vallem. p.* 206.

2. Clericus reassumens Habitum post commissum homicidium gaudet privilegio quoad personam tantùm. Gravinen. 7. *Julij* 1699. *d. lib. p.* 230.

3. Item Clericus, qui post renunciationem Clericatus inquisitus à Curia Laica denuò reassumpsit Habitum, gaudet quoad personam tantùm. Spoletanâ 20. *Novembris* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. p* 59.

4. Similiter Clericus, qui per duas vices renunciavit

ciavit privilegio Clericali, & ista renunciatio acceptata fuit ab Ordinario, potest denuò reassumere Habitum, & gaudere. Marsicen. 22. *April.* 1692. *lib. decr. Grim. pag.* 121.

5. Inquisitus de pluribus delictis, & obligatus ad ratiocinia ob officium Syndici Communitatis, de consensu Episcopi reassumens Habitum Clericalem, licèt habeat uxorem, & Filios, gaudet quoad personam, non quoad bona. Soranã 2. *Junij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 51.

6. Item gaudet privilegio fori Clericus reassumens Habitum, postquam exercuit officiū Notarii, administravit publicum Archivium, ac alia officia laicalia. Narnien. 30. *Sept.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 178.

Vide verbo *Clericus Coniugatus.*

7. Clericus Coniugatus soluto matrimonio ritè potuit reassumere Habitum cum decreto Episcopi. Anglonen. 19. *Aug.* 1698 *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 169.

8. Archiepiscopo iniungitur, ut adducat rationes cùr deneget reassumptionem Habitus Clericalis. Tranen. 2. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr Vall. pag.* 8.

9. Quidam Episcopus denegans, seù impediens reassumptionem Habitus adduxit sequentes causas.

I. Quod toto tempore habiti matrimonij cum virgine, & unica, non incesserit in Habitu.

II. Quod non posset promoveri ad superiores Ordines ob imperitiam, & podagræ morbum.

III. Quod non reddiderit rationes administrationum locorum piorum juxtà ordines Episcopi.

IV. Quod exercuerit macellum, & laridariam.

V. Quod esset Vsurarius.

At cùm primæ tres causæ militent in promovendis, non in promotis, duæ autèm ultimæ non justificentur; Sac. Congr. pronunciat: Orator vtatur jure suo quòad reassumptionem Habitus. Civi-

tatis

tatis Ducalis 13. *Ian.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 197.

V. verbo *Clericus quoad Habitus reassumptionem per totum*, verbo *Tertiariæ* n. 3. 7.

HÆBRÆVS

1. HÆbræus confugiens ad Ecclesiam gaudet privilegio Immunitatis Eccles. Sarzanen. 26. *Sep.* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 161.

2. Cognitio causæ commercij carnalis habiti ab Hæbræo cum duabus sororibus Christianis spectat ad Curiam Episcopalem. Mantuanà 7. *Iunii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1749.

3. Causa rixæ Hæbræorum secutæ in eorum Synagoga die festo eorumdem Hæbræorum, attentà præventione spectat ad Curiam Secularem. Senogallien. 15. *Ian.* 1686. *lib.* 3. *decr. Altov. p.* 527.

Vide verbo *Iudæus* per totum.

HÆRES, HÆREDITAS

1. HÆredes personæ Excommunicatæ præstent cautionem de satisfaciendo Parti, antequàm Excommunicatus defunctus absolvatur. Aquilanà 13. *Aug.* 1689. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 387.

2. Successio in Hæreditate bonorum omnium Sacerdotis mortui absque Hærede spectat ad Episcopum, non ad Cameram Ducalem, ad effectum disponendi juxtà regulas Canonicas. Burgi S. Domnini 26. *Aug.* 1669. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 190.

HOMICIDA, HOMICIDIVM

1. HOmicidium proditorium adhùc, ut probetur tale, requiritur amicitia præcedens.

dens. Beneventana 18. *Aug.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 39.

2. Non constat de qualitate proditorij, per hoc quod occisus, & occisor dormierint, & fuerint simùl uno, aut altero die antè Homicidium, cùm, ut fatetur Reus secutum sit ex inopinata rixa; & ideò extractus est restituendus. Ortanâ 23. *Junij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 57.

3. Quandò non constat de qualitate proditionis in Homicidio, extractus gaudet, & est restituendus. *Die* 30. *Sept.* 1624. *lib. Script. Vet. p.* 38.

4. Committens Homicidium, quod non sufficientèr probatur esse exceptum in Bulla, gaudet Immunitate. Amalphitanâ 28 *Sept.* 1660. *lib. decr. Ricci p.* 286. Neapolitanâ 18. *Nov.* 1687 *lib. decr. Marr. p.* 186.

5. Idem dicto de Homicidio insidiosè commisso in Palatio Episcopi, Neapolitana 7. *Septembris* 1688. *d. lib. pag.* 344.

6. Indiciatus graviter, sed judicialitèr negativus de Homicidio proditorio, gaudet Immunitate Eccles. sed cum Sanctissimo agitur pro pœna extraordinaria, quæ non excedat Triremes ad quinquennium; & Sanctissimus Votum exequi mandavit. Firmanâ 11. *Jan.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 166.

7. Reum Homicidij proditorij, & nefandæ libidinis Curiæ Seculari puniendum concedit Sacra Congr. hac tamèn conditione, ut si coràm Judicibus indicia per torturam purgaverit, Ecclesiæ restituatur. Neapolitanâ 14. *Nov.* 1630 *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 62.

8. Clericus extractus reus Homicidij proditorij in Personam Sacerdotis, probati quidem à testibus, sed quòad qualitatem proditionis non confessi à reo allegante causas inimicitiæ, condemnatur annuente Sanctissimo in pœnam extraordinariam, quæ non excedat decennium ad Triremes. Policastren. 13. *Maij* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 131.

9. Ali-

9. Aliquandò Homicida extractus, quem Sacra Congr. declaravit gaudere, annuente Sanctissimo attentis gravibus circumstantijs consignatur Curiæ Legationis pro pœna extraordinaria ad Triremes, quæ non excedat quinquennium. Bononien. 25. *Martii* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 76.

10. Homicidium commissum in loco immuni in Personam Clerici quindecim Annorum inservientis Confugito inimico occisorum ex motu iracundiæ non invento Confugito, non est casus exceptus in Bulla, attamèn ex gratia occisores conceduntur Curiæ Laicæ citrà pœnam sanguinis. Neritonen. 4. *Decembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 18.

11. Idem dic de Homicidio Clerici patrato ab homine commorante in domo eiusdem Clerici, inter quos præcesserant altercationes. Anagninâ 22. *Ianu.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 550.

12. Præcipitur Vicario Generali, ut conficiat processum super qualitate Homicidij prætensi proditorij cujusdam Regularis Laici, & transmittat, & interim cautè custodiat in carceribus Episcopalibus. Cassanen. 29. *Oct.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 745.

13. Contrà Clericum, qui post proditorium Sacerdotis Homicidium confugit ad Conventum Religiosorum, iniungitur Episcopo, ut procedat ad formam Bullæ Gregorij XIV. Oppidanâ 4. *Novembris* 1639. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 84.

V. verbo *Causarum cognitio quoad Exemptos* n. 3.

14. Sanctissimus tribuit Legato Bononien. facultatem procedendi contrà Clericum ob Homicidium patratum cum assistentia personæ pertinentis ad eumdem Clericum, Bononien. 26 *Novembris* 1695. *d. lib. pag.* 230.

15. Iniungitur Vicario Apostolico, ut incumbat carcerationi complicis Homicidij in Ecclesia

patrati

patrati. Soranâ 5. *Maii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 219.
V. verbo *Facultas examinandi* n. 16. & seq., *Facultas carcerandi* n. 4., *Delinquens* per totum.

HORTATORIÆ

1. Litteræ Hortatoriæ Regiæ nequeunt decerni, relaxari, nec exequi à Laicis, nedùm contrà Episcopos, sed nec contrà Ecclesiasticos. Gravinen. 10. *Feb.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 114. Alexanen. 3. *Ap. d. Anni, & lib. p.* 120. Colentinâ 9. *Oct.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 235. Hernien. *Ibidem.*

2. Iniungitur Episcopo, ut respondeat cum Libertate Ecclesiastica ad Litteras Hortatorias. Hieracen. 22. *Sep.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 78.

3. Aliquando, ut non curet de Hortatorijs Regijs, cum non fiot de iure permissæ, & à Sac. Can. improbatæ. Nuscanâ 15. *Febr.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 151. Avellinâ 22. *Iulii d. Anni*, *& lib. pag.* 164.

4. Aliquandò, ut se abstineat respondere dictis Litteris. Vicanâ 26. *Iulii* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 234. Boven. 2 *Maii* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 146.

5. Aliquandò, ut non pareat Litteris ad audiendum Verbum Regium. Lancianen. 22. *Novembris* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul, pag.* 176.

6. Sic Litteris Regijs de transmittenda nota Clericorum Archiepiscopus non pareat. Cosentinâ 17. *Ianuarii* 1634. *lib.* 2. *decr, Paul. pag.* 181.

7. Paritèr Episcopi non debent attendere ad Litteras Regias, sed continuare in residentia suæ Ecclesiæ. Boianen. 2. *Nov.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 104. & 27. *Aug.* 1641. *ibi p.* 154.

8. Contrà Auctores, & Complices dictarum Litterarum Episcopus conficiat processum. Aliphanâ 27. *Februarii* 1674. *lib.* 1. *decr. Altovitii pag.* 901.

9. Sac.

9. Sac. Congr. annullat factum Vicarij Abbatialis vigore Litteræ Hortatoriæ Regiæ tamquàm invalidum, suspendit ipsum à Divinis, ac inhabilitat ad dictum officium, & alia quæcunque, etiamsì profiteatur se hæc fecisse ex mera ignorantia. Nullius Cassiænovæ 13. *Dec.* 1633. *lib.* 2. *dec. Paul. pag.* 179.

Vide verbo *Vicarius Capitularis* n. 19.

Verbo *Vicarius Generalis* n. 15. 16. 17.

10. Scribitur Nuncio Neapolis, ut statìm per viam Monitorij judicialis cogat Episcopum Motulen., qui vocatus per Litteras Hortatorias Regias ibì comparuit in quibusdam causis Ecclesiasticis antè Ministros Regios, redire ad Residentiam sub penis suspensionis, inhabilitatis, privationis, ac alijs arbitrio; nec non mandet Episcopo ubì fabricatus fuit processus contrà dictum Episcopum per Curiam Secularem, ut ser ser. procedat ad Censuras, & pœnas canonicas contrà omnes, qui hac in re quid gesserunt, necnon contrà testes, qui se examinarunt. Insupèr notificet Ministris Regijs, ut omninò se abstineant, & si paruerint, absolvat; sin minùs, contrà eos procedat ser. ser. remedijs Sac. Can., & Apostolicar. Constitutionum; ac supradicta omnia registrare faciat unà cum Litteris Sac. Congr. in actis Tribunalis Nunciaturæ, ut futuris temporibus appareat S. Sedem statìm ac scientiam habuit horum omnium irritasse, ac impugnasse. Baren. 21. *Jan.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag* 79.

11. Archiepiscopus Lancianen. procedere debet contrà Sacerdotem suæ Diœcesis, sed domiciliarium Civitatis Neapolis ob Litteras Hortatorias obtentas à Magistratu Laico ad præfatum Archiepiscopum, nè deveniret ad collationem Beneficij Parochialis sub prætextu, quod nominatio eiusdem spectaret ad quamdam Ducissam; non obstante incom-

competentia Curiæ Archiepiſcopalis Lancianen. à dicto Sacerdote interpoſità, eò quià tamquàm Domiciliarius Civitatis Neapolis eſſet ſubditus Curiæ Archiepiſcopi Neapolitani, à qua ſuper delicto ſibi imputato iam obtinuerat abſolutionem ex capite innocentiæ. Lancianen. 22. *Febr.* 1707. *lib. decr. Maraſ.*

HORTUS

Hortus exiſtens intrà clauſuram Monaſterij Regularium gaudet Immunitate. Farfen. 27. *Aug.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 62.

HOSPITALARIVS.

1. Cuſtos Hoſpitalis durante ſervitio gaudet privilegio fori, ſi Hoſpitale ſit erectum authoritate Eccleſiaſtica. Sulmonen. 28 *Auguſti* 1663. *lib. decr. Rocci pag.* 503. Ripanâ 21. *Martii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 248.

2. Hoſpitalarius ſalariatus, & eius familia Hoſpitalis erecti cum authoritate ordinariâ preſtantes aſſiſtentiam, & ſervitium infirmis, gaudent privilegio fori. Nullius Atini 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 175.

3. Imò Hoſpitalarius, ſeu addictus ſervitio Hoſpitalis, gaudet nedùm privilegio fori, ſed etiàm exemptione pro bonis. Beneventanâ 20. *Martii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 3., *&* 16. *Sep. d. A.*, *& lib. p.* 57.

4. Hoſpitalarius Laicus, qui ſingulis annis eligitur, & deputatur à Confraternitate abſque approbatione Epiſcopi pro ſervitio Hoſpitalis Civitatis Albanen. gaudet privilegio fori. In eadem 2. *Octobris* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 270.

5. Cauſa contrà Hoſpitalarium ad Ordinarium, non ad Gubernatorem ſpectat. Beneventanâ 17. *Decembris* 1650. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 67.

6. Custos Hospitalis defendendus est per Ordinarium à molestijs Curiæ Laicæ. Nullius Abbatiæ S. Rufilij 30. *Nov.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 231.

7. Prior Hospitalis ratione furti à se commissi *in Magazeno* Hospitalis gaudet Jmmunitate Eccles. Viterbien. 8. *Ian.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 111.

8. Jn causa furti qualificati Sanctissimus tribuit Gubernatori Spoleti facultatem procedendi contrà Hospitalarium S. Antonij. Jnteramnen. 17. *Maij d. Anni*, *&* *lib. pag.* 192.

HOSPITALE

1. DOmus nuncupata Hospitale, si non sit constructa authoritate Episcopi ad publicum bonum, non gaudet Jmmunitate. Montis Alti 30. *Septembris* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 15.

2. Visitatio Hospitalis Jncurabilium. Civitatis Neapolis, cum Monasterijs Monialium annexis, spectat ad Archiepiscopum. Neapolitanâ 6. *Maij* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 77.

3. Ad Episcopum pertinet declarare super Immunitate Hospitalis. Marianen. 4. *Decembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 159.

4. Hospitale non habens requisita, reputatum tamèn pro loco immuni communitèr, & in pluribus casibus ut tale veneratum, gaudet Jmmunitate, sed iniungitur Vicario, ut declaret per Edictum deinceps non esse immune. Spoletana 11. *Ianuarii* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 271.

5. Curtile Hospitalis S. Egidii Perusiæ gaudet privilegio Immunitatis. At Tabernacula ubì vinum ibidem venditur ad obvianda inconvenientia omninò amoveantur. Perusina 12. *Iunii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 232.

6. Hos-

6. Hoſpitale S. Mariæ Civitatis Amerinę, dictum Laicorum, gaudet Immunitate, cùm habeat requiſita. Amerina 27. *Maii* 1687. *lib. decr. Martelli p.* 101.

7. Hoſpitale magnum Viterbij non gaudet. Viterbien. 22. *Iunii* 1666. *lib. dec. Borrom. p.* 69.

8. Hoſpitale, quod dicitur *de' vagabondi*, in loco Fabriani, quodque ſolummodò inſervit, ut aiunt *per dar coperto a' poveri*, quamvis erectum auctoritate Epiſcopi, ex hactenus deductis non gaudet. Camerinen. 7. *Maij* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 84.

9. In Hoſpitali erecto pro peregrinis, & infirmis Epiſcopus non permittat introduci per modum hoſpitij Birruarios, ſeù alios miniſtros Curiæ Laicalis, vel quemlibet alium cum armis, & contra attentantes procedat proùt de jure, etiam per cenſuras. Aprutina 1. *Ian.* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 1189.

10. Datur Epiſcopo facultas extrahendi è loco immuni triticum pertinens ad Hoſpitale, quatenùs eidem conſtet de debito Hoſpitalis erga Seminarium, ad effectum ſolvendi creditoribus. Tudertina 9. *Iunii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 128.

11. Itèm datur facultas perquirendi, & extrahendi res furto ſublatas reconditas in Hoſpitali, dummodò res extractæ inſervire non poſſint pro corpore delicti. Spoletana 18. *Dec. d. A. & lib. p.* 162.

12. Conſtito de reſtitutione, & de conſenſu Partis, ac prævio iuramento de non incurrendo amplius in ſimilia, abſolvuntur Conſiliarij Communitatis, qui abduxerant belluas è prædio Hoſpitalis. Caſalen. 3. *Septembris* 1695. *d. lib. p.* 213.

HOSPITATIO

1. AB onere hoſpitandi Milites, Eccleſiaſtici ſunt omninò exempti. Papien. 10. *Sep.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 6.

2. Etiam in bonis Patrimonialibus pro sua portione, & virili. Dertonen. 4. *Dec. d. A. & lib. p.* 18.

3. Onus Hospitationis Militum non est personale, sed mixtum, ideòque Clericus Coniugatus ab eo non est exemptus, nisi concurrat consuetudo. Sulmonen. 13. *Junii* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 120.

4. Episcopus non permittat Hospitationem equorum militarium in atriis, & curtilibus Monasteriorum Monialium. Asten. 5. *Dec.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 61.

5. Ministri publici Civitatis, qui violenter fecerunt reponi fœnum in Claustro Regularium, incidunt in Excommunicationem, sed attenta remotione feni, & prævia aliqua eleemosyna eroganda Ecclesiæ violatæ, consensu Partis, & obligatione de non incurrendo ampliùs in similia, datur facultas absolvendi in forma. Papien. 27. *Augusti* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 110.

6. Officiales, & Milites prævia reintegratione Ecclesiæ, & consensu Partis, absolvuntur ob violentam Hospitationem in domo Canonicali. Augustana Pedem. 9. *April.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 1881.

IMMUNITAS LOCALIS

1 CAusa Immunitatis Localis spectat privativè ad Episcopum. Marianen. 4. *Dec.* 1694. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 159 Bononien. 22. *Apr.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 148 Spoletanâ 8. *Julij d. A. & lib. p.* 162. Imolen. 5. *Maij* 1699. *d. lib. pag.* 218. Militen. 31. *Aug. d. lib. p.* 310. *& alibi.*

2. Constat de Immunitate loci, quandò publicâ æstimatione locus censetur immunis, & in praxi carcerati in eodem loco fuerunt liberati tamquam capti in loco immuni. Balneoregien. 12. *Septembris* 1684.

1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 364.

3. In causis S. Officii Immunitas Ecclesiastica nulli suffragatur. Firmana 27. *Aprilis* 1655. *lib.* 5. *dec. Paul. pag.* 62.

4. Associans SS. Eucharistiæ Sacramentum gaudere debet Immunitate Eccles. Beneventanâ 3. *Sept.* 1636. *lib.* 3. *dec. Paul. p.* 14. Compsana 6. *Julii* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1414.

5. Quoad privilegium Immunitatis, & Constitutionem Gregorij XIV. nulla est differentia inter Clericos, & Laicos, itaut si casus non sint de exceptis in Bulla, Clerici confugiti gaudent, etiamsi delicta mereantur depositionem. Oppiden. 7. *Sept.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 201.

6. In materia Immunitatis procedendum est per viam Censurarum, non capturæ. Verulana 14. *Sep.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 16.

7. Locus, vulgò dictus Palatium Episcopi, contiguus Ecclesiæ Collegiatæ, est immunis; quarè Confugientes ad ipsum gaudent Immunitate. Terracinen. 25. *Jan.* 1650. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 98.

8. Immunitas non suffragatur ei, qui tempore confugii ad locum immunem retinetur à Birruariis, adeò ut non sit liber. Tudertinâ 23. *Dec.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 21. Hyeracen. 26. *Sept.* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 160.

9. Immunitas Ecclesiastica non suffragatur infirmo, qui dùm esset destitutus sensibus, amotus fuit ab Ecclesia, & translatus ad propriam domum, ac ad se reversus, per plures dies tacuit, nec declaravit velle remitti ad locum immunem, & sic ratificavit amotionem. Senogallien. 17. *Nov.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 190.

10. Cum dubitatur de Immunitate loci, Extractus reducendus est in carceribus Eccles. tùm Epis-

copus repetat testes cum interrogatoriis prætensorũ Extractorũ,& impinguet processum super omnibus. Cremonen. 13. *Maii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 253.

11. Sac. Congregatio Immunitatis potest declarare Immunitatem ampliùs non suffragari loco immuni non sacro, proût declaravit eam in futurum non suffragari atrio Inquisitionis Anconæ. Anconitanâ 17. *Nov.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 256.

12. Immunitas partis Monasterii assignatæ pro statione Militum, annuente Sanctissimo suspenditur, & mandatur Episcopo claudi ianuas, per quas patet accessus ad aliam partem Monasterij,& Ecclesiam. Perusinâ 10. *April.* 1663. *lib.decr. Rocci pag.*472. Bononien. 1. *Junij d. A. & lib. p.* 483.

13. In loco immuni, v. g. in Hospitali, ex declaratione Sacræ Congr. non licet in futurum facere citationes, aut alios actus iudiciales ad tenorem Constitutionis Barberinæ contrà Confugitum, quamvìs habitet solùm in dicto loco immuni, & non alibi. Urbevetanâ 16. *Ian.* 1691. *lib. decr. Marr. p.* 719.

14. Conventus Minorum Conventualium suppressus est locus immunis. Soranâ 1. *Dec.* 1671. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 593.

IMPEDIENS, IMPEDIMENTUM

1. IMpediens Jurisdictionem Episcopi Censuris innodatur. Ugentinâ 10. *Martii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 207.

Vide verbo *Recursus* n. 4. 10., *Fructus* n. 5. 6.

2. Itèm Impedientes in exercitio sui muneris Ministros Curię Eccles. Asculanâ in Apulia 9. *Julij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 199.

Vide verbo *Balivus* n. 2. 3. 4.

3. Birruarius impediens fugam Sacerdoti eum de-

detinens per pallium absolvitur ad cautelam. S. Agathæ Gothorum 2. *Iunii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 225.

IMPEDITUS

Impotens accedere ad Urbem pro obtinenda absolutione, & restituere Extractos, vide verbo *Accessus ad Urbem* n. 9. & seq., *Impotens restituere*, *Paupertas* n. 3. & seq.

IMPOSITIO

1. IMpositio supèr aquis stillicidij non est solvenda per Ecclesiasticos. Parmen. 1. *Dec.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 51.

2. Impositio, ut dicitur *di due cavalli per Caraffa di Vino*, non comprehendit vinum per Laicos emptum à Clericis. Monopolitanâ 7. *Aug.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 126.

3. Impositio Communitatis quatenùs sit extinctiva subsidij, ex Chirographo Sanctissimi comprehendit Ecclesiasticos. Auximanâ 25. *Maii* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 64.

4. Impositio, seù onus peculare non est personale. Fanen. 10. *Julii* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 123.

5. In Impositione collectæ pro expensis factis occasione suspicionis pestis annuente Sanctissimo comprehenduntur etiàm Ecclesiastici tàm Seculares, quàm Regulares, & privilegiati, etiam titulo oneroso juxtà formam litterarum expeditarum pro Civitatibus Ferrariç, & Ravennæ mensibus Septembris, & Octobris preteritis. Urbinaten. 5. *Martij* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 96. Viterbien. 16. *Apr. d. Anni*, *& lib. p.* 114. Ortanâ 15. *Oct. d. Anni*, *& lib p.* 211.

Vide verbo *Onus*, *& Collectæ* per totum.

IMPUNITAS

1. EXtractus obtentâ Impunitate à Sac. Cong. confessus est diversas grassationes, & tractatus cum alijs habitos *di ricattare* (ut aiunt) suum Archiepiscopum, ac Gubernatorem, non obstante, quod renunciaverit Immunitati Ecclesiasticę, gaudet Immunitate, adeòque est restituendus. Beneventanâ 26. *Septembris* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 426.

2. Sanctissimus tribuit Legato Urbini facultatem cogendi coniunctos cuiusdam inquisiti, etiam Clericos, & Patentatos Curiæ Episcop. ad promittendum de non offendendo socium criminis, quatenùs non adsint coniuncti seculares idonei. Urbin. sivè S. Angeli 14. *Aug.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 139.

Vide verbo *Furtum* n. 22.

INCENDIARII

1. GAudent Immunitate mulieres detentæ in Hospitali dedita operâ incendiariæ ipsius Hospitalis, & ideò unâ ex eis carcerata in dicto Hospitali est eidem loco restituenda. Et Vicarius mandans, Superior Hospitalis consulens, ac Birruarij exequentes carcerationem, consulant conscientiæ suę. Ferrarien. 13. *Maii* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 129.

INCORRIGILIS

1. REquiritur sententia declaratoria Judicis Ecclesiastici supèr incorrigibilitate Clerici antequàm possit consignari Curiæ Laicæ. Hyeracen. 26. *Augusti* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 12.

Vide verbo *Judex Laicus* n. 3.

2. Eje-

2. Ejectus à Religione tamquàm Incorrigibilis gaudet privilegio fori juxtà decretum editum de ordine F. M. Urbani VIII. de Regularibus Apostatis, & Ejectis. Nolanâ 11. *Maii* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 253.

3. Conceditur facultas extrahendi Incorrigibilem, & induratum in suis iniquitatibus existentem in loco immuni, & retinendi in carceribus Ecclesiasticis ad correctionem usque ad novum ordinem Sac.Cong. Sarzanen. 20. *Sep.* 1667. *l.* 1. *dec. Alt. p.* 162.

4. Datur facultas extrahendi Clericos Incorrigibiles, & vitæ scandalosę, & retinendi in carceribus ad correctionem. Lycien. 18. *Iunii* 1669. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 368. Lauretanâ 2. *Martii* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1357. Asculanâ 31. *Aug.* 1677. *ibi p.* 1449. Terracinen. 13. *Aug.* 1678. *ibì p.* 1627.

5. Similitèr Sacerdos vulnerans propriam concubinam, & dans signa Incorrigibilitatis, extrahitur cum facultate Sac. Congr. & retinetur in carceribus ad correctionem. Bituntinâ 11. *Julij* 1676. *lib. decr. Altoviti pag.* 1276.

Vide verbo *Clerici Coniugati quòad officia* n. 13.

INDULGENTIÆ

QUòad consuetudinem assertam immemorabilem in Civitate Firmij, & aliarum in Piceno, publicandi per Magistratum Laicum Brevia Indulgentiarum absque licentia, seù participatione Tribunalis Ecclesiastici, Sac. Congr. decernit Ministros Laicos, quòad præteritum non esse ampliùs molestandos; sed quòad futurum non licere sinè licentia Ordinariorum, & omninò abstineant. Firmanâ 12. *Junii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 494.

INDULTUM

Vide verbo *Brevia*, verbo *Contributio* n. 1. & seq.

INFANTICIDIUM

1. MAter prætensa rea Infanticidij extracta ab Hospitali ad formam Bullæ gaudet Immunitate, adeòque est restituenda dicto loco immuni. Civitatis Castelli 7. *Septembris* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 228.

2. Causam Infanticidij secuti cum qualitatibus stupri, & incestus, Sanctissimus avocat à Curia Episcopali, & eam transmittit Gubernatori Perusiæ, necnon mandavit ipsi consignari à Curia Episcopali mulierem detentam in carceribus Ecclesiasticis unà cum processu originali cum solita præservatione. Spoletanâ 28. *Octobris* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag* 253.

V. verbo *Mater* n. 1., *Facultas carcerandi* n. 4.

JNFIDELIS

Vide verbo *Serva*, *Sclavus* per totum.

JNFIRMVS

Vide verbo *Archidiaconus* n. 3., verbo *Accessus ad Urbem* n. 11.

JNFORMATIO

1. COntrà Episcopum indicatum reum violatæ Jmmunitatis Eccles. iniungitur Nuncio, ut capiat informationes secretas, & transmittat Sac. Congr. Hyeracen. 23. *Junii* 1695. *lib. decr. Vallemani pag.* 56.

2. Scribitur Metropolitano pro secreta informatione, an verum sit quemdam Episcopum habere conniventiam cum Gabellarijs farinæ in præjudicium Ecclesiasticorum, negligendo eis assistere pro debitis franchitijs, eò quià recipit pecuniam à

dictis

dictis Gabellarijs? Lucerinâ 17. *Septembris* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 192.

3. Sæpè committitur Nuncio, ut capiat supèr enarratis in memoriali, quod ei transmittitur contrà Episcopum secretam Informationem extrajudicialem, & transmittat. Troianâ 14. *Ap.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 18. Regien. 25. *Sep.* 1696. *ibi p.* 50.

4. Sac. Congr. iniungit Episcopo, ut informet, & interìm tueatur Immunitatem Ecclesiasticam prout de jure. In una Montis Falisci 2. *Maii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 43. *& passim alibi*.

5. Aliquandò, ut meliùs informet, & justificet assertas consuetudines infrà terminum unius mensis. Veliternâ 2. *Dec.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 190.

6. Aliquandò dùm petit informari ab Episcopo, scribit etiàm D. Nuncio pro veridica, & secreta informatione. Bisignanen. 26. *Nov.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 229. Theanen. 6. *Dec. d. A.*, *& lib. p.* 234.

INHIBITIO

1. Qui in contemptum Sacrę Cong. post revocatam primam inhibitionem A. C. aliam fraudulentèr ab alio Locumtenente A. C. obtinuit, justificato facto carcerari debet, & detineri in carceribus usque ad novum ordinem Sac. Cong. Rossanen. 15. *Iulii* 1636. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 10.

2. Inhibitio Em. Cardinalis Camerarij circà damna data moderanda est ad præscriptum decreti damnorum datorum. Terracinen. 9. *Decembris* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 107.

Vide verbo *Damna*.

3. Scribitur Episcopo, ut in causis violatæ Immunitàtis, Libertatis, aut Jurisdictionis Ecclesiasticæ procedat, non obstante inhibitione cujuscum-

que

que Tribunalis, etiàm A. C. Cellonen. 21. *Jan.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 763. Oftunen. 11. *Aprilis* 1693 *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 36. Policaftren. 21. *Junij* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 158.

4. Jnhibitio Epiſcopi facta Curiæ Seculari de non procedendo in cauſa oſculi violentèr illati puellæ ad effectum illam ducendi in Matrimonium, iàm judicatâ per Epiſcopum, ſuſtinetur. Ferentinâ 4. *Maij* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 282.

5. Hujuſmodi inhibitione non obſtante, in cauſa inſultus tentati à Laico contrà Clericum Bigamum Curia Laica procedere poteſt. Viterbien. 4. *Septembris* 1703. *lib. decr. Vallem. pag.* 515.

6. Jnhibitio Curiæ Epiſcopalis ad favorem Coloni Monialium ſervanda eſt pro oneribus merè perſonalibus. Vrbevetanâ 11. *Septembris* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 663.

7. Inhibitio Epiſcopi facta Communitati ne exigeret collectas communitativas pro bonis Eccleſiaſticorum ſervanda eſt quòad ipſos Eccleſiaſticos, quò verò ad eorum Colonos meliùs Epiſcopus informet de qualitate onerum, & formâ exactionis. Imolen. 19. *Dec.* 1690. *lib. decr. Mart. p.* 699.

8. Epiſcopus non concedat inhibitiones Clericis conjugatis non habentibus requiſita. Tudertinâ 20. *Decembris* 1697. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 183.

9. Epiſcopus non poteſt poſt introductionem cauſæ in foro Seculari permittere, ut à ſua Curia concedantur inhibitiones intèr Laicum, & Laicum favore Clerici, aut Perſonæ Privilegiatæ, eo ſolo titulo, quod iſti ſint conſanguinei perſonæ habentis intereſſe in cauſa. Jn eadem Tudertinâ. *Ibidèm*.

10. Jnhibitiones Archiepiſcopi, vel A. C. contrà Epiſcopum in cauſa violatæ Immunitatis, nullius ſunt roboris. Vide verbo *Archiepiſcopus* n. 2., verbo

bo *A.C.*n.2.& ſeq.,verbo *Epiſcopus quoad Immunitatem* n.2.

INJURIA

1. NUllæ declarantur Cenſuræ latæ contrà Gubernatorem, qui apprehenderat Clericum ad effectum, ut duceretur ad Vicarium, puniendum ob verba injurioſa in ipſum prolata. Camplen. 8. *Julii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani p.* 160.

Abſolvitur autèm ad cautelam in forma privata. *Ib.*

INOBEDIENS

COntrà Parochos, Eccleſiaſticos, & alios, ordinibus Em. Archiep. Beneventani Delegati Apoſtolici in cauſa Immunitatis inobedientes, non tractantes ſcilicèt cenſuratos, tamquam cenſuratos, nec obſervare facientes Interdictum in Eccleſijs eidem ſuppoſitis, iniungitur Delegato, ut procedat contra ipſos ad pœnas à jure præſcriptas. Nullius Montis Virginis 19. *Iulij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 203.

Vide verbo *Parochus* n. 6.

INQUISITOR S. OFFICIJ

MIniſtri Jnquiſitoris S. Officij, qui de eius mandato in cauſa homicidij P. Vicarij Jnquiſitionis patrati à quodam Religioſo, fecerunt recognitionem cadaveris in loco immuni, & deindè extraxerunt d. homicidam à Conventu ſuæ Religionis, & ad carceres S. Officij adduxerunt, ex vtroque capite Cenſuras contraxerunt. Cremonen. 1. *Aprilis* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 569.

Vide verbo *Immunitas Localis* n. 3., *Vicarius S. Officij*, *Cenſurati* n. 10.

IN-

INSORDESCENS

PRæcipitur Vicario Generali, ut Excommunicatos renuentes restituere ablatum ab Ecclesijs, aggravet, & reaggravet, & finito anno declaret Insordescentes. Beneventanâ 12. *Februarij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 4.

INSCRIPTIO

CUm Electi Civitatis abstulerint, & destruxerint antiquam Inscriptionem positam super valvas eiusdem Civitatis concernentem ius exigendi quandam Gabellam concessam Monasterio Cavæ, nunc annexo Mensæ Episcopali, & hanc ob causam Excommunicati fuerint, Sacra Congr. rescripsit: reintegratâ Ecclesiâ per restitutionem Inscriptionis antiquæ ad unguem proùt jacebat sumptibus Electorum, datur facultas absolvendi, reservatis juribus utrique Parti super meritis deducendis coram Sac. Cong. Caven. 30. *Ianuarij* 1685. *lib.* 3. *decr. Alt. pag.* 407.

V. verbo *Loca declarata non immunia* n. 8. 9. 13. 14.

INSTANTIA

INstantia causæ inchoatæ coram Judice Ecclesiastico durat contrà defunctum respectu hæredis laici. Aquilanâ 11. *Sept.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 200.

Vide verbo *Appellatio* n. 16., *Ecclesia* n. 6.

INSTRUCTIO

SÆpè de mandato Sac. Congr. per D. Ponentem, vel per D. Secretarium datur, seù dirigitur Instructio

ſtructio Epiſcopo. Peruſinâ 14. *Januarii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 133. Vercellen. 4. *Maii* 1700. *d. lib. pag.* 286.
Vide verbo *Proceſſus Curiæ Eccleſ.* n. 28.

INTERDICTUM

1 CUm Reverendiſſimus Abbas D. Joannes Antonius Bucciarellus Prothonot. Apoſtolicus, I. V. D. ac Vicarius Generalis Capitularis Eccleſiæ Mediolanen. (Hic poſteà aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Narnien.) zelantiſſimus, & accerrimus Immunitatis, & Libertatis Eccleſiaſticæ defenſor ob carcerationem Collateralis, ſcilicèt Baroncelli Curiæ Archiepiſcopalis, & torturam in publica platea ei ſcandalosè illatam, ac alias violentias contrà Juriſdictionem Eccleſiaſticam nonnullos Miniſtros laicos pronunciaverit Excommunicatos, necnon Civitatem Mediolanen. Interdicto ſubjecerit; Sacra Cong. cenſuit Cenſuras latas, & Interdictum præfatum plenè juſtificari ex proceſſu, & juribus tranſmiſſis tàm de jure, quàm ex prudentiali negotiatione; Ideò perſiſtendum eſſe ſuper illius obſervantia, pro quâ ad evitandas oppoſitiones privilegiorũ Regularium datur ampliſſima facultas Vicario Capitulari, ut tamquam Delegatus S. Sedis poſſit cum participatione Capituli, & prudentèr ad eius obſervantiam adſtringere etiam Regulares, & contravenientes punire. Mediolanen. 30. *Martij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 119.
Vide verbo *Oeconomus* n. 3.

2. Intellecto graviſſimo, & ſcandaloſo exceſſu violentæ expulſionis à Regno executæ in Perſonam Epiſcopi Aquilani, Sac. Congr. particularis deſupèr habita iniungit Epiſcopo, ut apponat Interdictum in tota Civitate, & diſtrictu, & procedat contra

trà omnes delinquentes, & complices in dicto excessu. Aquilanâ 31. *Iulii* 1700. *lib.* 5. *Lit. Vallem. p.* 165.

3. Archiepiscopus apponat Interdictum, si ad reiteratas eius monitiones Magistratus non reducit in pristinum jura Ecclesiæ Cathedralis violata ob demolitionem domorum, eiusdem occasione, & prętextu Arcis construendæ. Bituntinâ 12. *Junii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 230

4. De ordine Sanctissimi comminatur Interdictum, nisi infrà mensem Excommunicati ob denegationem franchitiæ Ecclesiasticis debitę resipiscant. Bituntinâ 2. *Januarii* 1672. *lib* 1. *decr. Altov. p.* 638.

5. Attentâ reintegratione Ecclesiæ, aliquandò datur facultas relaxandi Interdictum, & absolvendi Syndicos Civitatis in forma Ecclesiæ, reportatâ obligatione de se abstinendo à similibus, & impositis gravibus pœnitentijs salutaribus. Hyeracen. 4. *Sept.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 516.

6. Conceditur facultas removendi Interdictum arbitrio Episcopi, à quo fuit appositum, firmis remanentibus Censuris contrà Excommunicatos. Rossanen. 15. *Iulii* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 10.

7. Similitèr factâ obligatione instrumentali de non exigendo in futurum à colonis Ecclesiæ portionem colonicam, ac reintegratâ Ecclesia quòad præteritum, datur Archiepiscopo facultas amovendi Interdictum, & absolvendi censuratos in forma. Mediolanen. 30. *Maii* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 97.

8. Interdictum relaxatum contrà Communitatem ob reductionem bonorum ad manus Domini mandatur amoveri prævià declaratione, quod reductio laica non comprehendebat bona Ecclesiastica. Taurinen. 10. *Nov.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1024.

9. Archiepiscopo licuit ad excommunicationis publicationem procedere, & Interdictum apponere

Ec-

Ecclesiæ Prioratus Religionis Hierosolymitanæ ex caufa violatæ Immunitatis. Meffanen. 23. *Sept.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 22.

10. Durante Interdicto Episcopus poterit in alia Ecclefia celebrare facere Miffas in Ecclefia interdicta celebrandas. In una S. Marci 26. *Febr.* 1636. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 24.

11. Tempore Interdicti annuente Sanctiffimo conceditur Monialibus facultas faciendi celebrare Sacrum, & fe communicandi januis claufis. Aquilanâ 29. *Julii* 1624. *lib. Scripturarum Vet. pag.* 28.

12. Interdictum non benè appofitum Epifcopus removere debet. Hyeracen. 21. *Novembris* 1690. *lib. decr. Martelii pag.* 686.

13. Interdictum appofitum contrà Populum, qui eripuit è manibus Curiæ Epifcopalis Sacerdotem, dùm ducebatur ad carceres, amoveatur, cùm proceffus abfque ulla citatione, & non fer. fer. confectus fit. Aliphanâ 24. *Ian.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 764.

14. Licèt Cenfuræ fulminatæ ab Epifcopo contrà Baronem Terræ, & eius Gubernatorem violatores Libertatis, & Jurifdictionis Ecclef. fuftineantur, non tamèn fuftinetur Interdictum ob hanc caufam appofitum eidem Terræ. Hyeracen. 20. *Febr.* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 1932.

15. Interdictum appofitum Ecclefiæ Confraternitatis, ob deficientiam probationum, aliorumque requifitorum, nec fer. fer. in confectione proceffus, non fuftinetur, & ideò amovendi funt Cedulones, & Epifcopus procedat ex integro. Signinâ 18. *Aug.* 1665. *lib. decr. Fani p.* 10.

16. Interdictum appofitum Ecclefiæ ob inconvenientia, quæ fequuntur in ead. Ecclefia ex confugio contumacium Curiæ, non approbatur ut bonum medium, & removeatur, fed medium pro-

prium eſt eiectio, pro qua datur facultas. Boven. 13. *Nov.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. pag* 284.

17. Renovantur Epiſcopo Litteræ, ut omninò pareat removendo Interdictum, nullum à Sac. Cong. declaratum, eò quia ab eodem præcipitantèr fuit relaxatum contrà locum, cuius homines tumultum fecerunt in Palatio Epiſcopi; & ſi ſtatìm non pareat, ſcribendum Metropolitano, ut illud removeat nomine Sac. Cong. Aliphanâ 6. *Oct.* 1665. *lib. decr. Fani pag.* 17. Et acritèr Epiſcopus reprehenditur cum comminatione acceſſus ad Urbem. In eadem 10. *Novembris d. A.*, *& lib. pag* 19.

18. Interdictum appoſitum ob inſultum factum Curſori Curiæ Epiſcopalis Epiſcopus amoveat, & procedat contrà delinquentes proùt de jure. Theanen. 15 *Nov.* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 286.

19. Aliquandò monetur Epiſcopus, ut ſuſpendat Interdictum per menſem, quatenùs expediens judicaverit, & informet. Roſſanen. 31. *Octob.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 154.

20. Quòad executiones factas à Communitate Laica ſuper bonis Conventus N. ob pretenſas collectas, Epiſcopus procedat ad Interdictum locale. Vide verbo *Communitas* n. 5. & ſeq.

21 Interdictum ſuſpenditur in honorem Feſtivitatum ad præſcriptum *in Cap. Alma Mater de ſenten. excommun.* Laquedonen. 17. *Martii* 1659. *lib. decr. Rocci p.* 169. Neritonen. 14. *Dec.* 1666. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 71. Bituntinâ 15. *Martij* 1672, *ibi pag.* 666. Mileten. 18. *Martij* 1673. *ibi p.* 781.

IRREGULARIS, IRREGULARITAS

1. Regulares, ſi poſt recurſum habitum ad Poteſtatem Laicam celebraverint, con-

trahunt

trahunt Irregularitatem. Ulyssiponen. 16. *Novemb.* 1688. *lib. decr. Martelli p.* 373.

2. Celebrans post contractam Excommunicationem, quamvis non fuerit declaratus an contraxerit Irregularitatem, Sac. Cong. Immunitatis remittit Oratorem ad Sac. Congr. Concilij. Vide verbo *Archidiaconus* n. 1., *Vicarius Capitularis* n. 10., *Nuncius* n. 9., *Habitus* n. 1., *Regularis delinquens* n. 2.

JUBILÆUS

JUbilæus non suffragatur excommunicatis, nisi in foro conscientiæ, & nisi secuta ligitimâ satisfactione; imò nec in foro conscientiæ, quandò scandalum est notorium. Mediolanen. 27. *Ian.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 113. Complanâ 10. *Maij* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 90.

IUDÆUS

1 IUdæus captus à Birruariis sub tecto, seù stillicidio Ecclesiæ, gaudet Immunitate. Pisauren. 26. *Martij* 1686. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 550.

2. Hebræus, seù Judæus dolosè extractus ab atrio Inquisitionis Anconæ est restituendus. Anconitanâ 17. *Nov.* 1699. *lib.* 2. *dec. Vallem. p.* 256.

Vide verbo *Immunitas localis* n. 11.
Verbo *Hebræus* per totum.

JUDEX APPELLATIONUM

IUdex Appellationum delegatus à Sede Apostolica in Regno Sardiniæ non potest suspendere Interdictum locale promulgatum à Curiâ Archiepiscopali, nec concedere Absolutiones, vel Inhibitio-

nes in caufis violatæ Immunitatis, Libertatis, & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. In una Sardiniæ 7. *Aug*, 1696. *lib*. 2. *decr. Vallem. pag*. 41.

JUDEX ECCLESIASTICUS

1 Archiepiſcopus Mediolanen. poteſt acceptare deputationem in Judicem Equitum Alcantaræ, Calatravæ, & aliorum, ſibi factam à Rege Catholico tamquàm Magno Magiſtro deputato à S. Sede. Mediolanen. 25. *Sept*. 1657. *lib. decr. Rocci p*. 35.

2. Judex Archiepiſcopatus Panormi gaudet privilegio fori, non autem exemptione à gabellis, niſi concurrat legitima conſuetudo. Panormitana 14. *Jan*. 1630. *lib*. 2. *decr. Paul. pag*. 24.

3. Poteſt punire eum, qui abutitur licentiâ fori Eccleſiaſtici, non autem privativè ad Judicem Laicum, quandò abutens eſt Laicus. Civitatis Plebis 25. *Januarii* 1650. *lib*. 4. *decr. Paul. pag*. 97.

4. Poteſt, ſi vult, præſtare aliquam fidem proceſſui Laicorum ante confugium fabricato, ſed nihilominus ipſe debet formare proceſſum in actibus Curiæ Eccleſ. In una Caſtri Maris 18. *Dec*. 1629. *lib*. 2. *decr. Paul. pag*. 20.

5. Nequit mulctare contravenientes legibus ſecularibus pœnis ab iiſdem legibus impoſitis pro actibus per eaſdem tantùm leges prohibitis. Oppiden. 17. *Dec*. 1641. *lib*. 3. *decr. Paul. pag*. 164.

6. Archiepiſcopus deputet alium Judicem non ſuſpectum Partibus, quandò Vicarius Generalis eſt conſanguineus unius Partis in cauſa venditionis prætenſæ fraudulentæ. Regien. 4. *Maii* 1697. *lib*. 2 *decr. Vallem. pag*. 90.

Vide verbo *Episcopus* per totum, *Vicarius* per totum, *Curia Eccleſiaſtica*.

JU-

JUDEX COMPROMISSARIUS

QUando Laici litigantes compromittunt in Personam Ecclesiasticam, si deindè alter ex iis appellet, tunc causa appellationis spectat ad Episcopum, qui utatur juris remediis contra molestantes, & impedientes directè, vel indirectè exercitium suæ Jurisdictionis. In una Marzorum 31. *Julii* 1691. *lib. decr. Mart. pag.* 749.

JUDEX GRAVAMINUM

Vide verbo *Appellatio* n. 13.

JUDEX LAICUS

1. JUdex etiàm Laicus potest procedere contrà confugientem ad locum immunem proût juris in contumaciam pro delicto. Mantuanâ 10. *Septembris* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 5.

2. Judex Laicus potest procedere contrà custodes animalium Ecclesiarum, & Clericorum damna dantium, ratione culpæ ipsorum custodum. Neritonen. 20. *Decembris* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 118.

3. Judices Laici non possunt procedere contrà Clericos sub pretextu incorrigibilitatis, absque prævia declaratione Episcopi, & alijs de jure requisitis. Papien. 6. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 206.

4. Et ex solo processu contrà Clericum incurrunt in Excommunicationem, etiamsì fiat ad solum effectum notificandi. Gallipolytanâ 9. *Novembris* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 143.

5. Judices, & Ministri Laici non possunt prohibere Executoribus suæ Curiæ, quominùs exequantur monitoria, & mandata Curiæ Eccles., etiàm nullâ ab eis petita licentia, seu assensu. Vercellen.

30. *Junii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 131.

6. Nec præcipere Balivis Curiæ Laicæ ne inserviant, & ne obediant Curiæ Episcopali, & ab eis est revocandum hoc præceptum per actum publicum, cujus copia transmittatur Sac. Cong. Assisien. 21. *Martii* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 274. Vrbanien. *Ibidem pag.* 277.

7. Tamen Judex Laicus potest procedere contrà Balivum inservientem Curiæ Ecclesiasticæ, dummodò inserviat etiàm ipsi Judici, & delinquerit in exercitio officij eiusdem Judicis. Forosempronien. 23. *Septembris* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 21.

8. Non potest inventariare res spectantes ad Ecclesiasticos, etiàm quas indivisim Laici possident cum eisdem. Feretranâ 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 175.

9. Judex Laicus non potest cogere litigantes ad ire ad forum laicum in causis mixti fori; & contrà ipsum Episcopus potest procedere ad Censuras. Perusinâ 14. *Januarij* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 5.

10. Judex Laicus excarcerare non potest carceratum consignatum in eius carceribus à Curia Episcopali, absque Judicis Ecclesiastici licentiâ, & consensu, sed illum recipere, & retinere debet ad omne mandatum eiusdem Judicis Eccles. Oritanâ 27. *Apr.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 124.

11. Judex Laicus non potest ingredi Molendina Ecclesiasticorum ad effectum inquirendi circà fraudes, & mensuras, sed hujusmodi cognitio spectat ad Judicem Eccles. Viterbien. 13. *Augusti* 1647. *lib.* 4. *decr. Paulucci p.* 25.

12. Præceptum Prætoris Apiri iniungens Notarijs, ne sinè eius licentia scriberent contractus pupillorum, & minorum, est læsivum Immunitatis Ecclesiasticæ; quarè præviâ revocatione absolvitur in for-

forma privata. Camerinen. 17. *Novembris* 1699. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 256.

13. Quandò Judex Secularis tempore concessæ citationis cum præcepto de comparendo ad informandam suam Curiam, & requisitoriæ contrà familiarem Eminentissimi Cardinalis, ignorat familiaritatem præfatam, ut asserit, non incidit in Censuras, & præstito per ipsum juramento supèr hac ignorantia, non ampliùs molestetur. Maceraten. 4. *Decembris* 1657. *lib. decr. Rocci pag.* 49.

14. Proceditur contrà Judicem Laicum, eò quod fecerat quoddam præceptum in loco immuni. Narnien. 30. *Julij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 205.

15. Idem antequàm absolvatur debet delere omnia acta facta contrà Ecclesiasticos; satisfacere Parti, & præstare obligationem de se abstinendo à similibus. Astoricen. 21. *Sept.* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2056. Casalen. 15. *Maii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 287. *& al.*

JURAMENTUM

1. PRæstatio Juramenti supèr non machinatione juxtà formam *Cap. petitio de jure jur.* Episcopis est permissa. Taurinen. 17. *Julii* 1635. *lib. decr. Paul. pag.* 30.

Vide verbo *Advocatus* n. 4.

2. Censuratus sæpè non absolvitur nisi prævio Juramento, vel obligatione juratâ de reportando consensum Partis, ac de restituendo, vel reficiendis damnis, vel de abstinendo imposterùm &c.

Vide verbo *Absolutio* n. 49. & seq.

Verbo *Gubernatores Excom.* n. 24. & seq.

JURISDICTIO

1. JUrisdictio Ecclesiastica non læditur per hoc, quod Sacerdos conveniat suum debitorem laicum coràm Judice Laico, dummodò non adsit consuetudo, quod Clerici debeant convenire Laicos coram Judice Eccles. Tricarien. 15. *Martii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 1549.

2. Contra turbantes Jurisdictionem Eccles. Episcopus procedat authoritate suâ ordinariâ. Vide verbo *Episcopus quoàd Immunitatem* n. 2. & alibi.

3. Jurisdictionem, vel Libertatem Eccles. turbantes, vel usurpantes incurrunt Censuras Bullæ Cœnæ. Vide verbo *Bona Mensæ Episcopalis* n. 2., *Extractores* n. 1. 2. & seq., *Judex Laicus* n. 8. & seq.

JUS

1. JUra Episcopi circà exactionem decimæ à colentibus bona in aliquo Territorio, Episcopo ex consuetudine acquisita, sunt tuenda. Belicastren. 26. *Augusti* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 11.

2. Statutum Civitatis supèr retractu Juris congrui in venditione rei stabilis ligat Clericos conjugatos, nisi adsit consuetudo in contrarium ad favorem eorumdem. Beneventanâ 5. *Maii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 30.

3. Jus præsentandi, vide verbo *Congregatis Concil. Trid.* num. 1.

4. Jus probandi legitimam consuetudinem, ut in Insulanâ 12. *Ianu.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 265.

5. Quandò non obstantibus Censuris liceat Partibus deducere sua Jura in Sacra Congr., vide verbo *Absolutio* n. 89., verbo *Censuras non sustineri* n. 3.

6.

6. Jura pro alimentis, vide verbo *Furtum* n. 12.

7. Jura super pascua animalium, v. v. *Pascua* n. 9.

8. Aliquando præfigitur terminus Partibus ad deducendum sua jura in Sacra Congregatione. Vide verbo *Terminus* n. 5.

LABORATORES

1 LAboratores Ecclesiasticorum, & alios damna dantes in bonis Ecclesiasticis non debent molestari per Judicem Laicum, nec ab eis exigi pœnas damnorum datorum in dictis bonis. Anconitanâ 19. *April.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 44. Narnien. 10. *Maii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 152.

2. Laboratores Ecclesiasticorum non tenentur dare notam frumenti nisi Episcopo, qui posteà oretenùs tenetur notificare Gubernatori. Auximanâ 18. *Novembris* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 24.

3. Demptis Laboratoribus Episcoporum, Laboratores Ecclesiasticorum non possunt prætendere exemptiones ab oneribus publicis; quarè non obstante prætensione Præsbyterorũ ad titulum patrimonij ordinatorum, procedendum est servata exemptione pro portione dominicali Præsbyterorum, ut cogantur eorum, & aliorum Laboratores ad solutionem. Imolen. sub Paulo V. *die* 5. *Maij* 1618. *Ex Regestis Scripturarum Veterum pag.* 5.

4. Tamen Operarii Ecclesiasticorum gaudent franchitia unius rotuli panis juxtà solitum. Lycien. 15. *Nov.* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 751.

5. Similiter Laboratores Ecclesiasticorum non tenentur solvere collectas, seù onus super currus conducentes bona Ecclesiasticorum impositum à Communitate permissione, seu indulto Eminentissimi Legati, Urbinaten. 21. *Novemb.* 1684. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 392.

6. De-

6. Domini temporales, qui impediunt, aut prohibent suis subditis nè laborent, seù excolant terras Ecclesiasticorum, excommunicantur. Theatina 14. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 86.

7. Præviâ excarceratione, restitutione rerum ablatarum, & abolitione actuum factorum in foro laico, absolvuntur in forma Ecclesiæ consuetâ Executores laici, qui carceraverant Laboratores, seù Operarios Religiosorum,& abstulerant boves de eorum servitio. Feretranâ 16. *Nov.* 1693. *d. lib. pag.* 228. Aquinaten. 19. *d. Mensis. Ibidèm.*

Vide verbo *Pœnitentia* n. 18.

LAICUS

1. MInistri, & inservientes Curiæ Ecclesiasticæ gaudent privilegio fori. In una Regni Siciliæ 10. *Martij* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 207.

Vide verbo *Rex* n. 1.

2. Laici contrahentes cum Ecclesiasticis non debent solvere gabellas. S. Severini 14. *Aug.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 199.

3. Verùm Laici ementes vinum, vel aliud ab Ecclesiasticis ad effectum aliò distrahendi, tenentur ad gabellam extractionis. Vide verbo *Extractio Victualium* n. 1.

4. An præferendi sint in emptione fructuum decimalium, vide verbo *Fructus* n. 4.

LATROCINIUM

IN casu atrocis Latrocinij patrati in personam Fratris N. Conversi, datur Vicario Capitulari, seù Apostolico facultas consignandi Curiæ Legationis res, & acta corporis delicti cum solita præservatione.

tionè. Imolen. 30. *Nov.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 231.

Vide verbo *Furtum* per totum.

LEGATUS

1. Legatus absque facultate Apostolica non habet auctoritatem extrahendi à loco immuni; nec consignandi reum Curiæ Seculari. Bononien. 19. *Aug.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 53.

2. Quarè Eminentissimus Legatus extrahere faciens homicidas ab Ecclesia mandet reponi. Ferrarien. 29. *Dec.* 1625. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 77.

3. An Eminentissimus Legatus possit examinare, & facere recognitionem corporis delicti circà existentes in hospitalibus sine licentia Archiepiscopi? Sac. Congr. respondit cum Sanctissimo pro facultate Archiepiscopo deputandi certam Personam Ecclesiasticam in principio cuiuslibet Legationis ad effectum assistendi recognitionibus. Bononien. 11. *Ianuarii* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 268.

4. Emin. Legatus reformet suum Edictum editum cum clausula læsiva Immunitatis, & Libertatis Eccles., & reformatio fiat novò Edicto impresso cum clausula revocatoria Edicti læsivi. Ferrarien. 18. *Sept.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 292.

Vide verbo *Edicta Laicalia* n. 1.

5. Emin. Legato petenti facultatem à Sanctissimo procedendi contrà Sacerdotem indicatum ut mandantem occisionem; Sac. Congr. respondit non expedire. Bononien. 15. *Junii* 1688. *lib. dec. Mart. p.* 303.

6. Eminentissimus Legatus potest procedere uti Judex delegatus in causis Equitis S. Stephani. Eugubinà 22. *Aug.* 1651. *lib.* 4. *dec. Paul. pag.* 158.

7. Em. Legato Romandiolæ scribitur, ut statim faciat excarcerare Pistorem, & Venditorem panis

Men-

Mensæ Episcopalis, factâ per eos obligatione de se repræsentando ad omne mandatum Sac. Congreg. Faventinâ 19. *Februarij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 171.

8. Eidem, ut præviâ d. obligatione liberet Cursorem Curiæ Archiepiscopalis. Bononien., seù Ferrarien. 15. *Nov.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 627.

9. Idem ex declaratione Sac. Congr. nequit molestare Ecclesiasticos, nec Regulares ad solutionem collectæ communitativæ, adeòque restituere jubetur Regularibus Conventus Medicinæ in Statu Bononien. pignora ab eis executata, & vendita de mandato dicti Legati. Faventinâ 24. *Januarij* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 567.

10. Jubente Sanctissimo datur Emin. Legato, attentâ gravitate delicti, ex gratia particulari facultas conficiendi processum, an reus gaudere debeat Immunitate? ac procedendi super alijs delictis ab extracto commissis. Bertinorien. 14. *Sept.* 1655. *lib.* 5. *dec. Paul. pag.* 74.

11. Paritèr Legatus Ferrarien. habet à Sanctissimo facultatem ad evitanda majora scandala, ut possit extrahere ser. ser. ab Ecclesia homicidas armatos in ea confugitos, ad effectum eos retinendi nomine Sac. Congr. usque ad novum ordinem Sanctitatis suæ. Imolen. seù Ferrarien. 3. *Augusti* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 206.

12. Mandante Sanctissimo committitur Eminentissimis Legatis Bononiæ, Ravennæ, Ferrariæ, Vrbini, ac Archiepiscopo Firmano, ut extrahant prætensos homicidas proditorios ad formam Bullæ Greg. XIV. & retineant usque ad novos ordines Sac. Congr. Ravennaten. 1. *Iulii* 1665. *lib. dec. Fani p.* 1.

13. Legato Bononien datur facultas extrahendi à quocunque loco immuni reos atrociorum criminum. Bononien. & Imolen. 20. *Dec.* 1689. *lib.* 3. *decr. Mart. pag.* 546.

14

14. Vigore tamen d. facultatis nulliter extraxit ab Hospitali quosdam prætensos reos ob scalationem, ut dicitur, mænium Vrbis Faventinæ, & ob quorundam eximitionem è carceribus laicis, adeòque restituendi sunt loco im muni, etiam in Civitate Bononiæ ad eorum electionem. *Ibidem.*

15. Legato Ferrarien. licet prohibere extractionem etiam frumentorum collectorum in bonis mensæ Episcopalis Legationis. Ferrarien. 31. *Aug.* 1677. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1445

16. Ministri Legationis Ferrarien. non possunt censurari à Curià Episcopali Imolen. inconsulta Sac. Congr. In eadem. *Ibidem.*

17. Censuræ latę à Vicario Generali Imolen. contrà Auditorem d. Legationis non sustinentur, & Vicarius accedat ad Eminentissimum Legatum reverenter pro veniâ. *Ibidem.*

18. Habet à Sanctissimo facultatem cogendi colonos Ecclesię, & Ecclesiasticorum ad prestanda opera personalia pro reaptatione viarum. Ferrarien. 7. *Feb.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 21.

19. De ordine Sanctissimi potest cogere Ecclesiasticos ad contribuendum pro reparatione viarum pro rata commodi privati. Cesenaten. 3. *Iulii* 1694. *d. lib. pag.* 131.

20. Pariter Legato datur facultas procedendi etiam in prima instantia in omnibus controversiis vertentibus inter quosdam Clericos fratres germanos, non solùm civiliter, sed etiam criminaliter. Forosempronien. 18. *Aug.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 209.

21. Contrà Commissarium Legationis Urbini Episcopus procedit pro reficiendis damnis, quæ intulit Clericis, quos ille traxerat ad Tribunal ejusdem Legationis. Urbanien. 12. *Decemb.* 1693. *lib. decr. Vallem. pag.* 93.

22.

22. Alia quoad Legatum, vide verbo *Causarum cognitio* n. 10. & seq., *Defensio* n. 7., *Stuprum* n. 7., *Facultas extrahendi data Em. Legato*, *Exactor Mensæ Episc.* n. 3. & seq., & *Absolutio* n. 25.

LIBELLUS

1 PEr combustionem publici Libelli, qui vulgò dicitur *Manifesto* impressi ab Abbate Regulari ad sui justificationem, factam à Ministris Curiæ Laicalis in locis publicis Civitatis, non fuit læsa Immunitas Ecclesiastica. Cæsaraugustana 15. *Nov.* 1689. *lib. decr. Martelli p.* 527.

2. In casu Libelli infamatorii publicè affixi Sanctissimus præcipit Gubernatori Viterbii, ut construat processum, ac sibi consignari faciat ab Episcopo Aquipendii, ejusque Ministris corpus delicti, cum facultate examinandi etiam per alium (dummodò sit Clericus) Personas Ecclesiasticas, easque cogendi in casu renitentiæ, & procedendi contra ipsas si culpabiles reperiantur. Aquipendii 11. *Dec.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 160. *&* 5. *Ian. d. lib. pag.* 165.

LIBER

1. NOn est permittendum ab Archiepiscopo Libros Parochorum, à quibus fuerunt extractæ fides mortis, recognosci per Judices Laicos, coràm quibus similes fides productæ fuerunt. Mediolanen. 15. *Januarii* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 56.

2. Datur facultas Ordinario perquirendi, & extrahendi à quocumque loco immuni Libros Thesaurariæ, ex quorum occultatione damnum Tertij oritur, & consignandi Judici competenti ad hoc, ut disponat prout juris de ipsis. Perusinâ 9. *Nov.* 1669. *lib.*

lib. 1. decr. Altoviti pag. 413.

3. Cùm Affictuarij, & Administratores Regij confugissent in locis immunibus cum Libris collectarum; iniungitur Auditori Nuncij, ut perquirat ipsos Libros, & consignet modo juridico Judicibus causæ. Neapolitanâ 16. *Sept.* 1625 *lib. Scrip. Vet p.* 71.

4. Libri spectantes ad Montem Pietatis violentèr ablati à Canonico per Judicem Laicum, antequàm absolvatur, restituendi sunt vel ipsi Canonico, vel Curiæ Episcopali. Oppiden. 18. *Junii* 1676. *lib. 1. decr. Altoviti pag.* 1278

5. Sac. Congr. iniungit Episcopo, ut consignet D. Grimaldi Imperiali Libros Computistæ existentes in loco immuni, de quibus agitur, spectantes ad dictam Oratricem. Oritanâ 15. *Martii* 1704. *lib. 3. dec. Vallem. pag.* 564.

6. Iniungitur Archiepiscopo, ut cogat Sacerdotem, vel alios, apud quos reperiuntur Libri Sacristiæ ad exhibendos sibi Libros præfatos, qui permittat interesse habentes facere formitèr extractionem partitarum pro eorum justificatione. Neapolitanâ 13. *Ian.* 1680. *lib. 2. decr. Alt. p.* 1908.

7. Datur facultas Episcopo transferendi Librum Baptizatorum de loco immuni ad locum opportunum ad effectum extrahendi particulam Baptismi cujusdam, ut possit citiùs expediri causa civilis. Cotronen. 13. *Maij* 1679. *lib. 2. decr. Alt. p.* 1758

8 Jacobus Coellius se retractet à conclusionibus contrà Immunitatem Ecclesiasticam aliàs impressis. Vrbevetanâ 10. *Dec.* 1652. *lib. 5. decr. Paul. p.* 4.

9. Sacra Congr. censuit corrigendum esse tractatum per Jacobum Coellium exhibitum circà Bullam Boni Regiminis juxtà revisiones factas à duobus Eminentissimis, & à D. Secretario, & præfatus tractatus unà cum dictis revisionibus, & adnotationibus

nibus remittatur ad eamdem Sacr. Congr. Vrbevetanâ 19. *Augusti* 1653 *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 2.

10. Conceditur benignè facultas Jacobo Coellio imprimendi suum commentarium super Bulla Boni Regiminis juxtà correctiones præcedentes. Vrbevetanâ 15. *Decembris* 1654 *lib.* 5 *decr. Paul pag.* 61.

11. Impressori Camerali de ordine Sac. Congr. sit præceptum, nè ullo modo imprimat Coellium. 23. *Junii* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1270

12. Cùm Franciscus Keller edidisset Librum supèr Immunitate Ecclesiasticâ, in quo negabat Potestatem Laicam in casu occurrentis necessitatis posse cogere indifferentèr, tàm sibi subditos seculares, quàm Ecclesiasticos ad collectas, & pecuniarum solutionem absque consensu Ordinariorum, & irrequisito Summo Pontifice; nec valere motivum, quod id ab immemorabili tempore ipsa Potestas laica facere consuevit absque incursu Censurarum, & reatû peccati, non obstantibus, quæ in contrarium in Bulla Cœnæ Domini quot annis statuuntur, aut ex Sac. Can. constituta sunt; hinc Principes Laici ipsum ad se retractandum cogere prætendebant; quarè Auctor desupèr petijt Oraculum Sacræ Congr. quod fuit: Regula est pro negativa. Salisburgen. 4. *Sept.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 262.

13. Cùm Sanctissimus deputaverit Congregationem particularem pro examine Libri gallico idiomate conscripti, & in duas partes divisi sub titulo *Ordonnance de Leopold I. Duc de Lorraine, & de Bar &c. donnè à Nancy au mois de Juillet* 1701. *&c.* Eadem Sac. Congr. habita *die* 19. *Julii* 1703. coràm Sanctissimo post maturam, & accuratam discussionem plurima in eodem Libro contineri censuit, quibus Libertas, & Jurisdictio Ecclesiastica non modò manifestè læditur, & violatur, sed penitùs evertitur, & destruitur;

tur; ideòque præfatum Librum per Breve Sanctitatis Suæ esse damnandum, & eiusdem lectionem, retentionem, descriptionem, impressionem, & usum omnibus, & singulis Christi Fidelibus, etiam specificâ, & individuâ mentione dignis esse prohibendum sub pœna excommunicationis ipso facto absque alia declaratione incurrendæ, & à qua nemo, præterquàm à Sanctitate sua, vel Romano Pontefice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi possit. Et Sanctissimus auditis omnibus suffragijs votum dictæ Congr. approbavit. In una Lotaringiæ *die* 21. *Julij* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 501.

LICENTIA

1. Licentia extrahendi delinquentes ab Ecclesia Relig. Hierolosymitanæ, & cognitio an extractus gaudet Immunitate? spectat ad Episcopum. Savonen. 9. *Maii* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 401

2. Sine expressa Licentia in scriptis Sanctissimi, vel Sac. Congr. iniungitur Vicario vocato Neapolim à Regijs ob Censuras declaratas contrà quemdam Consiliarium, ut nullo modo recedat à sua Diœcesi sub quocunque prætextu, & mandato. Lycien. 29. *Sep.* 1624. *lib. Scripturarum Vet. p.* 36.

3. Licentia generalis data ab Episcopo Præsidi carcerandi Præsbyteros nocturno tempore repertos suspectos inhonestæ vitæ, est ab ipso revocanda, nec ampliùs Episcopus similes licentias concedât ob abusus, qui indè sequi possunt in Ministris Laicis. Lucerinâ 19. *Ian* 1666. *lib. dec. Borrom p.* 135.

4. Licentia petita ab Archiepiscopo retinendi suos carceratos in carceribus laicis negatur. Regien. 23. *Februarij* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 88.

5. Cognitio, & concessio Licentiarum Regularibus occasione pestis spectat ad Episcopum. Castren. 8. *Aprilis* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 101.

6. Licentia laborandi diebus festivis est petenda ab Episcopo. Laquedonen. 22. *Iulii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 51.

7. Licentiæ vendendi diebus festivis dandæ sunt à solo Episcopo, seù eius Vicario, non autem à Gubernatore, vel aliis Laicis. Alatrinâ 11. *Martii* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 168.

Vide verbo *Festi dies* n. 1. & seq.

LITTERÆ

1. Litteris Tribunalium Urbis omninò pareat Episcopus, illasque liberè exequatur absque aliquo *Exequatur* Regio de iure, vel consuetudine improbato. Neocastren. 26. *Julij* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 165.

2. Vigore Litterarum Sac. Consultæ, quibus de ordine Sanctissimi suspenduntur exemptiones personales, licet Communitati cogere Syndicum Fratrum Capucinorum ad acceptandum officium in Magistratu. Recinaten. 2. *Aprilis* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1080.

3. Litteræ Sac. Consultæ, quibus datur facultas Gubernatori procedendi etiàm medio aliorum contrà Clericum, censentur non præiudicare Jurisdictioni Ordinarij, quìn prosequatur cognitionem causæ adulterij eiusdem Clerici, cum sint Litteræ facultativæ, non præjudiciales Jurisdictioni Ordinarij. Tudertinâ 29. *Ianuarij* 1675. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1058.

4. Litteræ patentales Episcopi non suffragantur, nisi veris Familiaribus ipsius. Anagninâ 3. *Martii* 1654.

1654. *lib.* 5. *decr. Paul pag.* 33.

LITTERÆ CIRCULARES

1. INstante Rege Catholico pro moderatione præteņsi excessivi numeri Clericorum, & Exemptorum in Regno Neapolitano, mittuntur Litteræ Circulares omnibus Ordinarijs eiusdem Regni, ut quisque mittat ad Sac. Congr. notulam Clericorum existentium in sua Diœcesi. Neapolitanâ 28. *Julij* 1670. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 462.

2. Dantur Litteræ Circulares omnibus Ordinarijs Regni Sardiniæ, ut circà promovendos ad Ordines invigilent, ut habeant omnia requisita *Sac. Concil. Trid. cap.* 4. 5. 8. *&* 16. *sess.* 25. *de reform.* alitèr non admittantur, & ut ordinati incedant in habitu, & tonsura, ac inserviant Ecclesiæ, & contrà renuentes ser. ser. procedant ad declarationem privationis privilegiorum. Itèm per Litteras Circulares eisdem Ordinarijs iniungitur servari decretum generale editum 1623. circà numerum Clericorum Salvaticorum. Sardinien. 9. *Julii* 1671. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 562.

3. Dantur Litteræ Circulares omnibus Ordinarijs Regni Sardiniæ, ut invigilent Clericos Coniugatos incedere in habitu, & tonsura ad formam *Cap. unic. de Cleric. coniug. in* 6. & contrà transgressores præfixo termino procedant ser. ser ad declarationem privationis privilegiorum. Sardinien. 1. *Aug.* 1671. *lib.* 1. *dec. Altov. p.* 580.

4. Dantur Litteræ Circulares omnibus Ordinarijs Regni, ut omninò provideant supèr donationibus fraudulentis, patrimonijs excedentibus, & abusu Clericorum non incedentium in habitu, & tonsura, nec Ecclesiæ inservientium. Neapolitanâ 14.

Junij 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 157.

5. Litteræ Circulares pro pœnis damnorum datorum, vide verbo *Damna* n. 13.

6 Datur Littera Circularis monens Metropolitanos, ne se ingerant in causis violatę Immun. pendentibus coràm eorum Suffraganeis *die* 5. *Octobris* 1628. *lib.* 1. *Litterarum Paul. pag.* 375. Ostunen. 12. *Junii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 236.

7. Dantur Litterę Circulares, ne domus Canonicales locentur personis facinorosis. Perusinâ 24. *Sep.* 1675. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1153.

8. Litterę Circulares directæ à Prorege Provincialibus Ordinis Capucinorum Regni Neapolitani cum Regio pręcepto, ne ipsi recognoscant in suos Superiores Patrem Generalem, & alios Officiales electos in ultimo Capitulo Generali Romæ celebrato, impugnantur, & improbantur, etiam à Rege Catholico; nec est admittendum Visitatores, & Commissarios Religionum teneri accipere Litteras commendatitias ab Oratore Regis Hispaniarum in Vrbe ad Proregem. Neapolitana 9. *Iunii* 1679. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1774. Conceditur Nuncio facultas absolvendi Proregem, & eos, qui auxilium, vel consilium dederunt, ut Prorex mitteret præfatas Litteras ad Provinciales Capucinorum Regni. Neapolitana 9. *Sep.* 1679. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 1832.

LITTERÆ EIECTIONIS.

1 Litteræ Ejectionis dantur à Sanctissimo ex voto Sacr. Congr. quarum vigore Episcopi possunt præfigere terminum trium dierum confugitis abutentibus Immunitate ad discedendum, quo elapso possunt ad formam Bullæ Gregorij XIV. illos extrahere, & retinere sub tuta custodia in suis

car-

carceribus, & interim commonefacere debent Sac. Cong. de delictis, & qualitatibus sic extractorum. Insuper Sanctissimus præcipit Ordinariis, ut faciant præceptum Superioribus omnibus Ecclesiarum, Conventuum, & Monasteriorum sub pœna suspensionis Ordinum, & privationis officiorum, & dignitatum incurrendæ ipso facto, ne recipiant delinquentes, & dato casu contraventionis possint eos declarare incursos in pœnis præfatis. *Hæ Litteræ dantur sæpè sæpius*, ut in Januen. pro omnibus Episcopis Status Reipublicæ. 1. *Julij* 1690. *lib. decr. Martelli pag.*629.

2. Adverte tamen, quod hæ Litteræ dantur ad annum cum ordine expresso, quod Episcopus retineat facultatem apud se, absque eo, quod publicet easdem facultates Edicto, aut alio actu simili, & quod à nemine suorũ Ministrorum quid accipiatur pro præfatis actis faciendis occasione Ejectionis. *Ibid.*

3. Formula præfata Litterarum super ejectione dari solita non est mutanda, nec alteranda. Florentina 7. *Sep.* 1634. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 199.

4. Litteræ ejectionis dantur à Sac. Congr. super controversiis jurisdictionalibus, non à Sac. Congreg. Episcoporum, aut alio Tribunali; & ità observari jussit Sanctissimus. Hydruntina 11. *Iunii* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 50.

5. In Litteris circularibus super ejectione confugentium comprehenduntur etiam Ecclesiastici. Lycien. 18. *Aug.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 39.

6. Vigore Litterarum ejectionis Episcopus potest procedere etiam contrà Equites Hierosolymitanos, eorumque Ecclesias, & loca immunia. Ferrarien. 12. *Sept.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 840.

7. Litteræ ejectionis non habent locum, quandò confugitus non est vel notoriè reus, vel ad minus indicatus de delicto excepto in Bulla, aut non abu-

titur Immunitate loci. Neapolitanâ 3. *Aprilis* 1677. *lib. 2 decr. Altov. pag.* 1372.

V. verbo *Abutens* n.10., *Ejectio* n 2., *Extractio* n.15. & seq., *Confugit* n.37. & seq., *Vicarius Capitularis* n.7.

LITTERÆ PERQUISITIONIS, ET EXTRACTIONIS

1 Litteræ perquisitionis, & extractionis regulariter dantur Nunciis à Sanctissimo ex voto Sac. Cong. ad annum ad effectum faciendi cum debita decentia, & interventu Personæ Ecclesiasticæ perquirere, & extrahere ab Ecclesiis, & locis immun. (exceptis Monasteriis Monialium, & Conservatoriis) res absconditas, & occultè ibi translatas spectantes ad spolia, negotiationes illicitas, & similes materias dependentes à suis Tribunalibus; sicut etiam ad instantiam Appaltatorum gabellarum res quascunque transfugatas fraudulenter in Ecclesiis pro non solvendis gabellis, ad effectum consignandi res sic extractas cum inventario Iudici competenti, adhoc ut disponat de iis prout de jure, reportata priùs ab ipso Judice promissione juratâ non procedendi contrà debitores, aut translatores ad ullam penam, nec utendi pro corpore delicti; Cum facultate subdelegandi quemcunque Ordinarium Status suæ Nunciaturæ in casibus particularibus. Neapolitanâ 15. *Maii* 1669 *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 654. *& sæpè alibi.*

2. Per verba Litterarum Sac. Congr. pro perquisitione rerum in forma, & per verba, in quacunque Ecclesiâ, & loco immuni (modò nulla fiat exceptio specifica) comprehenduntur Ecclesiæ, & Monasteria Regularium utriusque sexus. Ariminen. 7. *Iulij* 1701. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 570.

3. Si-

3. Super impedimento dato Litteris Sac. Congr. pro perquisitione rerum in loco immuni à Dominis ipsarum rerum Episcopus debet procedere prout de jure. Camerinen. 8. *Aug* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 827.

4. Si Litteræ facultatis extrahendi sint ostensæ Regularibus Episcopus punire debet auctoritate Sac. Congr. Regulares oppositores, & impedientes extractionem à suo Conventu ad præscriptum earumdem Litterarum; si verò non sint ostensæ, abstinere debet Tropien. 11. *Oct.* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 236.

5. Aliquandò dantur Litteræ extractionis, & recognitionis corporis delicti illimitatæ quoad tempus Emin. Episcopo Ferrariæ, qui erat de Sac. Congr. Ferrarien. 6. *Iulij* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1410.

6. Attento, quod Litteræ extractionis præsupponunt confectionem processus, iniungitur Eminentissimo Legato, ut illum transmittat, supposito quod eius Curia ante extractionem confugiti abutentis Immunitate illum confecerint, sin minùs conficiat. Bononien. 1. *Feb.* 1689. *lib. decr. Mart. pag.* 416.

7. Dantur sæpè sæpius Litteræ à Sanctissimo Episcopis quidem pro octo casibus, Eminentissimis verò Cardinalibus pro decem, ad effectum faciendi transferre vulneratos, & cadavera è locis immunibus in locum opportunum, & propinquum cum debita securitate ad hoc, ut Curia Secularis possit probare corpus delicti ex eorum recognitione sine læsione Immunitatis, & factâ solita protestatione ad formam *Cap. Prælatis de homicid. in* 6. Sanctissimus ipsos, & suos Delegatos præservat ab irregularitate.

Vide verbo *Facultas extrahendi* per totum.

Verbo *Facultas examinandi* per totum.

Verbo *Episcopus quoad Immunit.* n 26. 27. 28.

8. Litteras facultativas extrahendi Milites, & Remiges, vide verbo *Miles* n. 7. & seq., *Remex*

n. 6. & seq., *Locumtenens* n. 1.

LIPARINUS EPISCOPUS

NOn est de Episcopatibus Regni Siciliæ, sed est immediatè S. Sedi Apostolicæ subiectus. Liparinâ 9. *Decembris* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 106., & 21. *Novembris* 1635. *d. lib. p.* 238.

LOCA DECLARATA NON IMMVNIA

1. PLatea Ecclesiæ Cathedralis Narnien. attentis gravibus præjudicijs, quæ ex pluribus casibus inferuntur publicæ quieti, & attento, quod sæpissimè criminosi contumaces, & debitores, cum justitiæ detrimento abutuntur Immunitate ex veteri consuetudine debitâ dictæ Plateæ, ex decreto Sac. Congr. mandante Sanctissimo imposterùm pro loco non immuni hadenda est; & Episcopus post tres dies à publicatione hujus decreti, ut talem curet, & mandet teneri. Narnien. 27. *Ianuarij* 1665. *lib. decr. Rocci pag.* 614.

2. Locus Plateæ, in quo depictæ sunt aliquæ imagines Sanctorum, sub quibus adest parvum Altare lapideum infixum muro, non gaudet privilegio Immunitatis. Aliphanâ 15. *Martii* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 662.

3. Ecclesiam cohærentem muris clausuræ Monialium, ad quam facinorosi confugiunt cum gravi damno spirituali Monialium, Episcopus declaret non gaudere imposterùm Immunitate. Hyeracen. 2. *Octobris* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 1011.

4. Licèt captus in crypta posita sub fornice Sacristiæ habente aditum ad viam publicam gaudeat, attamèn in futurum iste locus declaratur non immu-

mu-

munis quòad delinquentes. Perusinâ 24. *Januarij* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 767.

5. Apothecas contiguas Ecclesiæ Parochiali sempèr reputatas immunes Episcopus declaret imposterùm non gaudere Immunitate. Jn una Marzorum 19. *Novembris* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1171.

6. Jniungitur suspensio Immunitatis ad annum, si adsit, à Monasterio Monialium construendo assignato termino competenti confugitis ibidèm ad discendendum. Hydruntinâ 14. *Decembris* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1498.

7. Annuente Sanctissimo Archiepiscopus suspendit per biennium Immunitatem à Campanili, ad quem facinorosi, & contumaces cum abusu confugiunt, factâ tamèn intimatione hujus decreti anticipatâ per octo dies ibidèm confugitis. Neapolitanâ 20. *Novembris* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1018.

8. Circà domos contiguas S. Mariæ de Rosario in suburbio Neapolis, iniungitur Vicario Generali, ut declaret locum, seù contignationem, vulgò *Loggia*, per quam itur ad mansiones positas suprà dictas domos, non gaudere Immunitate cum appositione lapidis. Neapolitanâ 19. *Augusti* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 605.

9. Idèm declaratùr quòad domos Monasterij Trinitatis Hispaniorum eidem Ecclesiæ contiguas. *Ibid.*

10 Idem statuitur circà domos positas propè Ecclesiam S. Joannis Hierosolymitani. Beneventanâ 30. *Sept. d. Anni*, *& lib p.* 617.

11. Domuncula Ecclesiæ inhabitata à meretrice sempèr reputata ut immunis, reducitur ad formam Loci non immunis. Maceraten. 11. *Decembris* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1893.

12. Circà mansiones contiguas Oratorio, reservatis mansionibus necessarijs pro usu, & servitio Eccle-

clesiæ, clausâ omni communicatione cum Ecclesia, declarantur non gaudere. Abbatiæ Sancti Clementis 17. *Martii 1682. lib. 3. decr. Altoviti pag. 23.*

Vide verbo *Porta* n. 8.

13. Mandante Sanctissimo Archiepiscopus declarat Immunitatem Ecclesiasticam non suffragari in mansionibus, in quibus exercentur Tabulæ nummulariæ S. Spiritus, S. Eligij, S. Jacobi, & Sanctissimæ Annunciationis Civitatis Neapolis, quoad delicta concernentia negotiationem dictarum Tabularum, tàm quoad Ministros delinquentes, quàm quoad alias personas; & ne allegari possit ignorantia, & ad perpetuum documentum apponatur inscriptio lapidea in unoquoque ipsorum locorum præsentis declarationis. Neapolitanâ 19. *Julij* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 163.

14. Licet die 9. *Febr.* 1694. *lib* 1. *decr. Fallem. p.* 104. declaratum sit atrium circunductum muris ante Ecclesiam Beatæ Mariæ Montis Virginis extensum per quadraginta passus gaudere Immunitate, attamèn mandante Sanctissimo, Ordinarius declarat eidem loco non suffragari ampliùs Immunitatem Ecclesiasticam, & reputari tamquàm non immunem; & insupèr ne possit allegari ignorantia, & ad perpetuum documentum, apponat in loco opportuno lapidem cum præfata declaratione. Nullius Montis Virginis 11. *Dec.* 1697.*lib.2.decr.Fall.p.*125.

LOCA PIA

1. LOca Pia Episcopus ad præscriptum Sac. Concil Trid. visitet, & illa tueatur ab impositionibus, & oneribus laicalibus. Mutinen. 1. *Decembris* 1638 *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 81.

2. Oratorium Societatis Corporis Christi est locus

cus immunis, ideòque subjectus Jurisdictioni Ordinarij. Vrbinaten. 6. *Maii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 78.

3. Loca Pia possunt vendere oleum, & vinum recollectum in proprijs bonis, dummodò vendant in proprijs domibus, & non aperiant apothecam. Auximanâ 15. *Iulij* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 820.

4. Causæ iàm cognitæ à Judice Ecclesiastico circà bona debita Locis Pijs, & Confraternitatibus, spectant ad Judicem Ecclesiasticum, nec potest Judex Laicus eas reassumere, seù inhibere. Ortanâ 28. *Septembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 149.

5. Non permittitur Locis Pijs concurrere ad contributiones, nisi ad formam Ecclesiasticorum, & modum à Sac. Congr. præscriptum. Brixien. 4. *Novembris* 1693 *lib* 1. *decr. Vallem. pag.* 83.

Vide verbo *Mons Pietatis* n. 3.

LOCVMTENENS

1. Locumtenens Vicarij Capitularis nequit dare licentiam extrahendi scripturas à loco immuni, quæ sunt restituendæ pro reintegratione Immunitatis. Tropien. 28. *Junii* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2214.

2. Locumtenens Gubernatoris, si vti vult processu Curiæ Eccles., solvat mercedem. Maceraten. 8. *Oct.* 1657. *lib. decr. Rocci p.* 39.

3. Locumtenens Gubernatoris non potest cogere, & mulctare Sacerdotem, nisi habeat specialem facultatem à Sanctissimo. Maceraten. seù Firmanâ 1. *Sep.* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 58.

Vide verbo *Gubernat. excommunicati* n. 30. 31.

LVDIMAGISTER

Vide verbo *Magister*.

MACELLUM

1. USus Macelli separati pro Ecclesiasticis est permissus, & contrà impedientes tàm directè, quàm indirectè procedendum ad Censuras. Sulmonen. 9. *Sept.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 90. Baren. 10. *Septemb.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 182. Ortonen. 29. *Maij* 1646. *ibi pag.* 282.

2. Episcopi, & alij Prælati inferiores ad evitandas impositiones carnis, & aliorum comestibilium, constituant Macellum, & alias Apothecas separatas pro Ecclesiasticis, itaùt eorum Immunitati in aliquo non præiudicetur. Mutinen., & Regien. 12. *Feb.* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 5.

3. Cùm Civitas imposuerit pretium immodicum carnibus, Ecclesiastici tamquàm gravati ex hoc pretio aperuerunt Macellum, ubi carnes pro Ecclesiasticis minori pretio venduntur; verùm cùm Civitas supplicasset dictum Macellum claudi, Sac. Congreg. respondit: Licere Ecclesiasticis aperire Macellum. Spoletanâ 20. *Decembris* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 464.

4. Attamèn attentâ assecuratione exemptionis Ecclesiasticorum aliquandò deponitur Macellum de consensu eorumdem iuxtà mentem Sanctissimi, & Sac. Congr. Beneventanâ 19. *Novembris* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 159.

5. Nihil omninò est innovandum contrà Ecclesiasticos, & eorum familias supèr exemptione ipsis competente à gabella cujusvis generis carnis; sed sunt manutenendi in dicta exemptione, aut quasi possessione respectivè; & quòad carnes à die aperitionis Macelli Civitatis, tàm emptio animalium, quàm pretium carnium fieri debet cum assistentia,

&

& consensu Ecclesiasticorum per Capitulum, & Clerum deputandorum, & Sanctissimus mandavit omninò ità observari. Beneventana 1. *Martii* 1674. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 904.

6. Quamvìs Ecclesiastici sint comprehensi attento Chirographo Sanctissimi sub datio carnis, attamèn non possunt cogi ad emendam carnem in unico Macello. Anconitanâ 22. *Sep.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 51 Perusinâ 21. *Jan.* 1673. *lib* 1. *decr. Alt. p.* 763.

7. Prohibenda est Ecclesiasticis macellatio carnis porcinæ, nisi pro usu propriarum domorum, Monasteriorum, & inservientium, nec non pro suibus proprijs non pervenientibus à mercatura. Florentinâ 20. *Januarij* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 22.

8. Quòad dubium, an Archiepiscopus Rossanen. & Virgines Monasterij S. Claræ possint emere belluas suinas, & illas macellari facere in taberna Mensæ Episcopalis, easque vendere pretio præfixo à conductore Communitatis cum exemptione à gabellis, ad quas in eo casu tenentur Laici? Sacra Congr. pronunciavit, non competere exemptionem à gabellis, nisi pro animalibus existentibus in bonis Mensæ Episcopalis, & Monasterij Virginum Rossanen. 23. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 13.

9. Minister Archiepiscopi si vult gaudere privilegio fori, non exerceat artem Macelli, sin minùs Archiepiscopus removeat litteras patentes. Brundusinâ 14. *Nov.* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 436.

MAGISTER

MAgister actuum Curiæ Ecclesiasticæ gaudet privilegio fori. Oppiden. 17. *Martii* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 171.

An Clerici teneantur contribuere pro Magistro, Vi-

vide verbo *Contributio* n. 54., *Musicus* n. 2.

MANDANS, MANDATARIUS

1. MAndatarius Curiæ Episcopalis gaudet privilegio fori. Perusinâ 24. *Januarii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 193.

2. Constitutio Gregorij XIV. locum habet etiam contrà Mandantes. Salernitanâ 11. *Martii* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 171.

3. Si Ecclesiasticus sit inquisitus in causa tamquam Mandans, eadem causa spectat ad Episcopum, etiam quòad Laicos Mandatarios. Æsinâ 15. *Maii* 1657. *lib. decr. Rocci p.* 2.

4. Mandantes carcerationem Clerici, vel alterius personæ exemptæ, censuras incurrunt.

Vide verbo *Carcerans*, *Pœnitentia* n. 21. & seq.

5. Itèm Mandantes extractionem. Vide verbo *Extractores* per totum.

MANDATUM

1. QUandò mandata possunt exequi extrà locum immunem Vicarius Generalis non utatur facultate sibi concessa circà loca immunia. Albanen. 16. *Dec.* 1659. *lib. dec. Rocci pag.* 227.

2. Relaxatio Mandatorum contrà Ecclesiasticos pro impositionibus, ad quæ de jure tenentur, spectat ad Tribunal Ecclesiasticum, non autèm ad Ministros Laicos cum solo *Exequatur* Judicis Ecclesiastici. Viterbien. 15. *Julii* 1664. *lib. decr. Rocci p.* 571.

3. Impediens executionem Mandati Curiæ Episcopalis de immittendo excommunicatur, sed absolvitur constito de effectiva executione dicti Mandati adiuvante ipsomet impediente. Soranâ 8. *Nov.* 1674.

1674. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1868.

4. Mandatum Proregis de relegando Archiepiscopo Panormi omninò est revocandum.

Vide verbo *Absolutionum Exempla* n. 1.

5. Itèm Mandatum Regis, seù præceptum expellendi Ecclesiasticos. Vide verbo *Rex*.

6. Prævia reintegratione Ecclesiæ, & satisfacta Parte absolvitur privatè Sacerdos, qui egredi fecerat ab Ecclesia confugitum ad effectum, ut contrà illum exequi faceret mandatum civile. Perusinâ 5. *Iunii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 126.

Vide verbo *Curia Ecclesiastica* n. 5.

MATER, MATRICIDA

1 MAter suffocans, seù occidens filium, de rigore privilegio Immunitatis gaudere debet. Pisauren. 12. *Nov.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 33. Maceraten. 28. *Sept.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 148.

Vide verbo *Infanticidium* per totum.

2. Matricida extractus ab Ecclesia gaudere debet Immunitate Ecclesiastica. Arianen. 15. *Nov.* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 367.

MATRIMONIUM

1. DAtur absolutio cum reincidentia ad effectum contrahendi Matrimonium.

Vide verbo *Absolutio* n. 86.

2. Iniungitur Episcopo, ut non vtatur remedio Edicti, sed moneat Ducem sub censuris, ut se abstineat ab iniungendo onere ijs, qui vxorem ducunt, ne impediatur libertas Matrimonij. In una S. Angeli 10. *Sep.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 7.

MAUSOLEUM

MAusoleum, seù Sepulcrum Dantis erectum à D. Polentanis in Civitate Ravennæ est, locus immunis, quarè capti à Birruarijs dùm manibus tenebant transennas d. Mausolei sunt restituendi. Ravennaten. 28. *Sep.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 149.

MEDICUS

1. MEdici, & Chirurgi à Communitate conducti tenentur gratis curare Ecclesiasticos vtriusque Cleri proùt alios Cives, sivè salarium recipiant ex redditibus publicis, sivè ex contributione taxæ per Communitatem impositæ, in hoc tamen secundo casu potest Ordinarius permittere, ut per Ecclesiasticos detur annua contributio, seù recognitio voluntaria, & proportionata. Amalphitanâ 9. *Dec.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 105. Spoletanâ 23. *Augusti* 1633. *d. lib. pag.* 169. Pampilonen. 9 *Oct.* 1635. *d. lib. pag.* 236. Nazarenâ 5. *Apr.* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 328.

2. Non solùm Personæ Ecclesiasticæ, sed nec etiàm alij viventes eorum expensis, & in earum domibus tenentur ad contributionem pro salario Medici. Civitatis Castellanæ 12. *Dec.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 266. Ariminen. 4. *Maij* 1700. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 286. Vide verbo *Contributio* n. 54.

3. Medicus confugitus exiens ad curandum Ordinarium infirmum sub cautione sibi factâ ab Ordinario nihil agendum fore contrà ipsum, debet omninò restitui Ecclesiæ. Nullius Atini 3. *Augusti* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 137.

4. Medicus inquisitus compositionis venenatæ, ac

ac multis propinatæ, mandante Sanctissimo extrahitur ab Ecclesia, & retinetur in carceribus nomine Sanctitatis suæ. Ariminen. 7. *Octobris* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1289.

5. In causa mortis ex veneno secutæ Sanctissimus dat facultatem examinandi Sacerdotem Medicum, & consignandi examen Curiæ Seculari absque incursu irregularitatis. Tropien. 30. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 114.

MENDICANTES

1. FRatres Mendicantes non possunt privari largitione salis, cùm post decennium etiàm involuntariè acquiratur jus sufficiens. Florentinâ 30. *Dec.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 14.

2. FF. Minores Conventuales non possunt gravari à Communitate pro impositionibus, nisi concurrat jussio Sanctissimi cum specifica mentione Regularium Mendicantium. Asculana 11. *Februarii* 1648. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 40.

3. Conventus Mendicantium sunt exempti, etiàm quoàd solutionem subsidij triennalis. Spoletana 10. *Maii* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 91.

4. Moniales S. Claræ, vti Mendicantes, & consequentèr exemptæ vigore Constitutionis B. Pij V. incipientis *dum ad uberes*, non tenentur ad solutionem onerum Cameralium tempore, quo possederunt prædium emptum à Laicis, etiàm si emptio sit facta cum pacto retrovenditionis. Firmana 8. *Aprilis* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 175.

MENSA EPISCOPALIS

1. MEnsa Episcopalis manutenenda est in possessione non solvendi onera Startiæ,

MAUSOLEUM

MAusoleum, seù Sepulcrum Dantis erectum à D. Polentanis in Civitate Ravennæ est, locus immunis, quarè capti à Birruarijs dùm manibus tenebant transennas d. Mausolei sunt restituendi. Ravennaten. 28. *Sep.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 149.

MEDICUS

1. MEdici, & Chirurgi à Communitate conducti tenentur gratis curare Ecclesiasticos vtriusque Cleri proùt alios Cives, sivè salarium recipiant ex redditibus publicis, sivè ex contribntione taxæ per Communitatem impositæ, in hoc tamèn secundo casu potest Ordinarius permittere, ut per Ecclesiasticos detur annua contributio, seù recognitio voluntaria, & proportionata. Amalphitanâ 9. *Dec.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 105. Spoletanâ 23. *Augusti* 1633. *d. lib. pag.* 169. Pampilonen. 9 *Oct.* 1635. *d. lib. pag.* 236. Nazarenâ 5. *Apr.* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 328.

2. Non solùm Personæ Ecclesiasticæ, sed nec etiàm alij viventes eorum expensis, & in earum domibus tenentur ad contributionem pro salario Medici. Civitatis Castellanæ 12. *Dec.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 266. Ariminen. 4. *Maij* 1700. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 286. Vide verbo *Contributio* n. 54.

3. Medicus confugitus exiens ad curandum Ordinarium infirmum sub cautione sibi factâ ab Ordinario nihil agendum fore contrà ipsum, debet omninò restitui Ecclesiæ. Nullius Atini 3. *Augusti* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 137.

4. Medicus inquisitus compositionis venenatæ, ac

ac multis propinatæ, mandante Sanctissimo extrahitur ab Ecclesia, & retinetur in carceribus nomine Sanctitatis suæ. Ariminen. 7. *Octobris* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1289.

5. In causa mortis ex veneno secutæ Sanctissimus dat facultatem examinandi Sacerdotem Medicum, & consignandi examen Curiæ Seculari absque incursu irregularitatis. Tropien. 30. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 114.

MENDICANTES

1. FRatres Mendicantes non possunt privari largitione salis, cùm post decennium etiàm involuntariè acquiratur jus sufficiens. Florentinâ 30. *Dec.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 14.

2. FF. Minores Conventuales non possunt gravari à Communitate pro impositionibus, nisi concurrat jussio Sanctissimi cum specifica mentione Regularium Mendicantium. Asculana 11. *Februarii* 1648. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 40.

3. Conventus Mendicantium sunt exempti, etiàm quòad solutionem subsidij triennalis. Spoletana 10. *Maii* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 91.

4. Moniales S. Claræ, vti Mendicantes, & consequentèr exemptæ vigore Constitutionis B. Pij V. incipientis *dùm ad uberes*, non tenentur ad solutionem onerum Cameralium tempore, quo possederunt prædium emptum à Laicis, etiàm si emptio sit facta cum pacto retrovenditionis. Firmana 8. *Aprilis* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 175.

MENSA EPISCOPALIS

1. MEnsa Episcopalis manutenenda est in possessione non solvendi onera Startiæ,

& Spicæ; & contrà turbatores procedendum est. Insulana 18. *Aprilis* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1743.

2. Prævià abolitione fideiussionis extortæ à Consulibus Laicis de ferendis denuncijs Magistratui Laico, necnòn fideiussionum de se repræsentando extortarum à carceratis ob fabricationem, & venditionem, ut dicitur, *dell' Aquavita* in Oppido N. liberi Dominij Mensæ Episcopalis Papien. ac restitutione tàm pecuniæ solutæ pro excarceratione, quàm instrumentorum in usum artis ablatorum; ac præviâ etiàm obligatione de se abstinendo à similibus, Eminentissimus Episcopus absolvat in forma Ecclesiæ consueta, & transmittantur Sac. Congr. documenta authentica de adimplemento omnium prædictorum. Papien. 27. *Feb.* 1703 *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 476.

3. Reliqua vide verbo *Episcopus quoad suas exemptiones* n. 1. & seq., *Frumentum* n. 24. 25., *Furnus* n. 4. & seq., *Coloni Mensæ Episcopalis*.

MENSA NVMMVLARIA

Mensa Nummularia, vulgò *Banco dello Spirito Santo* Neapolis, cùm sit intrà ambitum Domus, & Ecclesiæ Spiritus Sancti, Eminentissimus Archiepis. declaret proùt de jure suprà assertâ Immunitate citato Fisco Laico. Neapolitana 8. *Octobris* 1691. *lib. decr. Grim. p.* 15.

Vide verbo *Loca declarata non immunia* n. 13.

MERETRIX

1. Contrà publicam Meretricem Episcopus vtatur facultate ejectionis Perusina 4. *Septembris* 1666. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 25.

2. Datur facultas eijciendi publicam Meretricem

cem cum summo scandalo viventem in domo immuni, & illam collocandi in aliquo Conservatorio. Neapolitana 22. *Jan.* 1669. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 309.

3. Causa rixæ inter Meretricem, & eius sororem spectat ad Curiam Secularem, quæ prævenit. Alatrina 15. *Aprilis* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 245.

METROPOLITANUS

Vide verbo *Archiepiscopus* per totum.

MILES, MILITIÆ

1. Milites confugientes ad Ecclesiam, solam libertatem meditantes, & nullius alterius criminis Rei, gaudent Immunitate. Audomaren., & Ipren. 4. *Sept.* 1674. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 991.

2. Milites transeuntes ad hostes gaudent Immunitate Ecclesiastica, quoad transeuntes autem ad Hæreticos consulatur Sac. Congr. S. Officij. Ipren. 19. *Maii* 1676. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 1249.

3. Miles extractus ab Ecclesia à suis Officialibus Militiæ gaudet Immunitate Eccles., & est restituendus. Cornetanâ 28. *Sep.* 1663. *lib. decr. Rocci p.* 510.

4. Milites confugiti ad Ecclesiam, sed à proprio Locumtenente assecurati posse redire ad suum proprium, ut dicitur, *Quartiere*, relinquentes locum immunem gaudent Immunitate, dolosè enim inducti sunt ad discedendum. Spoletanâ 2. *Aprilis* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1081.

5. Coloni Mensæ Episcopalis non possunt in Milites describi, nisi aliter Sanctissimus jusserit. Perusinâ 11. *Dec.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 297.

6. Miles, qui asportaverat, ut dicitur *il pome della Sentinella*, à Gubernatore Arcis extractus, restituatur Ecclesiæ, & postea Nuncius extrahat, ac ex gratia speciali Sanctissimi consignet Ministris Rei-

publicæ, ut illum puniant proût juris. Venetâ 7. *Junii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 160.

7. Datur facultas extrahendi, & retinendi in Castro Regio nomine Ecclesiæ ad correctionem Milites confugientes ad loca immunia, qui sunt incorrigibiles in eorum delictis. Neapolitanâ 20. *Sept.* 1670. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 480.

8. Annuente Sanctissimo datur facultas Archiepiscopo extrahendi Milites confugientes in fraudem servitij militaris ad Ecclesias ad formam *Cap. intèr alia de Immunitate Eccles.* Sipontinâ 18. *Iulii* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 576.

9. Datur Archiepiscopo facultas extrahendi Milites confugitos in Ecclesia in fraudem servitij Regij, eosque consignandi suo Centurioni reportato juramento non puniendi pro delicto. Mediolanen. 25. *Augusti* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 45.

10. Jussu Sanctissimi ex gratia speciali datur, seù prorogatur ad aliud biennium Episcopo Mantuæ facultas extrahendi Milites desertores, vel reos alterius criminis militaris à quocunque loco immuni d. Civitatis, & Diœcesis, eosque consignandi suis superioribus, reportatâ ab ijs obligatione jurata de eos non puniendo ob fugam, vel ob aliud delictum, sed de illos tantùm retinendo tàmquàm milites, ut anteà. Mantuanâ 9. *Junii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 493.

11. Mandante Sanctissimo similis facultas conceditur Archiepiscopo Taurinen. sub ijsdem cautelis pro viginti casibus. Taurinen. 15. *Maii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 289.

12. Cùm pro parte Regis Catholici Eminentissimus Trivulsius supplicasset Sanctissimo pro expediendo Brevi ad hoc, ut Milites delinquentes non fruantur Immunitate Ecclesiastica in Ecclesijs, seù Ca-

Capellis positis in Castris, & Arcibus Majestati Catholicæ pertinentibus, responsum fuit: recurrat in casibus particularibus. In una Regnorum Regis Catholici 12. *Nov.* 1652. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 2.

MINISTRI LAICI

1. SUpèr instantijs Ministrorum Reipubl. Januen. apud Archiepiscopum, ut proscribat Clericos non justificatis eorumdem delictis; itèm quod recusante Archiepiscopo ijdem Ministri Laicales capere faciant Clericos, eosque Romam, vel aliò transmittant, dicitur hæc omnia repugnare Immunitati, Jurisdictioni, & Libertati Ecclesiasticæ, & complices incurrunt censuras. Ità scribitur Eminentissimo Archiepiscopo Januensi per litteras Sac. Congr. quas registrari, & conservari faciat in actis suæ Curiæ, nè possit allegari in exemplum, nec conniventia Sedis Apostolicæ. Januen. 5. *Maii* 1648. *lib.* 4. *dec. Paul. pag.* 50.

2. Supèr insultationibus, quas Gubernator, & Armigeri Principis N. & alij habuerunt contrà Personam Episcopi Bitecten., dùm rediret ad d. Civitatem, iniungitur Archiepiscopo Baren. utì Metropolitano, ut facultatibus Sac. Congr. procedat proùt de jure contrà quoscunque culpabiles. Bitecten. seu Baren. 27. *Feb. &* 7. *Iulii &* 4. *Sep.* 1703. *lib.* 3. *dec. Val. p.* 515.

Vide verbo *Censuræ* n. 9., *Bannum* n. 5. & seq., *Facultas extrahendi Laicos* n. 14.

MISSA

1. QUis, & cùr debeat abstineri à celebratione Missæ? V. verbo *Archidiaconus* n. 1.

2. Missam celebrans post habitum recursum ad

Judicem Laicum fit irregularis. Vide verbo *Regularis delinquens* n. 11. 12., *Irregularitas* per totum, *Interdictum* n. 10. 11.

MOLENDINUM, MOLITOR

1. MOlendinum Mensæ Episcopalis non comprehenditur sub prohibitione facta à Communitate populo de non adeundo nisi ad Molendina Communitatis. Firmanâ 2. *Julii* 1630. *lib. 2. decr. Paul. pag.* 48.

2. Molendina, & alia ædificia sub directo Dominio Ecclesiæ, sunt exempta. Montis Regalis 15. *Januarij* 1647. *lib.* 4. *decr. Paulucci p.* 2.

3. Molendina Ecclesiasticorum non comprehenduntur sub Bannis Gubernatoris, qui debet facere declarationem de non comprehensione eorum. Æsinâ 8. *Apr.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 74. Pleinen. 20. *Septembris* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 10.

4. Molendina Ecclesiasticorum, ac molentes in ipsis Molendinis non comprehenduntur sub prohibitione laicali solvendi gabellam, ut dicitur *della Pesa*. Maceraten. 19. *Ian.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 52.

5. Repugnat Immunitati, & Libertati Eccles. exactio oneris moliturae in Molendinis Ecclesiasticorum, & Equitum S. Mauritij; nec non publicatio ordinis prohibitivi eundi ad d. Molendina. Taurinen. 11. *Sept.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 202.

6. Episcopus procedat prout de jure contrà Ministros Laicos impedientes Moniales in fabricatione Molendini olearij, non obstante Monitorio A. C. Ariminen. 9. *Febr.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall pag.* 272.

7. Impedientes molere olivas in Molendinis Ecclesiasticorum, & prætendentes decimas, sunt ab Ordinario excommunicandi. Catacen. 11. *Augusti* 1631.

1631. *lib.* 2. *decr.* *Paulucci pag.* 85. Ugentinâ 29. *Oct.* 1695. *lib.* 1. *decr.* *Vallemani pag.* 226.

8. Prohibitio Communitatis eundi ad alia Molendina, quam ad Molendina ipsius Communitatis, non comprehendit Molendina Episcopi, Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum tàm intrà, quàm extrà Communitatis territorium existentia, & Communitas est cogenda ad declarationem non comprehensionis. Firmanâ 19. *Nov.* 1630. *lib.* 2. *decr* *Paul. p.* 65.

Vide verbo *Edicta Laicalia* n. 21. & seq.

9. Ecclesiastici non possunt cogi ire ad Molendinum Domini temporalis, seù Communitatis, sed possunt ire ad alia sibi benevisa. Neritonen. 1. *Sept.* 1643. *lib.* 3. *decr.* *Paul.* *p.* 208.

10. Molendina, vulgò dicta *Centimoli*, ab Ecclesiasticis retineri possunt in propriis domibus pro eorum usu, & familiæ. Lycien. 20. *Septembris* 1650. *lib.* 4. *decr.* *Paul.* *pag.* 120.

11. Ecclesiastici sunt exempti ab impositione Molituræ. Isernien. 18. *Martii* 1631. *lib.* 2. *decr* *Paul.* *pag.* 99.

12. Non licet Gubernatori, seù Curiæ Seculari visitare, seù perquisitiones facere in Molendinis Monialium, & aliorum piorum locorum, quamvis sint conducta Molitoribus affictuariis. Verulana 2. *Oct.* 1691. *lib.* *decr.* *Grim.* *pag.* 18.

13. Nec vexare dictos Molitores affictuarios sub prætextu mensurarum injustarum, vulgò *le scadelle*, sed illas restituere debent. *Ibidem.*

14. Molitores, seù Conductores Molendini Præposituræ, & Collegiatæ patentati respondentes pro fictu Molendini in tot frumentis recollectis in ipso Molendino, gaudent privilegio fori. Nullius Atini 4. *Junij* 1697. *lib.* 2. *decr.* *Vallemani* *pag.* 95.

15. Molitor, qui sinè collectis moluit frumen-

tum Mensæ Episcopalis nequit molestari à Curia Laica, alioquin Episcopus procedat contra eamdem prout de jure. Bononien 22. *Aprilis* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 148. Item 19. *Aug* & 16. *Sept. d. A.* & *lib. pag.* 175.

16. Operarii Molendini olivarum Conventus Regularium vendentes oleum mensuris non justis nequeunt puniri à Justitiariis secularibus. Arianen. 8. *Apr.* 1687. *lib. decr. Mart. p.* 76.

17. Ecclesiastici, cùm mittunt triticum ad Molendina, non tenentur accipere, nec deferre cartulam, vulgò *la Bolletta*, subscriptam à Gabellariis. Nullius Altamuræ 7. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 85.

Vide verbo *Franchitiæ* n. 55.

18. Mensuræ, vulgò dictæ *le Scudelle*, ablatæ à Molendinis Ecclesiasticorum de ordine Gubernatoris, sunt restituendæ Curiæ Episcopali, ad quam etiam debet recurri pro cognitione fraudum commissarum in d. Molendinis. Veliternâ 12. *Jan.* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 70. & 18. *Dec.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1046.

19. Quatenus Ecclesiastici non molestentur in exactione impositionis molituræ, & aliorum onerum vigore Edictorum, quæ ipsos nullatenus comprehendere possunt, supersedendum est à fulminatione censurarum, aliàs procedendum ad ulteriora. Mutinen. 15. *Ianuarii* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 2.

MONACHI

1 MOnachi Olivetani per Vicarium Capitularem iuxtà litteras datas *die* 12. *Augusti* 1692. de ordine Sanctissimi specifico, compelluntur ad concurrendum pro reaptatione viarum, non obstante quacunque inhibitione obtenta ab A. C., pro ratâ commodi privati tantùm. Camerinen. 2. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 91.

2. Iidem

2. Iidem Monachi, ſicut & alii XI. Congregationum, ſtantibus privilegiis Pontificiis ex declaratione Sac. Congr. non poſſunt compelli ad concurrendum pro reparatione pontium, & viarum. Camerinen. & Imolen. 17. *Nov.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 256. & 9. *Feb.* 1700. *ibi p.* 270.

3. Attamen datur facultas, ut Monachi XI. Congr. tempore Anni Sancti concurrant pro diſtrictu tantùm Ravennæ, ſicut alii Eccleſiaſtici, ad reparationem viarum; ſed non tranſeat in exemplum. Ravennaten. 18. *Aug.* 1699. *d. lib. p.* 240.

4. Iidem Monachi non ſunt comprehenſi, uti gaudentes privilegiis XI. Congr. in Brevibus Urbani VIII. F. R. expeditis pro donativo ordinario, & extraordinario ad favorem Regis Catholici exigendo ab Eccleſiaſticis Regni Siciliæ. Panormitanâ 6. *Maii* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 555.

5. Monachi Cartuſiani ſunt comprehenſi in indulto contributionis Eccleſiaſticorum conceſſæ favore Domini Electoris Palatini causâ belli. Colonien. 27. *Aug.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 108.

6. Contrà Monachos violatores Immunitatis Eccleſiaſticæ Archiepiſcopus procedat ſer. ſer. Mediolanen. 15. *Maii* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 65.

7. Datur facultas Epiſcopo extrahendi Monachum Laicum, qui in clauſtro exploſit ictum parvi ſclopi contrà Monachum Sacerdotem, & retinendi in carceribus uſque ad novum ordinem. Averſan. â 24. *Maii* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 691.

8. Idem Monachus de ordine Sac. Congr. remittitur ſuis Superioribus ad effectum retinendi in carceribus uſque ad novum ordinem: & Superiores conficiant proceſſum, & tranſmittant. In eadem 21. *Martii* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 783.

9. Iniungitur Epiſcopo, ut extrahat ad formam

Bullæ

Bullæ Monachum Conversum, qui aufugerat à carceribus Religionis, in quibus detinebatur ob commissum homicidium proditorium, ac confugerat ad Ecclesiam alterius Religionis, & consignet suis Superioribus pro tuta custodia, ac conficiat processum super delicto. Nolana 14. *Julii* 1674. *lib.* 1. *decr. Alrov. pag.* 968.

10. Mandante Sanctissimo conceditur facultas extrahendi Monachum Sacerdotem homicidam Abbatis Titularis in proprio Monasterio à Domo professa Societatis Jesu, in qua manebat jam ab ipso assecuratus, & consignandi in carceribus Nunciaturæ ad effectum prosequendi processum, & transmittendi, non obstante Immunitate, super quâ Sanctissimus dispensat, attentis gravissimis circunstantiis casus. Neapolitanâ 15. *Novemb.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 191.

11. Eadem auctoritate Archiepiscopus extrahit à Monasterio commissi delicti duos FF. Conversos ibidem carceratos, uti suspectos complicitatis homicidii præfati Abbatis, eosque consignandi Tribunali Nunciaturę, ut in d. causa examinentur, & constituantur. In eadem 22. *Nov. d. A. & lib. p.* 186.

12. Operarius salariatus Monachorum non est exemptus à foro, etiam posito privilegio Julii II. quod respicit Laicos inservientes in Monasteriis, aliisque locis, & percipientes Sacramenta ab iisdem Monachis, qualis non est operarius præfatus. Camerinen. 4. *Maij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.*285.

MONASTERIUM

1. MOnasterium tenetur ad onera, & collectas pro bonis donatis sub conditione, quod ad opera, & collectas pro dictis bonis teneatur.

tur. Taurinen. 6. *Nov.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 112.

2. Monasterium Monialium non tenetur ad onera communitativa, etiàm pro bonis acquisitis ex dotibus Puellarum professionem emittentium in d. Monasterio. Eugubina 2. *Decembris* 1670. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 500.

3. Monasterium Carthusiæ pro frumento ex bonis proprijs recollecto est immune à gabella. Ferrarien. 28. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 209.

4. Monasterium est omninò exemptum quòad eius bona à contributionibus prætensis per Ministros Laicos. Nullius Guastallæ 17. *Febr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 105. Regien. 27. *Martii d. A.*, *& lib. p.* 152. V. verbo *Hospitale* n. 2., *Moniales* n. 7. & seq.

MONETA, MONETARIJ

1. Monetarij gaudent Immunitate Ecclesiastica; sed contrà Ecclesiasticos complices in hoc delicto procedendum est juxtà formam Constitutionis à Sanctissimo editæ anno 1627. Oppiden. 16. *Jan.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 214.

2. Cognitio causæ Sacerdotis Monetarij spectat ad Eminentissimum Legatum privativè quòad Ordinarium juxtà dispositionem Bullæ F. R. Vrbani VIII. n. 75. Bononien. 6. *Sept.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 729.

3. Vigore ejusdem Bullæ cognitio causæ fabricationis falsæ Monetæ contra Clericum spectat ad Curiam Episcopalem. Eugubina 18. *Februarii* 1631. *lib.* 2 *decr. Paulucci pag.* 96.

4. Verùm aliquandò contrà Ecclesiasticos fabricatores falsæ Monetæ datur facultas Gubernatori procedendi, etiàm per alium, modò sit Clericus. Beneventana 6. *Apr.* 1677. *lib.* 2. *dec. Alt. p.* 1273.

5. Conceditur mandante Sanctissimo facultas Emi-

Eminentissimo Legato extrahendi, & retinendi prætensos Monetarios, ac conficiendi processum, quem ad Sac. Cong. transmittat. Bononien. 30. *Apr.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 683.

6 Monetarius, in cujus domo repertum fuit Breve Sanctissimi, & Sigillum, vtrumque ex probabilibus indicijs falsum, mandante Sanctissimo extrahitur à quocumque loco immuni per D. Nuncium. Neapolitana 29. *Dec.* 1668. *lib.* 1, *decr. Alt. p.* 303.

7. Monetarius ad preces M. Ducis ex gratia speciali Sanctissimi extrahitur ad formam Bullæ, & retinetur in carceribus Ecclesiasticis usquè ad novum ordinem, quamvìs casus non sit de exceptis. Pisana 7. *Apr.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 214. Florentina 9. *Februarij* 1669. *d. lib. pag.* 314.

8. Ad instantiam Regiorum datur facultas Episcopis Status Mediolanen. inquirendi in locis immunibus, & extrahendi Monetas adulteratas, & tonsas, ac etiàm instrumenta ad hunc usum. Quò verò ad Monetarios, & Tonsores conceditur Em. Archiepiscopo Mediolanen. facultas ad triennium illos extrahendi, & retinendi in carceribus Eccles., vel ad tutam custodiam in Laicalibus nomine Sac. Congr., & conficiendi processum ad effectum transmittendi; ac etiam cómunicandi alijs Episcopis facultatem tantùm extrahendi, & custodiendi ipsos Reos. Mediol. 6. *Iulii* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1411.

9. Datur facultas Episcopo procedendi contrà Monetarios extractos ab Ecclesia ad rigorosum examen attentis enormitate, & frequentiâ horum delictorum. Lycien. 26. *Julii* 1667. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 138.

10. Conceditur facultas annuente Sanctissimo Vicario Generali consignandi instrumenta extracta ab Ecclesia, quibus Monetarius vtebatur ad cudendos nummos, & etiàm nummos ipsos, si adsint, fa-

factâ protestatione, ut dicta Curia procedat in causa citrà pœnam sanguinis. Mediolanen. 16. *Feb.* 1679. *lib.* 2. *decr. Altovili pag.* 1712.

11. Annuente Sanctissimo datur D. Nuncio Apostolico facultas restituendi, seù consignandi Judicibus Laicis Monetas fallas repertas apud Fratrem N. Mendicantem retentum in carceribus Nunciaturæ, postquàm eisdem usus fuerit pro omni eo, quod attinet ad suum Tribunal, cum solita præservatione. Neapolitana 10. *Aprilis* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 115.

12. Conceditur facultas in forma commissaria annuente Sanctissimo Inquisitori, & Episcopo Melevitano, ut pro extinctione Monetæ ex ære fabricatæ contribuant Ecclesiastici tàm Seculares, quàm Regulares, unà cum Laicis in summa scutorum 135. mille pro rata quorumcumque bonorum, rerum, & effectuum per eosdem Commissarios declaranda, ità tamèn, ut creditum etiam Relig. Hierosolymitanæ ad d. summam ascendens remaneat extinctum, & residuum eiusdem Monetæ ex ære fabricatæ intrà biennium amotà omni dilatione etiàm extinguatur. Melevitana 10. *Novemb.* 1649. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 64.

13. Donativum Ecclesiasticis permissum causâ Monetæ novæ, vide verbo *Donativum*.

14. Taxæ Edicto Regio impositæ ex causa Monetæ novę non comprehendunt Ecclesiasticos, & iniungitur D. Nuncio, ut tueatur Immunitatem Eccles. Aprutina 1. *Ap.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 180.

MONIALES

1. MOniales non tenentur ad collectam per æs, & libram impositam pro bonis acquisi-

quisitis, quæ ideò delendæ sunt de Catastro Laicorum. Feretrana 22. *Dec.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 108.

2. Moniales pro bonis emptis, & acquisitis non tenentur nisi ad onera, quæ sint copulativè realia, certa, & invariabilia. Vercellen. 6. *Maij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 5.

3. Monialium bona non tenentur solvere decimam Gabellarijs. Ruben. 9. *Junii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 165.

4. Itèm sunt exempta ab hospitationibus, & contributionibus, alijsquè oneribus laicis. Regien. 12. *Novembris* 1695. *d. lib. pag.* 228.

5. Decernere immissionem in bona Monialis Novitiæ non licet Curiæ Laicæ, sed spectat ad Curiam Ecclesiasticam, Amerina 2. *Martij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 274.

6. Contrà Ministros Laicos prætendentes exigere collectas supèr censibus, qui fuerunt assignati Monialibus pro earum livello, Episcopus tueatur proùt de jure, & informet. Æsinâ 6. *Decembris* 1692. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 9. Ruben. 8. *Ian.* 1695. *d. lib. p.* 165.

7. Sac. Congr. iniungit Episcopo Regien. ut curet restitui Sanctimonialibus Monasterij S. Caroli res ablatas per Ministros Laicos. Nullius Guastallæ 27. *Febr.* 1694. *d. lib. pag.* 107.

8. Injungitur Nuncio Neapolitano, ut etiam canonicis remedijs cogat Moniales ad extrahendas è Monasterijs res ibidèm translatas, nempè adhoc, ut consignentur Judici competenti, ut de ijs disponat proùt de jure. Neapolitanâ 8. *Maij* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 488.

9. Archiepiscopus procedat proùt juris supèr violatione clausuræ Monialium, & Immunitatis Eccles. juxtà Sac. Can. contrà quoscunque, etiam Regulares, qui actui perquisitionis in Monasteriis Mo-

Monialium absque ulla legitima facultate interfuerunt, sivè mandatum, vel assensum dederunt. Eboren. 21. *Maii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 155.

10. In casu furti patrati cum qualitate *di Scalata* ut dicitur, in Monasterio Sanctimonialium, datur Legato Ferrariæ facultas examinandi, etiam per aliam Personam Ecclesiasticam Moniales d. Monasterij ad crates. Faventinâ 27. *Maii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 126.

11. Clericus, qui violavit clausuram Monialium, & in Monasterio stupravit famulam, vide verbo *Extractio Confugitorum* n. 24, *Facultas extrahendi Ecclesiasticos* n. 3., *Stuprum* n. 2.

12. Affictuarij Monialium non tenentur ad Collectas communitativas pro bonis conductis ab ipsis Monialibus. In una Marzorum 10. *Decembris* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 9.

13. Sustinentur censuræ latæ contrà Ministros Laicos, qui carcerarunt operarios Monialium. Æsinâ 19. *Febr.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 557.

14. Causa inter Moniales, & Baronem N. super dominio quarumdam terrullarum spectat ad Judicem Eccles. In una Marzorum 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 275.

Vide verbo *Nuncius quoad Regulares* n. 18., *Dos* n. 1., *Perquisitio* n. 5. 9. & seq.

MONITORIUM

1. Episcopi non attendant Monitorium A. C. præiudiciale privilegijs Clerici Coniugati, cùm illud habeat vim tantummodò simplicis citationis, & concedatur de stylo absque ulla discussione. Caputaquen. 24. *Novembris* 1643. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 214.

2. Quan-

2. Quandò in Monitorio non exprimitur causa violatæ Immunitatis, nec assignantur tres termini ab Episcopo, ipse debet procedere ex integro. Bisaccien. 7. *Junii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 1590.

3. Positâ resolutione Sac. Congr. aliquem non gaudere Immunitate Ecclef. & subindè datâ condemnatione Judicis Laici, præcipitur Episcopo, ut non concedat eidem Monitoria super relevantia testium. In N. N. 2. *Maii* 1673. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 795.

4. Monitoria A. C. debent exequi absque Exequatur Regio. Lycien. 8. *Aug.* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1813.

Vide verbo *Censuræ* n. 1. 2.

MONITIO

1 SAc. Congr. aliquandò injungit moneri extrajudicialiter Censuratos, etiam per Confessarios. Vide verbo *Aragoniæ Regnum*.

2. Parochus, qui etsi monitus à Religiosis admisit ad Sacramenta Ministros, & Officiales Laicos suæ Parochiæ, qui violenter exegerant contributiones militares super bonis dd. Religiosorum, excusatur, cùm non præcesserit declaratoria. Lauden. 3. *Febr.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 24.

MONS

1 MOns Pietatis in loco Savignani Diœcesis Ariminen. quamvis erectus auctoritate Ordinarii, & ab illo sæpius visitatus, non gaudet Immunitate Ecclesiasticâ. Ariminen. 24. *Sept.* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1148.

2. Mons farinæ pro pauperibus est exemptus ab impositionibus. Ferrarien. 23. *Iunii* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 53.

3. San-

3. Sanctissimus permittit Ecclesiasticis, & Locis piis pro ratâ rerum ipsis subreptarum concurrere ad taleam impositam ad effectum reperiendi delinquentes furti patrati in Monte Pietatis. Maceraten. 19. *Dec.* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 702.

4. In casu furti patrati in Monte Pietatis injungitur Curiæ Eccles. ut consignet Gubernatori corpus delicti, & acta facta pro recognitione ejusdem. Nepesinâ 30. *Octobris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 154.

5. In alio simili casu Sanctissimus avocavit causam à Curiâ Episcopali, & mandavit consignari Gubernatori Civitatis Vetulæ omnia acta, & res, necnon carceratos, si adsint, cum solitâ præservatione ab Irregularitate. Cornetanâ 26. *Maij* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani p.* 490.

6. Capsarius Montis Pietatis suspectus de fraude, jussu Sanctissimi extractus pro conficiendo examine, deindè repertus non dolosus, jubetur restitui. Ferrarien. 18. *Maij* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 142.

7. Et cùm præfatum decretum de ordine Sanctissimi suspensum fuisset, demùm remissâ causâ ad Sacr. Congr. perstitit in decisis. In eadem 22. *Apr. d. Anni, & lib. pag.* 148.

V. verbo *Liber* n. 4.

MULIER

1 Contrà Mulierem proscriptam ab Urbe, quæ deindè confugerat ad domum Ecclesiæ dirutæ Confraternitatis, ubi cum scandalo vivebat, injungitur Episcopo, ut provideat sua auctoritate ordinariâ, si locus non sit immunis, sin minùs utatur facultatibus concessis in litteris ejectionis. Aquipendii 12. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 92.

2. Quoad Mulierem confugitam in Hospitali, liberiùs utentem Immunitate loci, Episcopus pro-

 videat

videat cum facultatibus Sacrę Congr. juxtà prudentiam suam. Venusinâ 19. *Julij* 1695. *d. lib. pag.* 204.

Vide verbo *Parochus* n. 5. 6.

3. Sanctissimus approbavit extractionem Mulieris ab Ecclesiâ factam jussu D. Nuncii, ejusque translationem ad Conservatorium ad effectum vitandi scandala. Florentinâ 5. *Nov.* 1695 *lib.* 1. *dec. Vall p.* 226.

4. Attamèn injungitur, ut mandet illam charitativè tractari in Monasterio, in quo fuit collocata, & informet. In eadem 17. *Dec. d. A. & lib. p.* 235.

5. Curiæ Laicæ, quæ procedebat contrà Mulierem jàm à Curia Episcopali absolutam, Episcopus præfigat terminum ad deducendum iura sua coram Sac. Congr. Tudertinâ 24. *Dec.* 1695. *d. lib. pag.* 256.

6. Mulier adultera. Vide verbo *Adulter* n. 1.

7. Mulier unà cum fœtu occisa. Vide verbo *Gubernator* n. 21.

MUSICUS

1. MUsicus, seù Cantor Ecclesiæ Cathedralis vivens salario, seù expensis eiusdem Ecclesiæ, gaudere debet privilegio fori. Urbevetanâ 13. *Augusti* 1646. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 26.

2 Magister Capellæ vivens expensis, & salario Communitatis Civitatis gaudet privilegio fori. Nullius Orbetelli 15. *Martii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 1546.

Vide verbo *Cantor.*

NIX

LIcet Ecclesiasticis Nivem conservare pro eorum usibus tantùm. Caietanâ 27. *Maii* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 175.

NO-

NOTA

1. ARchiepiscopus prohibeat Clericis suę Diœcesis sub comminatione censurarum, ut non pareant mandatis Judicis Laici de exhibenda nota propriorum nominum, patriæ, qualitatis, & valoris beneficiorum, atque de tempore, quo illa possident. Mediolanen. 19. *Julij* 1624. *Ex Regesto Scripturarum Veterum pag.* 29.

2. Nota testium examinatorum in causis Libertatis, & Jurisdictionis Eccles. nullatenùs est publicanda per Ministros Curiæ Ecclesiasticæ. Baren. 19. *Decembris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 211.

Vide verbo *Episcopus quoad Clericos* n. 22., *Laboratores* n. 2., *Regularis* n. 19.

NOTARIUS

1. NOtarius Curiæ Episcopalis gaudet privilegio fori. Interamnen. 10. *Sept.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 184.

2. Notarius Vicarij Foranei est exemptus à Jurisdictione Laica, si cum effectu eidem Vicario inserviat. Auximanâ 26. *Augusti* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 11.

3. Notarius Curiæ Episcopalis non potest cogi à Laico deputato occasione pestis facere custodiam. Terracinen. 17. *Junii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 81.

4. Ordinarius non permittat, ut Notarius, & alij Officiales propriæ Curiæ durante servitio acceptent officia publica Communitatis. Firmanâ 8. *April.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 74.

5. Episcopus provideat de Notario non suspecto sumptibus allegantis. Narnien. 22. *Junii* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 265.

6 Similitèr Vicarius Capitularis curet uti Notario non suspecto Judici, contrà quem de ordine Sac. Congr. debet procedere. Firmanâ 13. *Septembris* 1692 *lib. decr. Grim. pag.* 191.

7. Notarijs A. C. facto verbo cum Sanctissimo intimantur Decreta Sac. Congr. circà inhibitiones in devolutivo, & absolutiones non concedendas in causis violatæ Immunitatis ab ipso A. C. cum comminatione carceris, & aliarum pœnarum arbitrio Sac. Congr. Compsanâ 4. *Septembris* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 992.

8. Notarius pro simplici rogitu appellationis ad Curiam Laicam spectante ad suum officium non incurrit excommunicationem. Hydruntinâ 15. *Martii* 1678. *lib.* 2. *dec. Altov. p.* 1548.

9. Nec etiam ob rogitum extraiudicialitèr factum cum expressione Clericorum. Sempronien. 23. *Sep.* 1653. *lib.* 5. *dec. Paul. pag.* 22.

Vide verbo *Actus* n. 2.

10. Causa Notarij Clerici coniugati falsarij Testamenti, qui ad inquisitionem Curiæ Legationis confugit ad Ecclesiam, & in eadem reassumpsit habitũ, ac inservivit Ecclesiæ, spectat ad Ordinarium. Feretranâ 11. *Ian.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 166.

Vide verbo *Cancellarius* per totum, *Processus Curiæ Eccles.* n. 22. & seq., *Acta* n. 18. 19.

NOVITIUS

1. Novitius Religionis Hierosolymitanę gaudet privilegio fori. Melevitanâ 12. *Jan.* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 69.

2. Novitij bona gaudent Immunitate, & exemptione Ecclesiastica. Aquilanâ 9. *Octobris* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 233.

3. Archie-

3. Archiepiscopus debet procedere contrà Curiam Laicam, quæ carceravit Novitium Religionis Equitum Hierosolym. non obstante allegato usu dictæ Religionis non recurrendi ad Curiam Archiepiscopalem exemptione d. Religionis, & recursu facto, ut dicitur, *dal Ricevitore* Religionis ad Curiam Secularem pro d. carceratione, quandò de isto recursu non constat legitimè. Mediolanen. 11. *Martii* 1679. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1720.

NOVITIA

Vide verbo *Moniales* n. 5.

NUNCIUS

1. CUm Nuncius, occasione Edicti prohibentis amotionem bonorum Ecclesiasticorum à Catastris, proposuerit, & aperuerit aliqua itidèm præjudicialia Jurisdictioni, Immunitati, & Libertati Eccles. contrà intentionem, & jussiones Sac. Congr. hìnc eadem Sac. Congr. habito verbo cum Sanctissimo, ista omnia declaravit, & declarat invalida, & irrita, & ità haberi mandavit ab omnibus, ne ullum ex hoc præiudicium Personis, & bonis Ecclesiasticis oriatur, & ut tollatur omnis contraria præsumptio Sac. Congr. mandavit hoc decretum adnotari in actis Nunciaturæ. Taurinen. 19. *Aprilis* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 225.

2. Nuncius non potest permittere, ut varietur forma præscripta in Brevi Clementis X. facultativo eidem Nuncio pro concursu Ecclesiasticorum unà cum Laicis ad solvendam certam summam retrahendam in vino, carne, alijsq; rebus usualibus, quæ in Regnis Portugalliæ, & Algaruæ consumuntur, & erogandam pro tuitione, & propagatione Fidei Catholicæ in Indijs Orientalibus (Nuncius enim in-

tendebat taxare quemlibet in pecunia pro dictis rebus, eò quia Regij nequibant vendere dictas res.) Ulixiponen. 7. *Iunii* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1592.

3. Monetur Nuncius causas in prima instantia esse cognoscendas ab Episcopo. Vercellen. 12. *Sept.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 262.

4. In causa censurarum latarum ab Episcopo ob violatam Immunitatem Eccles. Nuncius non potest absque facultate Sac. Congr. se ingerere. Suanen. 19. *Iulii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 203.

5. Quarè circumscriptis omnibus gestis per Nunciaturam Florentiæ reassumitur causa à S. Cong. *Ib.*

6. Nuncius notificet Magno Duci, non esse permissam impositionem gabellæ augumenti cartæ respectu Ecclesiasticorum, adhùc ut provideat, aliàs Archiepiscopus, & Episcopi procedant ser. ser. ad vlteriora remedijs à Sac. Can., & Concil. permissis. Florentinà 15. *Dec.* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 65.

7. Archiepiscopus curet satisfieri violatæ Jurisdictioni Nunciaturæ ob carcerationem, & punitionem Inservientis eidem Nunciaturæ. Neapolitana 6. *Octob.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul pag.* 211.

8. Cùm Ministri Regij mandaverint relegari quosdam Religiosos è Conventu Vlyxiponen. ad partes transmarinas, Sac. Cong. approbante Sanctissimo iniungit D. Nuncio Lusitano, ut efficacitèr agat cum Rege pro revocatione Regularium facienda per eorum Superiores ad eumdem Conventum ad effectum, ut ibì detineantur loco carceris, & causà ritè cognità à Judice competenti, procedat contrà eosdem prout de jure. Vlyxiponen. 31. *Iulij, seu* 1. *Aug.* 1691. *lib. decr. Martelli p.* 755. *& seq.*

9. Nuncius Taurinen. annuente Sanctissimo præservatur ab Irregularitate, quatenùs se ingerat in causa supèr homicidio secuto in personam Se-

cre-

cretarij Communitatis Tigliorarum, dummodò per se ipsum sententiam sanguinis non ferat: Taurinen. Maii 1689. *lib. decr. Martelli p.* 463.

10. Nuncio Coloniæ licuit, attentis suis facultatibus, suspendere censuras fulminatas à Vicario Generali contrà Canonicos, eò quià executioni demandarunt mandatum Tribunalis Laici contrà quemdam Parochum, & causam ad se avocare. Hyldesinen. 9. *Iulii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altovitipag.* 1606.

11. Iniungitur Nuncio, ut quatenùs cognoscat Episcopum esse suspectum, conficiat processum etiàm per delegatum Ecclesiasticum, tamèn non suspectum, circà causam violatæ extractionis confugitorùm ab Ecclesia, & domo Episcopali. Neapolitanâ, seù Larinen. 11. *Dec.* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1894.

12. Iniungitur Nuncio Neapolitano, ut provideat respectu Personarum Eccles. circà fraudes, & negociationes illicitas. Neapolitanâ 15. *Decembris* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 66.

13. In causis pestis Nuncius procedat cumulativè cum Archiepiscopo. Neapolitanâ 8. *Octobris* 1657. *lib. decr. Rocci p.* 4.

14. Nuncio Coloniæ datur facultas eijciendi confugitos à longo tempore, provisos tamèn de salvo conductu. Colonien. 18. *Nov.* 1687. *lib. decr. Mart p.* 183.

15. Aliquandò datur facultas absolvendi à censuris ob violatam Immunitatem. Panormitanâ 5. *Augusti* 1683. *lib.* 3. *decr. Altovisi pag.* 215.

16. Aliquandò datur Nuncio facultas absolvendi cum reincidentia post tempus arbitrandum ab ipsomet Nuncio. Abulen. 25. *Maij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 123.

17. Aliquandò post alios duos menses. Cassanen. 19. *Decembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 94., & 20. *Februarij* 1695. *d. lib. pag.* 105.

18. Nuncio Florentiæ datur facultas, ut satisfactâ Parte, & reintegrato loco immuni quòad res extractas, absolvat privatè servatâ formâ Cancellarium Tribunalis Nunciaturæ. Burgi S. Sepulchri 6. *Dec. d. Anni, & lib. pag.* 232.

19. Nuncius Neapolitanus cum facultate Apostolica subdelegatur ab Archiepiscopo Materanen. pro conferenda absolutione D. N. Neapolis commoranti. Materanen. 5. *Junij* 1693. *d. lib. pag.* 127.

20. Nuncius cum facultate Apostolica potest suspendere pro tempore sibi benè viso censuras latas ab Episcopali Curia. Comen. 6. *Nov.* 1694. *d. lib. p.* 155., *&* 26. *Febr.* 1695. *d. lib. pag.* 173.

21. Sæpè Sac. Congr. iniungit Nuncio Apostolico, ut assistat Episcopo pro tuenda Libertate, & Immunitate, ac Jurisdictione Eccles. Hydruntinâ 27. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 159. Bituntinâ 1. *Martii* 1695. *d. lib. p.* 175. in una Regni Siciliæ 10. *Martij* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 207. Venusinâ 18. *Septembris* 1700. *d. lib. p.* 315.

Vide verbo *Gubernatores Excommun.* n. 13.

22. Nuncio iniungitur, ut invigilet ne Curia Laica deveniat ad actus irretractabiles contrà extractum. Hyeracen 2. *Dec.* 1699. *lib. decr. Mart. p.* 693.

23. Itèm, ut invigilet, ne Immunitas Eccles. aliquod detrimentum patiatur. Nolana 13. *Martij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 108. Signantèr quòad taxas Edicto Regio impositas causâ monetæ novæ. Aprutina 1. *Aprilis* 1695. *d. lib. p.* 180.

Vide verbo *Moneta*.

24. Itèm, ut interpellet Magistratus Laicos pro consignatione Clerici detenti in carceribus Laicis. Isclana, seù Neapolitana 2. *Maii* 1693. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 43. S. Marci, seù Neapolitana 18. *Dec.* 1694. *d. lib. p.* 162.

25. Itèm, ut instet apud D. Proregem, ut condignè

gnè puniat Gubernatorem Minerbini ob publicationem Edicti læsivi Libertatis Eccles. Minerbinen. 6. *Novembris* 1695. *d. lib. pag.* 155.

26. Itèm, ut agat cum Ministris Regiis, ut Populum Arianen. in debita obedientia, & respectu ergà Episcopum, & Libertatem Eccles. contineant. Arianen. 13. *Novembris* 1694. *d. lib. pag.* 155.

27. Nuncio Apostolico dantur litteræ perquisitionis, & extractionis in forma rerum existentium in locis immunibus illius Diœcesis, & etiàm in Palatio Episcopi. Hyeracen. 17. *Ap.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 116. Capuana 22. *Oct.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 224.

Vide verbo *Facultas extrahendi concessa D. Nuncio* n. 3., verbo *Debitor* n. 2. 3.

28. Itèm aliæ litteræ consimiles, quibus vti possit in Ecclesijs suæ Jurisdictioni subiectis. Neapolitana 11. *Ian.* 1695. *d. lib. pag.* 168.

29. Iniungitur Nuncio, ut omnibus juris remedijs procedat contrà Parochum supèr spretu censurarum, & etiàm supèr irregularitate, quatenùs constiterit, quod post publicationem censurarum celebraverit. Glandeten. seù Nicæen. 27. *Decembris* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 262.

30. Nuncio Taurinen. seu Pedemontij iniungitur, ut faciat exequi in illis Diœcesibus decreta Sacræ Congr. quibus declaratur, quod Clerici non gaudent exemptione pro bonis ad suscipiendos Sac. Ordines assignatis, donec fuerint in Sac. Ordinibus constituti. Pedemontanâ 22. *Nov.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 4.

Alia ad Nuncium spectantia, v. verbo *Rex* n. 1., *Mulier* n. 3. 4., *Archidiaconus* n. 3.

NUN-

NUNCIUS QUOAD REGULARES, ET MONIALES

1. NUncio Apoſtolico injungitur, ut aſſiſtat Abbati Generali Montis Virginis, ejuſque Conſanguineis, ne vexentur à Miniſtris Regiis. Nullius Montis Virginis 7. *Nov.* 1693. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 85.

2. Item, ut tueatur Priorem, & Monachos Camaldulenſes. Beneventana 6. *Martii* 1694. *d. lib. p.* 167.

3. In cauſa cujuſdam Regularis extracti à loco immuni de mandato Sac. Congr. & conjecti in carceres Nunciaturæ, Sac. Congr. Epiſcop. & Regul, menſe Auguſti 1683. dedit Nuncio facultatem procedendi uſque ad ſententiam excluſivè, fruſtrà prætendentibus Regularibus procedere contrà ſupradictum in vim privilegiorum ſuæ Religionis, poſteà Sac. Congr. Immunitatis decernit, ut retento in carceribus Reo procedat Tribunal Nunciature ad impinguationem proceſſuum quatenùs opus ſit, deindè iis legitimatis, aſſignet defenſiones, & tranſmittat. Capuanâ, ſeù Neapolitana 12. *Julij* 1689. *lib. dec. Martelli pag.* 491.

4. Preterea quatenùs idem Regularis partinaciter reſpondere nolit ſub pretextu, quod fuerit extractus ab Eccleſia, datur Nuncio facultas illum torquendi ſolùm pro habendâ reſponſione, non verò pro habendâ confeſſione delictorum. *Ibidem.*

5. Deindè Sac. Congr. ſic decrevit cum Eminentiſſimo Protectore, ut detrudatur in carcerem formalem alicujus Monaſterii ſuæ Religionis ad correctionem per triennium, & ultrà arbitrio ejuſdem Eminentiſs. In eadem 16. *Ian.* 1691. *lib. decr. Mart. p.* 717.

6. Et cum ſupplicaret ſibi commutari carcerem Religionis in aliqua alia Religione, vel in carceri-

bus

bus quibuscunque Ecclesiasticis, sub prætextu timoris contrà propriã vitam, Sac. Congr. respondit: In decisis, & ampliùs non proponatur. In eadem. 31. *Julii d. Anni, & lib. pag.* 747.

7. Tandem ad preces ejus matris decrepitæ, & eiusdem ope indigentis, & habita attestatione Correligiosorum super illius emendatione, Sac. Cong. rescripsit: Pro gratiâ Eminentissimo Protectori. In eadem 23. *Sept.* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 197.

8. Sac. Congr. præcipit Nuncio, ut quatenùs non adsit alia causa, mandet excarcerari quosdam Religiosos detentos in carceribus Nunciaturæ ob recursum ad Judices Laicos contrà N. Canonicum, & ob destructionem muri ad eumdem pertinentis. Baren. 9. *Febr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 104. & seq.

Vide verbo *Episcopus quoad Regulares* n. 13.

9. Item, ut procedat contrà Superiores Congregationis, non obstante illorum appellatione ad Sanctissimum pro liberatione N. Canonici suę Congr. iussu suorum Superiorum carcerati per manus Laicorum in Cęmeterio Cathedralis. Vilnen. 11. *Ian.* 1695. *d. lib. p.* 167.

Vide verbo *Canonicus Regul.* n 3. 4.

10. A Sanctissimo ex voto Sac. Congr. denuò conceditur D. Nuncio facultas prorogandi Jurisdictionem usque ad sententiam inclusivè Judicis Eccles. ab eodem Nuncio pro fabricando processu jam deputati ex speciali Sanctissimi facultate contrà Regularem prætensum Reum criminis læsæ Majestatis, & væneficij, & cùm Reus gauderet Immunitate, Sanctissimus pro hac vice derogavit Bullæ Greg. XIV. attentis circunstantiis facti. Neapolitanâ 7. *Septembris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 199.

11. Nuncius de ordine Sac. Congr. declarat Provincialem N. incurrisse in excommunicationem

Bullæ

Bullæ Cœnæ ob delictum contrà Libertatem Ecclesiasticam. Ulixiponen. 31. *Julii*, *seu* 1. *Aug.* 1691. *lib. decr. Mart. pag.* 752.

12. Item Superiores Vilnen. contumaces privat officiis, declarat inhabiles ad alia imposterùm obtinenda, & privat etiam voce activa, & passiva, nisi intrà brevem terminum paruerint circà censuras, & Interdicta. Vilnen. 16. *Novemb.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 158.

Vide verbo *Regularis delinq.* n. 9. 12. 41. 45.

13. Nuncio injungitur, ut mandet charitativè tractari Religiosum ferris, & compedibus detentum in carceribus Nunciaturæ, extractum ab Ecclesia ob homicidium commissum. Neapolitanâ 22. *Novemb.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vall. pag.* 629.

14. Datur Nuncio facultas absolvendi Regulares à censuris juxtà decretum in Toletana 16. *Jan.* 1681. Vlyssiponen. 16. *Nov.* 1688. *lib. decr. Mart. p.* 373. *& seq.*

15. Item datur facultas eosdem dispensandi ab Irregularitate, prævià tamen eorum supplicatione eidem Nuncio, & renunciatione recursibus habitis ad Tribunal Laicum faciendâ per actum publicum registrandum in Actis Nunciaturæ. *Ibidem.*

16. Nuncio Hispano datur facultas absolvendi Abbatissam, aliasque personas excommunicatas ob complicitatem carcerationis Ministrorum Nunciaturę. Toletanâ 19. *Febr.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 559.

17. Eidem datur facultas absolvendi Clericos Regulares Ministros Infirmorum Provinciæ Hispaniarum ob recursum ad Potestatem Laicam, etiam privatim cum facultate subdelegandi, prævià tamen obligatione de se abstinendo à similibus. Toletanâ 19. *Martij* 1704. *d. lib. pag.* 565.

NUN-

NUNDINÆ

1 Ecclesiasticis prohibetur solvere Datium prætensum à Ministris Laicis occasione Nundinarum super rebus, quę ponderari, aut mensurari debent. Brundusinâ 23. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 12.

2. Ecclesiastici non tenentur ad observantiam Edicti promulgati à Consulibus Fani, non obstante quacunque consuetudine in contrarium quoad Nundinas; sed tùm Curia Ecclesiastica, tùm Laica debet pro suis facere simile Edictum per mensem ânte. Fanen. 13. *Julii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 300.

OBEDIENS

Homines Terrę subditę Abbatię spectantis ad capitulum Basilicę Vaticanę obedientes Edicto pœnali Gubernatoris Policastri accedendi cum suis armis ad locum Policastri incidunt in excommunicationem, & datur facultas eos absolvendi. Policastren. 2. *Junij* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 945.

OBLATUS

1. Oblati gaudent privilegio fori, & exemptione à vectigalibus, dummodò concurrant omnia simùl, & copulativè requisita in declaratione Sac. Congr. Concil. scilicèt, si in forma juris valida perpetuo, & irrevocabilitèr, plenè, & cùm effectu se ipsos, & bona sua omnia præsentia, & futura, nullâ prorsùs, quamvìs minimâ eorum portione, nequè in proprietatem, neque in usumfructum sibi reservatâ Religioni obtulerint, & habitum

bitum aliqualitèr mutaverint. Nicoteranen, 10. *Ap.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 88.

2. Oblati, qui dederunt omnia sua Ecclesijs secularibus incedentes in habitu Oblatorum coloris albi, quæstuantes, ac sustentati à Procuratoribus Ecclesiarum, quibus reddunt computa quæstuationum; necnòn inservientes ipsis Ecclesijs, sunt exempti à Jurisdictione Laica, & subjecti Jurisdictioni Commendatarij. Nullius S. Clementis 17. *Junii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 82.

3. Episcopus debet admittere Oblatos, qui habent requisita Concilij Lateranen. juxtà dictam declarationem Sac. Congr. Concil. Trid, Oppiden. 6. *Martii* 1635. *lib.* 2 *decr. Paul. p.* 219.

4. Qui se obtulit gaudet privilegio Oblati, etiàm si oblatio fuerit facta Ecclesiæ Seculari, Juvenacen. 13. *Junii* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 100.

5. Oblati, qui se ipsos, & omnia bona perpetuò, & irrevocabilitèr, & plenè Religioni obtulerunt, gaudent privilegio fori, & exemptione, quamvis sint constituti procuratores Monasterij ad nutum Superioris eiusdem amovibiles, dummodò ad proprium commodum nihil percipiant. Caputaquen. 19. *Aprilis* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 223.

6. Oblati carcerati à Curia Laica ob crimina commissa ante suam oblationem gaudent privilegio fori. Oppiden. 19. *Ap.* 1701. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 347.

7. Non justificatis tamèn requisitis in d. declaratione Sac. Congr. Concil. super Oblatis, non debent gaudere privilegio fori. Beneventanâ 17. *Novembris* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 188.

8. Sic Oblatus conjugatus, qui se, & bona sua obtulit Religioni, reservato sibi illorum usufructu suâ vitâ durante, non gaudet privilegijs Oblatorum. Boianen. 29. *Ap.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 576.

9. Pa-

9. Paritèr, qui fecit oblationem omnium suorum bonorum post mortem ad favorem Conventus, habitans in propria domo, non gaudet exemptione à taxa solvenda Locandarijs. Arianen. 8. *Aprilis* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 76.

Vide verbo *Tertiarij*.

OBLIGATIO

1. OBligatio de stando juri, & judicatum solvendo, aliquandò præscribitur loco depositi. Spoletana 26. *Martij* 1695. *lib.* 1. *decret. Vallemani pag.* 180. *& sæpè alibi*.

2. Aliquandò vltrà depositum, vel restitutionem imponitur etiàm Obligatio de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ. Baren. 2. *Julij d. A., & lib. p.* 197.

3. Obligatio de non incurrendo ampliùs in similia prærequiritur ad Absolutionem. Vide verbo *Absolutionum exempla*, verbo *Gubernatores excommunicati*.

OECONOMUS

1. SCribitur Inquisitori Melevitano non approbando temperamentum ab ipso adinventum in præiudicium Capituli, favore Equitum, pro OEconomo Mensæ Episcop. Sede Vacante, itàut ex litteris Sac. Congr. sit præservata Capitulo facultas deputandi OEconomum Sede Vacante, & ex actis per dictum Inquisitorem gestis nullum præiudicium inferatur Capitulo. Melevitanà 29. *Maii* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 191.

2. Monetur Præpositus Collegiatæ de Scala non posse per se ipsum neque officium OEconomi Generalis in Dominio Mediolanen. exercere, nec alios Subœconomos subdelegare, nisi priùs obtentâ facultate

cultate à S. Sede, sine qua in prædicto officio, si aliquem actum Jurisdictionis auderet intentare, contrà eumdem, ac reliquos Subœconomos ad censuras, cæterasque pœnas à Sac. Can., & Apostol. Constit. præscriptas procederetur. Mediolanen. 2. *Augusti* 1664. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 572.

3. Sac. Congr. approbat censuras fulminatas à Reverendissimo Abbate D. Joanne Paulo Bucciarello I. V. D. Prothonotario Apostolico, ac Vicario Capitulari Ecclesiæ Mediolanen. zelantissimo, ac accerrimo Libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ defensori contrà quemdam Sacerdotem à Ministris Laicis in OEconomum bonorum Mensæ Archiepiscopalis Mediolanen. Sede Vacante, nullitèr, & scandalosè deputatum, ac contrà Notarios, & Birruarios eius socios, qui contempto monitorio ad instantiam veri OEconomi Capitularis, & Capituli Ecclesiæ præfatæ, ac in locis ubi sita sunt bona eiusdem Mensæ affixo, & publicato, ausi fuere contrà eius tenorem bonorum dictæ Mensæ possessionem capere, ac fructus eiusdem sequestrare. Mediolanen. 4. *Nov.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 104.

OFFICIALES

1. EPiscopus non debet permittere, ut Officiales propriæ Curiæ durante servitio exerceant munia Communitatis, & quatenùs exercere velint, suspendat eos à servitio Curiæ Eccles. Terracinen. 6. *Maii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 78.

Vide verbo *Consilia*, & *Consiliarij*.

2. Officiales Curiæ Eccles. gaudent privilegio fori pro delictis etiam non concernentibus officium. Liparinâ 6. *Maii* 163.. *lib.* 2. *decr. Paul. pàg.* 77.

3. Officialis actualis Abbatiæ commendatæ Eminentissimo

nentissimo Cardinali gaudet privilegio fori. S. Severini 20. *Feb.* 1680. *lib. decr. Alt. p.* 1936.

4. Officialis Laicus, qui ligare facit compedibus, & manicis ferreis confugitum ad Ecclesiam, incidit in censuras inflictas per Constit. Greg. XIV. Cotronen. 9. *Martij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 116.

OLEUM, OLIVÆ.

1. CLericus debet percipere fructus Olivarum in bonis patrimonialibus, & Beneficialibus collectorum absque onere quid solvendi Domino loci. Oritanâ 6. *Oct.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 211.

2. Statutum supèr gabella Olei non comprehendit Clericos vendentes, nec Laicos ab eis ementes. Assisien. 20. *Apr.* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 75.

3. Non sunt impediendi Ecclesiastici in venditione etiam minutatim Olei recollecti in eorum proprijs bonis, dummodò fiat privatim, & decentèr, ac in proprijs domibus, & non aperiant apothecam: Recinaten. 9. *Sept.* 1670. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 475., & 3. *Feb.* 1667. *p.* 520. Auximana 15. *Iulii* 1673. *ibi p.* 820.

4. Datium impositum supèr qualibet sarcina Olei à Communitate non comprehendit Oleum Ecclesiasticorum. Gallipolitana 23. *Ianuarii* 1680. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1913.

5. Ecclesiastici debent gaudere solita libertate pro extractione Olei recollecti in eorum bonis Melphien. 15. *Iulii* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti. pag.* 2224.

6. Ecclesiastici non possunt cogi terere suas Olivas in molendinis Baronum loci. Tudertina 20. *Iulij* 1688. *lib. decr. Martelli p.* 325.

Vide verbo *Molendinum* n. 6. 7. 16.

ONUS

1. CLerici non tenentur ad Onera laicalia. Aquinaten. 19. Nov. 1695. *lib.* 1. *dec. Val. p.* 228.

2. Onera ordinaria, & extraordinaria à Laicis imposita non possunt exigi ab Ecclesiasticis. Casalen. 23. *Aug.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 135.

3. Ecclesiastici tenentur ad Onera quatenùs erant imposita bonis, quæ posteà ad eos transierunt, & quatenùs sint certa, realia, & invariabilia, & à principio imposita de consensu solventium, vel aliàs legitimè. Marsicen. 26. *Junii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 97. Verulana 23. *Aug.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 137. Vercellen. 26. *Feb.* 1636. *ibi p.* 245.

4. Quoad Onera, Datia, & Gabellas respectu Ecclesiasticorum servanda est decisio in Brundusina coràm Pensa, & Decretum editum sub Clemente VIII. Firmana 6. *Febr.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 116.

5. Onera, ad quæ tenentur Ecclesiastici, debent esse certa, realia, perpetua, & invariabilia copulativè. Asculana 10. *Sep.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 4. Placentina, *Ibidèm p.* 6.

6. Bona Mensæ Episcopalis Abbatiarum, & Ecclesiasticorum sunt exempta ab Onere decimæ dictæ *di Vettuaglie*. Tarentina 24. *Maij* 1644. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 228.

7. Onera laica non sunt solvenda à Clerico pro bonis assignatis in dotem Beneficij, ad cujus titulum ipse Clericus fuit promotus ad Ordines. Montis Alti 9. *Dec.* 1631. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 106.

8. Ad Onera Bonætenentiæ Sacerdos tenetur ex pacto apposito in permutatione bonorum cum Seculari quatenùs dictum pactum non fuerit pars pretij, & proportionabilis summa non fuerit ratio-

ne dicti pacti deducta in excomputationem pretij. Tarentinâ 22. *Nov.* 1639. *lib.* 3. *decr.* *Paul.* *p.* 106.

9. Ecclesiastici Ducatus Urbini non tenentur ad Onera extraordinaria olim imposita à Ducibus pro salarijs Judicum, & Baroncelli. Urbinaten. 18. *Aug.* 1699. *lib.* 2. *decr.* *Vallem.* *p.* 252.

10. Ecclesiastici possidentes bona in territorio loci Corigliani tenentur ad solvendum Onus, quod dicitur *della Granateria* juxtà æstimum, seù taxam à Communitate faciendam, attamèn Episcopus in confectione æstimi tueatur Ecclesiasticos proùt de jure. Hydruntinâ 17. *Maii* 1695. *lib.* 1. *decr.* *Vall.* *p.* 190.

11. Clerici in Sacris constituti tenentur ad Onera privilegiata. Æsinâ 5. *Octobris* 1688. *lib.* *decr.* *Martelli* *pag.* 357.

Vide verbo *Bona acquisita* per totum, *Clericus quoad suas exemptiones*, *Ecclesiastici* n. 10. & seq., *Regularis* n. 1. & seq.

ONERA CAMERALIA

1. DE mandato Clementis VIII. Cardinalis Aldobrandinus iniungit Legato Piceni mentem Sanctitatis suæ esse Ecclesiasticos, etiàm Seculares non teneri, nec cogi ad solutionem Collectarum, etiàm Cameralium, pro bonis acquisitis, quæ aliàs quandò erant possessa à Laicis erant subiecta dictis Oneribus, nisi constet adesse consuetudinem faciendi solvere Ecclesiasticos, non obstante quocumque decreto, & consuetudine in contrarium; Ecclesiastici verò, qui sunt in possessione nihil solvendi pro bonis possessis in aliquo territorio manutenendi sunt, & præservandi in consueta libertate, & exemptione. Maceraten. 26. *Augusti* 1600. *ex Regesto Scripturarum Veterum pag.* 2.

 2. Ec-

2. Ecclesiæ ubì per consuetudinem in contrarium sibi præscripserunt exemptionem ab Oneribus Cameralibus frui debent tali exemptione. Fanen. 17. *Aug.* 1611. *sub Paulo V. ex Regesto Scripturarum Veterum pag.* 4.

3. Ecclesiastici pro bonis acquisitis à Laicis tenentur ad Onera Cameralia, quatenùs sint certa, realia, & invariabilia, juxtà Decisionem in Brundusina gabellæ coràm Penia, & Albanen. coràm Merlino cum concordantibus, & quatenùs ipsi non sint in quasi possessione hujusmodi Onera non solvendi. Amerinâ 17. *Dec.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 66. Reatinâ 20. *Jan.* 1637. *lib.* 3. *de r. Paul. pag.* 24.

4. Sac. Congr. censuit inhærendo declarationibus aliàs factis bona per Ecclesiasticas Personas acquisita, ac per eas possessa, gaudere exemptione à quibuscumque impositionibus, & oneribus, quæ non sint copulativè certa, realia, & invariabilia juxtà dictas decis. in Brundusina, & Albanen. necnòn ab impositionibus Cameralibus, etiàm comprehensivis Personarum Ecclesiasticarum, quandò istæ libertatem illas non solvendi præscripserunt juxtà dd. Decretum Clem. VIII. Urbevetanâ 24. *Julij* 1646. *lib.* 3 *decr. Paul. p.* 288. Senogallien. 28. *Julij* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 968. Asculanâ 4. *Junii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 32.

5. Ad Onera Cameralia Ecclesiastici tenentur in ijs, in quibus sunt specificè in impositionibus à Summis Pontificibus nominati, aut expressi, ut in subsidio. In una Status Ecclesiastici 19. *Martii* 1637. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 26. Asculanâ 4. *Iunii* 1630. *ibi p.* 32.

6. Ecclesiastici non tenentur nisi ad Onera Cameralia juxtà tenorem Litterarum Apostol., & non pro majori summa ea, ad quam tenentur Laici. Amerinâ 13. *Aug.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 22.

7. Onera Cameralia, ad quæ tenentur Eccle- siasti-

ſiaſtici, ſunt illa, quæ fuerunt impoſita à Sede Apoſtolica cum expreſſione ſpecifica Eccleſiaſticorum, & quandò iſti non ſunt in poſſeſſione hujuſmodi onera non ſolvendi juxtà Decretum allatum Clem. VIII. Aſculanâ 25. *Julij* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 132.

8. Non licet Communiſtis alterare taxas Onerum Cameralium pro bonis antiquis Eccleſiarum, nec pro novis Oneribus Cameralibus poſſunt exigere aliquam taxam contrà ipſos Eccleſiaſticos, niſi priùs intimatis ipſis Eccleſiaſticis. Ariminen. 17. *Novemb.* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 618.

9. Non eſt permittendum Clerum tàm Sæcularem, quàm Regularem cogi ad ſolutionem Onerum Cameralium niſi cognito repartimento ab eorum Deputato Eccleſiaſtico. Nepeſinâ 14. *Maii* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1683.

10. Eccleſiaſtici Urbis Veteris non tenentur ad Onera Cameralia pro bonis aſſignatis in Patrimonium, & pro bonis primæ erectionis; nec ſuffragatur Breve B. Pij V. Urbevetanâ 19. *Auguſti* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 181.

ORATORIUM

1. Oratorium, in quo miſſæ celebrantur, eſt locus immunis; & declaratio contraria facta per Epiſcopum revocatur. Sarzanen. 13. *Junii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 67.

2. Oratorium pubicum, obtentâ priùs à Sacra Congr. Concil. translatione onerum, poteſt clauſâ janua viæ publicæ reduci ad Oratorium privatum. Lucanâ 19. *Aug.* 1704. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 605.

3. Oratorium Turronis Bononiæ ſitum in porticu curtilis cuſtodiæ Equitum levis armaturæ non

gaudet Immunitate Ecclef. Bononien. 17. *Nov.* 1671. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 618., *&* 10. *Martij* 1694. *lib.* 2. *dec. Val. p.* 206.

ORDINARIUS

1. ORdinarius debet confulere Sac. Congr. in cafibus particularibus pro licentia præfigendi terminum eis, qui ad Ecclefiam confugerunt. Panormitanà 20. *Iunii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 131.

2. Ordinarius priùs debet cognofcere articulum Immunitatis, quâ fi Reus non gaudeat, cognofcat fupèr caufa principali. Nullius Montis Virginis 8. *Decembris* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 146.

3. Ordinarius Diœcefis, in qua fecuta eft extractio, debet procurare reparationem, & reintegrationem Immunitatis, non autèm Ordinarius alterius Diœcefis, in qua extractus detinetur in carceribus. Montis Falifci 24. *Maii* 1644. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 227.

4. Ordinarius acritèr coercere debet Clericos, qui fe fubijciunt examini Judicis Laici contrà tertium. Cariaten. 7. *Iunii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 159.

5. Ordinarius circà Clericum retentum in carceribus laicis, ex gratia Sanctiffimi nomine Ecclefiæ exercere debet actus iurifdictionales, fcilicèt illum examinare faciendo, & fimilia. Neapolitanà 15. *Iulij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 9.

6. Ordinarius non poteft prohibere Clericis Coniugatis intereffendi Confilijs Communitatis, & fimilibus. Avellinà 3. *Oct.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 203.

7. Ordinarij Status Pedemontij procedere debent in caufis fraudum Ecclefiafticorum in prima inftantia juxta difpofitionem *Sac. Conc. Trid. in cap. Caufæ omnes Seff.* 22. *de Reform.* etiàm non obftantibus inhibitionibus A. C., & in gradu appellationis tranfmit-

tenda

tenda est ab iisdem Ordinarijs copia inhibitionum cum Summario meritorum causæ eidem A. C. In una Pedemontij 28. *Julii* 1658 *lib decr. Rocci pag.* 110.

8. Ordinarius remedio Censurarum, non Edicti, uti debet contrà eos, qui onera iniungunt ducentibus uxorem, ne impediatur libertas Matrimonij. S. Angeli 10. *Septemb.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 6.

9. Ordinarius procedere debet ad pœnas iniunctas à Sac. Can. contrà impedientes executionem Litterarum Apostol. Baren. 19. *Novembris* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 63.

10. Aliquandò iniungitur Ordinario, ut mandet exequi monitorium alterius Ordinarij, & assistat prò reintegratione Immunitatis. Catanien. 24. *Januarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 169.

11. Sicùt etiam, ut mandet executionem, & affixionem Cedulonum super censuris latis ab alio Ordinario contrà Fiscalem Regiæ Audientiæ. Baren. 26. *Junii* 1694. *lib* 1. *decr. Vallemani p.* 130.

12. Ordinario inferiori, scilicèt Vicario Abbatiæ Collegij Græci non est concedenda facultas absolvendi Excommunicatos ex causa violatæ Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ, sed Episcopo viciniori. Militen. 23. *Aug.* 1632. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 137.

Vide verbo *Episcopus*.

ORDO

1. SAc. Congr. ex vivæ vocis oraculo habito à Sanctissimo, nec non de speciali eius ordine, præcipit, & mandat Regni Archiepiscopis, & Episcopis, & alijs Ordinarijs inferioribus, ut antequàm ad primam Tonsuram, sivè ad minores Ordines aliquem promoveant, Parocho, seù alteri, cui magis expedire videbitur, committant, ut nomini-

minibus, & desiderio eorum, qui volunt promoveri, publicè in Ecclesia propositis de ipsorum Ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vitâ à fide dignis diligentèr inquirat; & litteras testimoniales ipsam inquisitionem faciat continentes, ad ipsum committentem quàmprimùm transmittat, ad hoc ut tàm ex his, quàm ex aliis ex Sac. Conc. Trid. præscripto *in VII. Sess. 23. de Reform.* adhibendis diligentiis, sibi constet, promovendos illis esse qualitatibus præditos, quæ per Sac. Can. idemque Concilium requiruntur. Quod & observent in Litteris Dimissorijs concedendis, in quibus exprimatur præfatas diligentias præcessisse. Dictæ autem Litteræ Dimissoriæ uni tantùm, & certo Ordinario ad electionem concedentis impostерùm dirigantur; & pluribus directè sint nullæ. Prædictaque vult inviolabilitèr observari, donèc aliud fuerit ordinatum; si quis verò contrà formam præsentis Decreti fuerit ad primam Tonsuram, sivè ad minores Ordines promotus, ab executione collati, & à susceptione superioris Ordinis perpetuò suspensus sit, & ulterius condignis pœnis puniatur. Ordinans verò, vel Dimissorias concedens ultrà Divinam ultionem, quam incurret, à collatione Ordinum per annum suspensus sit eo ipso. Prætereà ijsdem Ordinarijs enixè iniungit, ut decreta per Sac. Canones, sacrumque Conc. Trid. & Apostol. Constit. quòad delationem Clericalis habitus, & tonsuræ, servitiumque Ecclesiæ præstandum ità curent per huiusmodi Clericos observari, & in eos, qui contrà fecerint, stàtutis per ea penis animadvertere, ut ipsi nequeant de damnabili circà hæc negligentia redargui. Romæ X. *Kal. Iulij 1623. ex Regesto Scripturarum Vet. pag. 15.*

2. Injungitur Episcopis Pedemontij, ut summa diligentia curent in promovendis ad primam Tonsuram

furam, & Ordines minores concurrere requisita Sac. Conc. Trid. *in cap* 4. *Sess.* 8. *&* 16. *de Ref.* aliàs illos non admittant. Pedemontana 27. *Feb.* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 70. Anglonen. 15. *Julii* 1664. *ibi p.* 565.

3. Non sunt de jure permissę in conferendis Ordinibus promissiones de suscipiendis Sac. Ordinibus, nec propterea Episcopus potest ex hoc capite Clericos spoliare privilegiis Clericalibus. Hyeracen. 12. *Aug.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 181.

4. Suscipientes Ordines minores in fraudem non potest Episcopus cogere ad suscipiendos Ordines Sacros. Aquen. 13. *Dec.* 1633. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 178.

5. Qui ducta unica, & virgine Ordinem Clericalem assumit, de consensu ejusdem uxoris senis, debet istà mortuà gaudere privilegio fori, & aliis exemptionibus, licet ipsa vivente non gauderet. Civitatis Pennę 6. *Aug.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 74.

6. Proceditur contrà Barones impedientes etiam indirectè collationem Ordinum, atque etiam primę Tonsurę suis Subditis. Baren. 6. *Decembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 232.

PALAFRENARIUS

PAlafrenarius Episcopi non potest carcerari à Curia Gubernatoris, cùm gaudeat privilegio fori etiàm pro delictis extrà Diœcesim. Recinaten. 15. *Feb.* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 88.

PALATINUS

SAnctissimo approbante, causa Palatini Vilnen. admissa ejus appellatione, avocatur totaliter tàm à Curia Episcopi, quàm à Metropolitano Gnesnen. Vilnen. 16. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 158.

&

& in Reg. Litt. sub die 27. d. Mensis. Suspensis etiam omnibus actis, & sententiis utrinque emanatis. *Ibidem.* Vide verbo *Regularis* n. 40. & seq.

PALATIUM

1. Palatium Nunciaturæ Neapolis gaudet Immunitate. Neapolitanâ 3. *Maii* 1686. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 562.

2. Palatium Mensæ Episcopalis, etiàm situm extrà Diœcesim, gaudet Immunitate, ac si esset in propria Diœcesi pro tempore, quo Episcopus eum inhabitat. Castren. 8. *Iulij* 1670. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 453.

3. Palatium Episcopi conductum pro sua habitatione Episcopali gaudet Immunitate. Aquinaten. 19. *Novembris* 1666. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 59.

4. Palatium tamèn conductum ab Episcopo in propria Diœcesi pro propria habitatione, in quo etiam habitat Dominus eiusdem Palatii, gaudet Immunitate tantùm quòad portionem Episcopi, & suæ familiæ. Sagonen. 8. *Iulii* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 157.

5. Palatia ruralia Episcoporum in locis eorum Diœcesis, & ab ipsis interpolatè, seù recreationis gratià habitata, & quæ ab eorum Affictuariis continuò habitantur, non gaudent Immunitate Eccles. Civitatis Plebis 2. *Sept.* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 2248.

6. Confugiens ad Palatium Episcopi gaudere debet Immunitate. Forosempronien. 4. *Iunii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 44.

7. Quarè carceratus in Palatio Episcopi est ibidèm restituendus. Lycien. 19. *Ian.* 1638 *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 52.

8. Sicùt etiam Sacerdos captus in Palatio Episcopi gaudet Immunitate, & ibidèm est restituendus. Fanen. 17. *Sep.* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 120.

9. At

9. At quandò Episcopus ordinat carcerationem in proprio Palatio, Reus non gaudet Immunitate Eccles. Signinâ 31. *Iulii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 506.

10 Sicùt in casu, quo Baroncellus, & Birruarij Curiæ Episcopalis, qui tentarunt absque ordine carcerationem Sacerdotis inventi cum falce vinitoria pre manibus, & ob resistentiam eis factam ipsum lethalitèr percusserunt, ut secundo die obierit, undè vocati ab Episcopo ad proprium Palatium pro reddenda ratione huius facti, ibidèm de mandato Episcopi carcerantur, & deindè pœnâ triremium puniuntur, non gaudent Immunitate. Imolen. 8. *Aug.* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 828.

11. Reus allegans Clericatum Baroncello, ductus liber ad Vicarium Generalem, cui in Palatio Episcopi dixit, se non esse Clericum, sed velle uti Immunitate Palatij Episcopalis. quam Vicarius admisit, gaudet Immunitate, & Baroncellus non incidit. Sutrinâ 17. *Nov.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 257.

12. Executio etiàm pro debitis civilibus fieri non potest in Palatio Episcopi, nec in domibus, seù mansionibus Clericorum in Regno Neapolitano, attentâ consuetudine in d. Regno ad eorum favorem. Conversanen. 12. *Nov.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 30.

13. Concedenda est facultas exequendi in Palatio Episcopi, quatenùs à creditoribus Episcopi petatur. Anagninâ 20. *Iunii* 1651. *ibi pag.* 148.

14. Magistratus Secularis absolvitur ad cautelam eò quòd demoliri fecerat murum ædificatum antè Palatium Episcopi, quod prætenditur spectare ad Mensam Episc. Tropien. 9. *Feb.* 1694. *lib.* 1. *decr. Val. p.* 104.

PANIS

1. Episcopus non permittat venditionem Panis exteri in Ecclesijs, & locis immunibus, ut con-

continentem abusum Immunitatis, & præiudicium Communitatis. Imolen. 2. *Iunij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 50. Bononien. 25. *Septembris* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 50.

2. Licet Episcopo alere suos operarios proprio Pane, etiam extero sine solutione cartellæ farinæ. Melphien. 13. *Maij* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 129.

PAPA

1. Consulitur aliquandò à Sac. Cong. pro gratia, & absolutione. Vide verbo *Absolutionum exempla* n. 20.

2. Aliquandò pro sanatione actorum. Vide verbo *Acta* n. 24. & seq.

3. Aliquandò pro nova exactione. Vide verbo *Sodomita* n. 4.

4. Itèm pro pena extraordinaria. Vide verbo *Pœna Extraordinaria* per totum.

5. Papa aliquandò moderatur Decretum Sac. Congr. Vide verbo *Sac. Congr. Immun.* n. 5.

6. Aliquandò suspendit. Vide ibidèm n. 6., & verbo *Facultas extrahendi*.

PARENS

Datur Episcopo facultas absolvendi pro sui arbitrio in forma privata ob carcerationem Clerici factam per eius Parentes. Civitatis Ducalis 19. *Feb.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 171.

PARICIDIUM

1. Filius occidens proprium Patrem naturæ crudelis, sæpè sæpiùs indiscretè percutientem ipsum filium bonæ indolis, restituitur Ecclesiæ, à qua fuit extractus, nec condemnatur ad pœnam ex-

extraordinariam, ut petebatur. Fulginaten. 18. *Julii* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 636.

2. In causa Paricidij Sanctissimus tribuit Archiepiscopo Ravennæ licentiam consignandi Curiæ Legationis Urbini processum constructum à Notario subdito eius Jurisdictioni. Pisauren. 21. *Apr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 117.

PAROCHUS

1. PArochus post delictum commissum confugiens ad propriam domum Parochialem gaudet Immunitate, Mutinen. 18. *Februarii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag* 96.

2. Parochus captus pro debito in propria domo parochiali gaudet Immunitate Eccles., & est restituendus, Ariminen. 2. *Maij* 1661. *lib dec. Rocci p.* 331.

3. Parochus captus in propria domo Parochiali, etiàmsi distante ab Ecclesia, gaudet, & restituenda ei sunt ablata, seù quæ solvit, ne deduceretur ad carceres. Portuen. 24. *Maij* 1672. *lib.* 1. *decr. Altovii pag.* 692.

4. Verùm Episcopus potest extrahere Parochum à propria domo Parochiali ad correctionem tantùm. Interamnen. 27. *Martii* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 14.

5. Sic Parochus repertus in fragranti delicto cum muliere in domo parochiali extrahi potuit per Episcopum ad effectum correctionis. Aretinâ 31. *Augusti* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 86.

6. Circà Parochum inobedientem iterato Episcopi præcepto de dimittenda è domo sua parochiali muliere malæ famæ, cùm de mandato eiusdem Episcopi extractus fuisset è dicta domo simùl cum muliere, & conjectus in carceres; Sac. Congr. pronunciavit: benè extractum fuisse ad correctionem,

&

& retinendum arbitrio Episcopi ad eumdem effectum, nec dimittendum nisi renovato præcepto de non conversando cum muliere. Aretinâ 15. *Novemb.* 1689. *lib. decr. Martelli pag.* 526.

7. Attamèn Parochus nullitèr extractus iussu Provicarij per Curiam Laicam è domo parochiali, & successivè detentus in carceribus à Vicario Generali nomine Ecclesiæ, est restituendus. Nonantulanâ 22. *Aprilis* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 149.

Vide verbo *Vicarius Generalis* n. 21.

8. Aliquandò datur Episcopo facultas extrahendi cum debita decentia, & interventu Personæ Eccles. ad formam Bullæ è domo parochiali, tùm Parochum, tùm mulierem, quâ sub pretextu famulæ reverâ ut concubinâ utebatur, ad effectum retinendi in carceribus per aliquod tempus nomine Sacræ Congr. ad correctionem tantùm. Feretrana 10. *Decembris* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 9.

9. Itèm datur facultas Episcopo carcerandi in Ecclesia, & quocumque loco immuni Parochum pravæ, incorrigibilis, & scandalosæ qualitatis, qui post barbaram occisionem sui Pensionarij, qui ei resignavit Curam, ac eius servæ, fugitus è carceribus, habitabat cum suis in domo parochiali, & celebrabat Sacrum suo Populo, & datur etiàm facultas eijciendi ab Ecclesia, & domo parochiali consanguineos ejusdem, & alias personas ibidèm confugitas pro dicta causa. Asculana 26. *Septembris* 1679. *lib* 2. *decr. Altovini pag.* 1847.

10. Parochum, seù Curatum conjectum in carceres nimìs asperos, Sacra Congr. mandat Episcopo, ut faciat charitativè tractari. Pisana 19. *Februar.* 1695. *lib.* 1. *decr. Valkmani pag.* 172.

11. Quòad Parochum suspensum ab Episcopo in contumaciam, iniungitur eidem Episcopo, ut pro-

procedat ad reintegrationem bonorum, & suspensis censuris per duos menses dictus Parochus compareat coràm Episcopo, qui charitativè recipiat, & nullo modo molestet. Aquen. 7. *Julii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 229.

12. Eodem recusante comparere, ac denuò suspenso à Curia Episcopali, Sacra Congr. decrevit: suspensâ suspensione per tres menses Episcopus transmittat omnia acta. In eadem 8. *Iunii* 1700. *ibi p.* 293.

13. Extractus ab Ecclesia ob violentiam illatam Parocho jubetur restitui Ecclesiæ præstitâ idoneâ fideiussione de non offendendo eumdem Parochum. Spoletana 9. *Maii* 1690. *lib. decr. Mart. p.* 610.

Vide verbo *Domus Parochialis* n. 5.

PASCUA

1. GAbella imposita ab Vniversitate supèr Pascuis non comprehendit animalia Ecclesiasticorum. Bovinen. 14. *Septembris* 1675. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1146.

2. Pro Pasculatione animalium Ecclesiasticorum nihil solvendum, si huculquè ità fuit observatum. Laquedonen. 2. *Iulii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 51.

3. Statutum Laicorum prohibens moram, & ingressum animalibus in Pascuis, non comprehendit Ecclesiasticos. Montis Falisci 24. *Januarij* 1645. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 243.

4. Si territorium sit proprium Communitatis non intrat Immunitas Ecclesiasticorum circà Pascua. Amerina 7. *Oct.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 92.

5. Verùm Pascua provenientia non ex tenuta particulari Communitatis, sed totiùs territorij propria Ecclesiarum, & particularium Civium, reduci debent ad pristinum statum Libertatis tàm quòad

Laicos, quàm quoad Clericos. Faventina 26. *Junij* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 97.

6. Laici pro belluis ab Ecclesiasticis eis traditis sub specie cujusdam contractus nominati census, reverâ transferentis Dominium ipsarum belluarum in Laicos, tenentur ad solutionem Fidæ, seù Pasculi, & in hoc Decreto Sac. Congr. recessit à iam decisis, quod non tenerentur. Larinen. 24. *Septembris* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 113.

7. Circà Edictum Episcopi an obliget Clericos ad solvendum pro Pascuis aliquam summam minorem, quàm Laici? Sac. Congr. remittit causam ad A. C. Marsicen. 7. *Julii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 230.

8. Supèr controversijs intèr Abbatem commendatarium, & Baronem Loci Laterzæ, S. Congr. respondit: Firmâ remanente restitutione Jacci, omnia quoad Pascua, seù prætensam Fidam remittuntur ad A. C. cum facultatibus Sac. Congr. Acheruntinâ 2. *Decembris* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 632.

9. Cùm jus suprà Pascua animalium competat Archiepiscopo Regien. ratione Dominij temporalis, iniungitur Episcopo Boven. ut informet, & interim nihil innovet. Boven. 3. *Sep.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 213.

Vide verbo *Coloni Ecclesiasticorum* n. 17. 21.
Verbo *Animalia* n. 1. & seq.

PATENTATI

1. SImplices Patentati ab Episcopo non gaudent privilegio fori. Forosempronien. 20. *Jan.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 30. Oritanâ 26. *Maii* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 226. *& alibi.*

2. Patentas honorarias Nuncius non concedat. Tarentinâ 29. *Julii* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 71.

3. Simplex Patentatus Clericatus Salvatici Capitu-

pituli Basilicæ Vaticanę nullo gaudet privilegio Eccles. Militen. 3. *Iulii* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 962.

4. Patentatus sub titulo Vespillonis ab Episcopo, carceratus à Curia Laicali, non gaudet privilegio fori. Fulginaten. 27. *Iulii* 1706. *lib.* 1 *dec. Marafusci.*

5. Episcopus amoveat Patentam concessam Laico sub titulo Commissarij Cavalcantis Curiæ Eccles. Alatrinâ 13. *Aprilis* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 243.

6. Marescallus, ut talis ab Episcopo Patentatus, carceratus à Laicis non gaudet S. Angeli in Vado 9. *Aug.* 1670. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 465.

7. Episcopus non permittat, seu reducat Patentatos Vicarij Foranei Loci Aquæ Spartæ ad solum Cancellarium. Tudertinâ 20. *Dec.* 1667. *ibi p.* 183.

8. Simplex Patentatus tamquàm Guardianus bonorum Commendæ Religionis Hierosolymitanæ, sed non exercens officium in dictis bonis, non gaudet privilegio fori, & ideò Curia Eccles. restituat Curiæ Laicæ. Civitatis Castelli 13. *Septembris* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 378.

9. Iniungitur Episcopo, ut omninò revocet, & aboleat Litteras Patentales per ipsum concessas Ministris Regijs pro notificatione horreorum Ecclesiasticorum, cùm hoc censeatur læsivum, & præiudiciale Immunitati, Libertati, & Jurisdictioni Eccl., maximè quia ista visitatio fit virtute Edicti Laici. Alexandrinâ 15. *Febr.* 1678. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 1204.

10. Veruntamèn Patentatus, ut Revisor, & Provisor Piscinarum Mensæ Episcopalis Terracinen. ex quibus magna pars proventuum Mensæ Episcopalis hauritur, tamquàm minister necessarius, gaudet privilegio fori. Terracinen. 27. *Ian.* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 229.

11. Quòad numerum Sac. Congr. declaravit non constare de excessu si assignentur decem Clerici Sal-

vatici, ideſt quatuor pro Cathedrali adhùc parochiali, ſex pro ſex aliis Eccleſiis, in quibus Sacra peraguntur, & quarum tribus inſerviunt Eremitæ. Similitèr ſi in Civitate conſtituta ex 1800. Animabus præfigantur tres Curſores, & quinque Birruarij. Inſulanâ *infrapoſita*.

12. An autem tales Patentati ſint immunes ab oneribus? Sac. Congr. iubet ſervari decretum editum *die* 10. *Iulii* 1623., quod exhibetur verbo *Clerici Salvatici* n. 1. & ſequentibus, reſervato jure probandi legitimam conſuetudinem quòad realia, & mixta. Inſulanâ 12. *Jan.* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 265.

13. Ad inſtantiam Communitatis petentis præcipi Ordinario, ut teneat affixam in loco notam Patentatorum ab ipſo ad evitandas fraudes in concedendis Litteris Patentalibus cum antidatis, & etiam ad hoc, ut Patentati ſint noti Curiæ, Sac. Congr. reſpondit: Lectum. Nullius Atini 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 175.

14. Patentati cuiuſdam Abbatiæ capti à Birruariis Laicis, donèc cognoſcatur à Sac. Congr. utrùm gaudeant privilegio fori? conſignantur Curiæ Eccleſ. quæ illos in ſuis carceribus detineat ad diſpoſitionem Sac. Congr. Nullius Abbatiæ S. Sophiæ 31. *Dec.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 237.

15. De mandato Sanctiſſimi iniungitur Epiſcopo, ut mandet excarcerari Patentatum Abbatiæ Clarævallis detentum in carceribus laicis ob delationem armorum, cum ille gaudeat privilegio fori. Nullius Abbatiæ Clarævallis 23. *Maii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 490.

16. Datur facultas Proſegato cogendi Patentatum Menſæ Epiſcopalis ad præſtandam cautionem de non offendendo ad evitanda inconvenientia, & mala imminentia. Ceſenaten. 16. *Junii* 1700. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 295.

Vide

Vide verbo *Familiaris* per totum.

PATER

ALiquandò ad petitionem Patris conceditur facultas extrahendi eius filium incorrigibilem à loco immuni, & retinendi in carceribus arbitrio S. Cong. Florentinâ 4. *Apr.* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 91.

Vide verbo *Dos* n. 3., *Filius* n. 22. 23. & seq.

PATRIMONIUM

1. BOna assignata in Patrimonium Clericorum pro Ordinibus suscipiendis non sunt subiecta, nisi oneribus certis, realibus, & invariabilibus, quandò tempore assignationis erant subiecta similibus oneribus. Montis Regalis 11. *Augusti* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 69.

2. Patrimonia, ad quorum titulum Clerici sunt ordinati, sunt immunia ab impositionibus, & gabellis. Albanen. 14. *Sept.* 1626. *lib.* 1. *dec. Paul. pag.* 15. Faventinâ 24. *Martii* 1627. *ibi p.* 42.

3. Limita tamèn quoadusque Clerici non obtineant Beneficium legitimè subrogatum loco Patrimonij. Fundanâ 25. *Sept.* 1627. *eodem lib. p.* 66. *&* 13. *Nov.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 62. Aquilanâ 27. *Apr.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 58. Lycien. 26. *Aug.* 1636. *ibi p.* 12. Nucerinâ 23. *Ianuarij* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 891. Firmanâ 14. *Maii* 1675. *d. lib. pag.* 1097.

Vide verbo *Clericus quoad exemptiones* n. 26.

Verbo *Bona primæ erectionis* n. 10. 12.

4. Licèt Patrimonia Clericis sint assignata pro assumendis Sacris Ordinibus, non est permittendum gaudere exemptione Patrimonij Ecclesiastici, nisi post assumptionem Sac. Ordinum; gaudere ta-

mèn debent exemptione bonorum Clericorum, si verè cum effectu fuerint in Clerico translata. Aquilana 5. *Martii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 138.

5. Bona integrè assignata Clerico in Patrimonium non gaudent Immunitate Patrimonij Sacri ab oneribus laicis, nisi à die suscepti Ordinis Sacri. Aquilana 4. *Augusti* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 58. Aprutina 2. *Julii* 1630. *lib.* 2 *decr. Paul. pag.* 47. Nazarena 2. *Aprilis* 1669. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 336. Neritonen. 12. *Iulii* 1689 *lib. decr. Martelli pag.* 493. Pedemontana 22. *Nov.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 4. Aquilana 11. *Aprilis* 1693. *d. lib. pag.* 36.

6. Restituenda sunt quæcumque fuerunt à Clerico indebitè exacta per Ministros Laicos super bonis, ad quorum titulum fuit ordinatus. Caputaquen. 30. *Martij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 114.

7. Amplia I. Etiàm si ille promotus fuisset ad Ordines Sacros incepto jàm semestri, in cujus fine collectæ solvendæ erant. Æsina 5. *Octobris* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 357. excipe tamèn onera privilegiata. *Ibidèm*.

8. Amplia II. Etiàm quoàd collectas Camerales. Camerinen. 7. *Oct.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 93. Forosempronien. 13. *Aug.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 23. Montis Alti 14. *Oct.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 62.

9. Amplia III. Quod bona Patrimonij Clericalis sunt exempta ab onere Subsidij triennalis. Anagnina 23. *Aug.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 166.

10. Amplia IV. Quamvìs in assignatione Patrimonij apposita fuisset clausula -- donèc, & quousquè obtinuerit Beneficium Ecclesiasticum, vel de alijs fructibus provisus fuerit, quibus se alere possit. Civitatis Castelli 2. *Martii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 275.

11. Amplia V. Quod bona subrogata loco bonorum, ad quorum titulum quis fuit ordinatus, si subroga-

rogatio legitimè facta fuerit, gaudent exemptione. S. Severini 26. *Aug.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 13. S. Angeli in Vado 12. *Iulii* 1689. *lib. decr. Mart. p.* 495.

12. Amplia VI. Quod etiàm bona acquisita à Clerico, & subrogata in Patrimonium sunt exempta. Vide verbo *Bona acquisita*.

13. Amplia VII. Quod bona assignata pro Patrimonio Clericis delenda sunt de Catastro Laicorum, & describenda intèr bona Ecclesiasticorum. Squillacen. 21. *Ian.* 1676. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 1202.

14. Amplia VIII. Nec possunt confiscari, & ideò restituenda sunt. Mutinen. 15. *Junii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 64. & 13. *Iunii* 1640. *d. lib. pag.* 120.

15. Amplia IX. Quod bona assignata in Patrimonium ad Sacros Ordines suscipiendos gaudent exemptione à collectis impositis per æs, & libram pro eo tempore, quo ordinatus non habuit sufficiens Beneficium. Civitatis Plebis 10. *Novembris* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1022.

16. Amplia X. Quod etiàm bona assignata pro supplemento Patrimonij juxtà taxam factam in Synodo gaudent exemptione. Recinaten. 18. *Decembris* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 300.

17. Amplia XI. Quod bona assignata in Patrimonium Clericis sunt immunia à Bonatenentia. Illa verò transeunt cum suis hypothecis, pro quarum liberatione Clericus agere potest contrà assignantem. Salmonen. 19. *Nov.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 66.

18. Sacerdos, cui fuit evicta possessio, supèr qua erat constitutum Patrimonium, si subrogavit aliam possessionem legitimè cum authoritate Episcopi, gaudet pro subrogata exemptione à collectis. Æsina 21. *Januarii* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti p.* 1198.

19. Iniungitur Episcopis Status Sabaudiæ, ut circà assignationes pro Patrimonijs Clericorum

obvient fraudibus, observando Sacr. Canones, Concilia, & Constitutiones Apostol. in illorum constitutione. Taurinen. 15. *Martii* 1650. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 101.

20. Iniungitur Episcopis Status Pedemontij, ut sedulò curent, nè fiant fraudes circà Patrimonia assignanda Clericis in præjudicium Communitatum, & nè eadem Patrimonia excedant quantitatem sufficientem pro qualitate ordinandorum Episcopi arbitrio; juxtà dispositionem Sac. Concil. Trid. Pedemontana 27. *Febr.* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 70.

21. Verùm quandò pater habens plures filios, assignat duobus omnia sua bona in Patrimonium; Episcopus provideat nè subrepant fraudes, & informet. Squillacen. 9. *Julii* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 592.

PAUPERTAS

1. PAuperibus, & Miserabilibus competit jus conveniendi suos debitores etiàm coràm Episcopis, & eorum Tribunalibus Eccles. Macera-ten. 18. *Nov.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 25.

2. Attentâ Paupertate excommunicatorum ob extractionem, & occisionem Confugiti, loco accessus ad Urbem permittitur, ut absolvantur ab Episcopo, sed impositâ aliquâ eleemosynâ erogandâ Ecclesiæ violatæ, & valdè gravi pœnitentia salutari. Neocastren. 4. *Maii* 1671. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1092.

3. Sacerdos excommunicatus, qui attentâ ejus Paupertate est inhabilis nedùm ad satisfaciendum Parti, sed etiàm ad præstandam cautionem, antequàm absolvatur, præstet obligationem in forma de satisfaciendo infrà terminum assignandum ab Episcopo. Vulturarien. 22. *Junii* 1675. *ibi p.* 1114

4. Gu-

4. Gubernator, qui cum Militibus incendit Campanile ad effugandos Bannitos in eo confugitos, attentâ ejus Paupertate, datur facultas ut absolvatur cum hoc, quod reficiat damna pro d. combustione secundùm suas vires, & pro reliquo det cautionem etiàm juratam. Neapolitana 31. *Januarij* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 402.

5. Censuratus, qui ob Paupertatem non habet vndè possit reintegrare, factâ obligatione juratoriâ de satisfaciendo si ad meliorem fortunam pervenerit, absolvitur. Aquipendij 19. *Julij* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 347.

6. Pauperes carcerati, cujus impensis debeant ali, vide verbo *Carceratus* n. 1.

PAX

QVandò Pars offensa renuit dare Pacem censurato petitam cum debitis satisfactionibus, datur facultas, hoc non obstante, Episcopo pro suo arbitrio absolvendi ipsum censuratum. Neapolitana 11. *Decembris* 1679. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 1898.

PECULATUS

1. REus delicti Peculatus confugitus gaudet Immunitate, cum non sit de exceptis in Bulla Greg. XIV. Neapolitana 24. *Martii* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 43., & 31. *Januarii* 1628. *eodem lib. p.* 82.

2. Ex gratia speciali Sanctissimus annuit pro retentione nulliter extracti ex causa Peculatus ab Archiepiscopo, attento quòd Princeps suspendit acceptare sententiam Archiepiscopi, usquedùm audiret sensum Sacræ Congr. Taurinen. 8. *Februarij* 1667. *lib.* 1. *decr. Altovici pag.* 84.

3. Datur facultas Archiepiſcopo extrahendi Theſaurarium, & alios debitores Ærarij Ducalis, & aliorum intereſſe habentium vtì Reos Peculatus, modò conſtet ſummariè de veritate facti, & retinendi in carceribus Eccl. ad diſpoſitionem Sac. Congr., & etiàm perquirendi, & extrahendi eorum bona in quocumque loco immuni, exceptis Monaſterijs Monialium, & Conſervatorijs, & conſignandi. Taurinen. 14. *Junij* 1698. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 157.

PECUNIA

1. RESTITUERE debet Vicarius Capitularis Pecuniam ſibi ſolutam à Sacerdote pro ſui excarceratione, & compoſitione facta cum ipſo Vicario ob affixionem Edicti leſivi Juriſdictionis Eccleſiaſticæ. Oritana 22. *Ap.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 149.

Vide verbo *Reſtitutio* n. 29., *Contributio cauſa Belli, Fur.* n. 12., *Cenſuras non ſuſtineri* n. 15.

2. Nihil debetur pro viaticis, & cibarijs Commiſſario deputato ab Epiſcopo ad examinandos teſtes in cauſa Immunitatis. Viterbien. 25. *Septembris* 1708. *lib. decr. Maraſuſci.*

PENSIONARIUS

1. PENSIONARIUS cenſetur Beneficiatus ad effectum fruendi privilegio fori, etiamsì non incedat in habitu, & tonſura. Peruſina 20. *Februarii* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 175.

2. Pro penſionibus decurſis, & decurrendis, non eſt impediendum, quìn Eminentiſſimus Penſionarius poſſit liberè agere contrà Menſam Epiſcopalem. Cariaten. 2. *Dec.* 1680. *lib.* 2. *dec. Alt. p.* 2115.

PER-

PERQUISITIO

1. PErquisitio frumenti Ecclesiasticorum in locis immunibus, à Nuncio demandata Ministro Laico, improbatur, & iniungitur, ut deputet Personam Ecclesiasticam non diffidentem Ministris Abundantiæ. Florentina 9. *Februarij* 1649. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 71.

2. Perquisitio in molendinis, & in alijs locis Commendæ Religionis Hierosolymitanæ, Appaltatoribus non est licita, nisi mediante ministerio Curiæ Eccles. habentis facultatem à Sac. Congr. Auximana 25. *Julij* 1643. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 18.

3. Perquisitiones scripturarum, & rerum factæ à Fiscali Nunciaturæ in Conventu, seù Cella Regularis prætensi monetarij, sunt nullæ, & cum Sanctissimo prò facultate Nuncio vtendi rebus, & scripturis sìc extractis, & prosequendi processum, etiam super asserta moneta contrà d. Regularem carceratum à Curia Laica, & statim remissum in carceribus Nunciaturæ. Neapolitana 29. *Maii* 1656. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 26.

4. Vigore Litterarum perquisitionis rerum furatarum Vicarius non consignet Judici Seculari res, & pecunias, quæ non sunt expressæ, & indicatæ inter res furatas, sed ipsas consignet cui de jure. Neapolitanâ 15. *Junii* 1688. *lib. decr. Mart. p.* 306.

5. Permittitur Perquisitio furti pecuniarum commissi à Ministris Domus Sanctissimæ Annunciatæ, ut prætenditur, absconditi in Monasterio Monialium, facienda tamèn per Episcopum, vel aliam Personam Ecclesiasticam. Troianâ 21. *Ian.* 1626. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 91.

6. Datur facultas perquirendi thesaurum in Eccle-

clesia ad effectum consignandi cui de jure, factâ tamèn obligatione de reducendo omnia in pristinum. Capuanâ 6. *Maii* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 553.

7. Datur facultas perquirendi, & extrahendi instrumenta ad usum conficiendi aleas in locis immunibus, etiàm in Monasterijs Regularium, non tamen mulierum. Romanâ 12. *Iulii* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1612.

8. Datur facultas Episcopis Status Mediolanen. perquirendi fraudes, & res repositas in locis immunibus in præiudicium Appaltatorum in forma, etiam Domos Regularium, & illius vigore procedant, & provideant per viam præcepti tantùm, non autem per viam Edicti. Mediolanen. 23. *Septembris* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 210.

9. De mandato Sanctissimi datur Em. Archiepiscopo facultas ad annum perquirendi res furatas, res ut dicitur *di contrabando*, res dolosè decoctorum, & res Administratorum substantiæ pupillorum, in locis immunibus quibuscunque (exceptis Monasterijs Monialium, & Conservatorijs) & consignandi Judici seculari, ut de ipsis disponat proùt de jure, receptâ promissione priùs, & juramento non utendi rebus sic extractis pro corpore delicti. Mediolanen. 13. *Aug.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 168.

10. Datur facultas, annuente Sanctissimo, perquirendi Em. Legato in omnibus locis immunibus (exceptis Monasterijs Monialium) fraudes contrà Appaltatores Tabacci, dummodò in faciendis istis Perquisitionibus utatur ministerio Personæ Ecclesiasticæ cum solitis cautelis. Ferrarien. 14. *Apr.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 39.

11. Conceditur facultas perquirendi in locis immunibus bona spectantia ad spolium, & extrahendi in forma. Ferentinen. 7. *Maii* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 86.

Datur

12. Dantur A. C. Litteræ Perquiſitionis in forma contrà bona Epiſcopi debitoris penſionis, exceptâ Cathedrali, & Palatio Epiſcopali. Callien. 31. *Iulii* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 977.

13. Dantur Litteræ Perquiſitionis in forma A. C. pro rebus, ſeù frumentis, ac penoribus Epiſcopi ad favorem Penſionarij d. Epiſcopi. Romanâ, ſeù Nolanâ 21. *Octobris* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1863.

14. Dantur A. C. Litteræ Perquiſitionis in forma contrà Epiſcopum, qui fraudulentèr tranſtulerat omnia ſua bona in locis immunibus ad effectum ſatisfaciendi Em. Cardinali creditori penſionis. Terracinen. 7. *Sep.* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1144.

15. In caſu, quo Parochus debitor cuiuſdam Sacerdotis conſervabat omnia omninò bona ſua in domo Parochiali, conceduntur Epiſcopo litteræ Perquiſitionis, & extractionis, ad favorem Creditoris, attento quod iam obtinuerat mandatum executivum contrà Parochum. Tiburtinâ 19. *Septem.* 1708. *lib. decr. Marafuſci.*

16. Contrà debitores, qui fraudulentèr tranſtulerunt omnia bona ſua in diverſis locis immunibus, conceditur Epiſcopo, ut poſſit perquirere, & extrahere ea ad effectum conſignandi, facto inventario, Judici competenti, ut de ijs diſponat proùt de jure. Catacen. 6. *Octobris* 1708. *lib. decr. Marafuſci.* Neapolitana 19. *Sep. d. A.*, *& lib.*

17. Cenſurati ob perquiſitiones eorum juſſu factas in Ædibus Canonicalibus abſolvuntur in forma privata, qui verò illas fecerunt, quatenùs petant, abſolvantur in forma Eccleſiæ. Florentinâ 9. *Febr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 103.

Vide verbo *Facultas extrahendi bona*, *Litteræ perquiſitionis* n. 1. & ſeq., *Appaltator* n. 1., *Gubernator* n. 13. 14., *Cenſuras non ſuſtineri* n. 13.

PE-

PESTIS

1. DAtur facultas extrahendi personas, & res suspectas morbo pestilentiali. Vide verbo *Equites Hierosolymitani* n. 21.

2. Regulares, qui tempore Pestis absque beneplacito Apostolico solvunt scuta duo millia pro construendis Lazaretis, incidunt in pœnas contentas in decreto de rebus non alienandis. Florentinâ 21. *Januarii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 72.

3. Similitèr Regulares, qui sine d. facultate tempore Pestis concedunt, vel consentiunt concessioni Conventuum pro usu Lazareti, incidunt in excommunicationem. *Ibidèm.*

PICTURA

POsito consensu Patronorum, nec non Collegiatæ, in cuius Capella existit Pictura Visitationis B. M. Virginis, annuente Sanctissimo conceditur eadem Pictura Regi Catholico, cuius nomine supplicatum fuit. Aquilana 25. *Maii* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 64.

PIGNUS

Pignus restituendum Ecclesiasticis &c. Vide verbo *Vinum* n. 5.

PISCES

Impositio gabellæ Piscium non comprehendit Ecclesiasticos. 14. *Jan.* 1630. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 23.

Vide verbo *Episcopus quoad suas exemptiones* n. 9.

PISTOR

1. AB officio Pistoris non condecente Ordini Clericatus Episcopus dextrè faciat abstine-

ſincere Clericum. Urbanien. 18. *Auguſti* 1637. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 41.

2. Piſtor Archiepiſcopi non tenetur ſolvere gabellam pro frumentis Menſæ Archiepiſcopalis. Bononien. 29. *Nov.* 1676. *lib.* 1. *decr. Albitii pag.* 1307.

3. Piſtor, & Venditor panis Menſæ Epiſcopalis nequit moleſtari à Curia Laica. Faventina 19. *Februarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 171.

Vide verbo *Legatus* n. 7.

4. Piſtor fraudulentus, qui panem componit non ex ſola farina Menſæ Epiſcopalis, ſed etiam aliorum, à Curia Laica poteſt puniri abſque læſione Immunitatis. Bononien. 22. *Aprilis* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 148.

5. Piſtor Præpoſiti, V. verbo *Curia Præpoſituralis.*

POENA

1. Pœnæ pro damnis datis exigi nequeunt à Colonis, ſeù Cuſtodibus animalium Eccleſiaſticorum, ſed tantùm exiſtimationem noxiæ, quandò damna dantur caſualitèr, & non ſtudiosè culpa eorumdem Colonorum, ſeù Cuſtodum. Aſſiſien. 13. *Nov.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 12.

2. Procedendum per Epiſcopum ad Pœnas damnorum datorum, quandò ei conſtat, ſtudiosè culpâ Colonorum Regularium damna dari. Æſinâ 9. *Maii* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 97.

3. Epiſcopis licitum eſt procedere contrà Laicos inquiſitos, etiàm alijs pœnis, quàm pœnis cenſurarum. Oppiden. 23. *Iulii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 134.

Vide verbo *Epiſcopus quoad cauſarum cognitionem* n. 5.

4. Ad obviandas fraudes contrà gabellas, quæ per Eccleſiaſticos committuntur, Epiſcopus imponat Pœnas, corporalitèr puniat, & alijs remedijs

utatur

utatur pro sua prudentia. Nolanà 9. *Aug.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 98.

5. Ad removendam omnem suspicionem, quod Religiosi haberent partem in quibusdam epistolis, quæ mittebantur pluribus mercatoribus Neapolis, in quibus eis dicebatur, ut remitterent certam summam pecuniæ in manibus Religiosorum in litteris nominatorum sub comminatione mortis, & d. summa dicebatur insumenda in liberatione detentorum è manibus Bannitorum; datur Archiepiscopo facultas procedendi contrà Personas Ecclesiasticas tàm Seculares, quàm Regulares ad Pœnas pro sua prudentia, citrà pœnam sanguinis. Neapolitanà 19. *Ian.* 1677. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 1334.

6. Datur facultas de mandato Sanctissimi Curię Laicali procedendi ad Pęnam condignam contrà duos juvenes, quorum unus osculatus fuit virginem, & alius amplexus est alteram, ad effectum coarctandi eas ad contrahendum secum Matrimonium, non obstante, quod post brevem carcerationem à Curia Episcopali sint absoluti, & hæc facultas concessa fuit stante frequentiâ huiusmodi delictorum. Ravennaten 26. *Aug.* 1699. *lib.* 2. *dec. Vall. p.* 441.

7. Pœna Carceris ad correctionem, vide verbo *Episcopus quoad Clericos* n. 4. 5., *Incorrigibilis*, *Regul. delinquens* n. 2. 8. 11., *Parochus* n. 4. & seq.

8. Ergastuli loco custodiæ, vide verbo *Regularis delinquens* n. 46.

9. Exilij, vide verbo *Exilium* per totum.

10. Privationis Officiorum, & inhabilitatis, ac privationis Vocis activæ, & passivæ, vide verbo *Regularis delinquens* n. 12. 14. 16. 43. 47.

11. Suspensionis à Divinis, vide verbo *Vicarius Generalis* n. 17 24.

12. Suspensionis ab officio, & ab exercitio Ordinum

num, vide verbo *Regul. delinquens* n. 34. 14. 43. 47., *Vicarius Generalis* n. 17. 18. 24.

13. Triremium, vide verbo *Pœna extraord.* n. 2. & seq., *Sodomita* n. 7., *Exilium* n. 2. 3., *Casus* n. 2.

POENA EXTRAORDINARIA

1. ANnuente Sanctissimo ex gratia permittitur Ordinario, ut puniat pœnâ extraordinaria Clericum extractum à loco immuni, attentâ illius mala qualitate, & multiplicitate delictorum. Panormitana 9. *Dec.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 107.

2. Sac. Congr. visis processibus censuit N. Sacerdotem Commissarium Nunciaturæ indebitè extractum ab Ecclesia de mandato Archiepiscopi Tarentini pro prætenso homicidio proditorio in Personam N. Subdiaconi gaudere Immunitate Ecclesiastica, sed attentis gravibus circumstantijs, annuente Sanctissimo punitur Pœnâ extraordinariâ ad Triremes per septennium. Gallipolitana 6. *Junii* 1662. *lib. decr. Rocci p.* 405.

3. Canonicus homicida declaratus gaudere Immunitate, annuente Sanctissimo punitur Pœnâ extraordinaria carceris ad septennium, quo elapso non relaxetur inconsultâ Sac. Congr. Catacen. 29. *Aprilis* 1704 *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 576.

4. Sacerdos extractus ab Ecclesia, qui commisit execranda crimina, condemnatur ad Pœnam extraordinariam, quæ non excedit decennium. Compsana 15. *Martii* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1543.

5. Cum Sanctissimo pro Pœna extraordinaria infligenda ex delicto grassationis, sed non concludentèr probato, quæ non excedat relegationem ad vitam, cum facultate examinandi quòad complices, etiàm cum tortura. Reatina

10.

10. *Martij* 1665. *lib. decr. Rocci pag.* 623.

6. Quamvis Reus plurium delictorum gaudeat Immunitate, attamen annuente Sanctissimo condemnatur in Pœnam extraordinariam non excedentem Triremes per quinquennium. Tridentina 14. *Novemb.* 1662. *lib. decr. Rocci p.* 442.

7. Aliquandò committitur Archiepiscopo, ut procedat contrà extractum malæ qualitatis usque ad pœnam Triremium per decennium, licèt homicidium ut proditorium non probetur. Mediolanen. 6. *Octobris* 1665. *lib. decr. Fani pag.* 17.

8. Extractus attentis gravibus delictis condemnatus ad Pœnam extraordinariam Triremium perpetuorum, fugiens denuò è carcere, & confugiens ad Ecclesiam iterùm concedente Sanctissimo permittitur puniri eâdem Pœna. Lucana 22. *Aprilis* 1667. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 116.

9. Permittitur, annuente Sanctissimo, ut puniatur Pœnâ extraordinaria ad Triremes per septennium homicida Sacerdotis extractus ab Ecclesia, constito tamèn legitimè, quod commiserit homicidium, ac attentâ eius mala qualitate. Pistorien. 10. *Novembris* 1665. *lib. decr. Fani pag.* 22.

10. Aliquandò imponitur Pœnâ extraordinaria per quinquennium ad opus extracto, qui gaudet Immunitate, sed est simùl facinorosus, & turbulentus in Civitate. Bononien. 1. *Februarij* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1525.

11. Condemnatur annuente Sanctissimo Reus gaudens Immunitate ad Triremes per septennium attentâ gravitate delicti, & malâ Rei qualitate. Neapolitana 15. *Sept.* 1665. *lib. decr. Fani pag.* 14.

12. Birruarius Reus atrocis homicidij extractus condemnatur, annuente Sanctissimo, in Pœnam extraordinariam, quæ non excedat decennium. Bono-

Bononien. 26. *Aprilis* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1567.

13. Fur lampadarum in templo B. Mariæ Virginis Montis Regalis propè Vicum è carceribus secularibus confugitus in Ecclesiam, licèt gaudeat Immunitate, attamèn permittente Sanctissimo consignatur Curiæ Seculari, ità tamèn, ut Pœna non excedat Triremes perpetuas. Nicæen. 18. *Novembris* 1665. *lib. Litterarum Fani pag.* 68.

14. Confugitus, qui commisit plurima furta, annuente Sanctissimo condemnatur in Pœnam extraordinariam exilij. Fulginaten. 21. *Novembris* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 385.

V. verbo *Assassinium* n. 6., *Conjuratio*, *Crimen læsæ Majestatis*, *Ergastulum*, *Exilium*, *Filius* n. 18. 24. 25., *Fratricida* n. 3., *Fur* n. 7. 8. 10. 21., *Grassator* n. 8., *Homicida*, *Vxoricidium* n. 1. 2., *Paricidium*, *Recaptus* n. 3., *Regularis delinquens* n. 6. 8. 46., *Sacerdos* n. 4., *Sicarius*, *Sodomita* n. 4. 7., *Stuprum* n. 2.

POENITENTIA.

1. QUandò Ecclesia violata non potest reintegrari, vel quià extractus fuit occisus, vel quià Reus in Ecclesia ipsa fuit occisus, vel ex alio actu irretractabili, in absolutione à censuris imponitur pro Pœnitentia eleemosyna facienda Ecclesiæ violatæ, convertenda vel in vas sacrum, vel in lampadam argenteam, vel in suppellectilem ad perpetuam rei memoriam. Salernitana 28. *Oct.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 110. Rossanen. 26. *Maii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 128. Mutinen. 17. *Jan.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 108. Neapolitana 5. *Martii* 1641. *d. lib. p.* 140. Pinnen. 16. *Dec.* 1664. *lib. decr. Rocci p.* 607. Vicana 16. *Junii* 1673. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 813. Mileten.

16. *Febr.* 1675. *ibi p.* 1064. Papien. 5. *Martii* 1675. *ibi p.* 1071. Chelmen. in Polonia 29. *Maij* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 25.

2. Sic occidentes existentem in Campanili Ecclesiæ absolvuntur, factâ priùs Eleemosyna Ecclesiæ violatæ. Feretrana 3. *Oct.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 851.

3. In absolutione à censuris ob extractionem dolosam imponitur salutaris Pœnitentia, sed non in enumerata pecunia, datâ jàm reintegratione Ecclesiæ, & satisfactione Partis. Hydruntina 22. *Octobris* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 213.

4. Præviâ eleemosyna Ecclesiæ spoliatæ in summo arbitrio Archiepiscopi, & præcepto de non accedendo saltem per quinque annos ad Terram Longobucis, Archiepiscopi arbitrio Milites Campaneæ absolvuntur publicè præ foribus Ecclesiæ, impositis gravibus, & publicis Pœnitentijs. Rossanen. 2. *Octobris* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 524.

5. Rex Catholicus pro reparatione Immunitatis Ecclesiæ S. Laurentij Excurialis violatæ per extractionem violentam Marchionis de Valensuele elargitur intuitu omnium culpabilium, ad hoc ut possint obtinere absolutionem à censuris incursis, eleemosynam viginti quatuor mille *Pezze da otto*, ut dicitur, applicandam in confectione reliquiarij pro Reliquijs S. Laurentij apponendi in d. Eccesia ad publicam. & perpetuam rei memoriam. Toletana 19. *Feb.* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1533.

6. Ad complacendum simpliciter Maiestati Regis Catholici instantis apud Sanctissimum, quod Gubernator, & alij declarati excommunicati ob extractionem violentam mulieris ab Ecclesia, & deindè fustigatæ per Civitatem, Sanctissimus permittit, ut possint absolvi, non adimpletis conditionibus, seù pęnitentijs appositis in facultate eos absolven-

solvendi, nempè quod Gubernator abstineret per unum mensem ab exercitio suorum officiorum, ut se gereret tamquàm excommunicatum, ut solveret Ecclesiæ violatæ centum duplas, & alij aliam summam, solùm quòad pęnam pecuniariam remisit ad arbitrium omninò Episcopi. Placentinâ 20. *Martii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 277.

Quòad Pęnitentiam Eleemosinæ, V. verbo *Absolutionis exempla*, *Accessus ad Urbem* n. 12.13. *Bannitus* n 9.

7. Aliquandò violatori Immunitatis Eccles. in absolutione à censuris imponitur Pęnitentia visitandi septem Ecclesias Urbis. Beneventanâ 7. *Maii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 39.

8. Aliquandò imponitur Pęnitentia Gubernatori in absolutione à Censuris habens tractum successivum ratione exempli. Aprutinâ 9. *Augusti* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 39.

9. Ministri, & Satellites Regiæ Audientiæ absolvuntur in forma publica, & impositis gravibus Pęnitentijs salutaribus ob extractionem. Beneventanâ 13 *Dec.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 10. Cosentinâ 28. *Maii* 1695. *d. lib. pag.* 192. *& alibi.*

10. Attento accessu ad Urbem remittitur censuratus Ordinario, ut absolvat impositis gravibus Pęnitentijs salutaribus. Aversanâ 19. *Ap. d. A. & lib. p.* 283. Alben. 4. *Maii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 285.

11. Prævio consensu Partis, & obligatione de parendo mandatis Ecclesiæ super restitutione extracti facta alteri Ecclesiæ, quàm spoliatæ, impositis gravibus Pęnitentijs salutaribus, & præstitâ obligatione iurata de non ampliùs incurrendo in similia ob extractionem Confugiti factam ab Ecclesia Parochiali, absolvitur Potestas Oppidi N. privatè, sed servatâ forma, alij verò in forma consueta, & publicè. Regien. 3. *Sept.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 214.

12. Arbitrio Em. Episcopi, prævià erogatione eleemosynæ Ecclesiæ spoliatæ in summa ab eodem Eminentissimo arbitrandâ, servata formâ, & impositis gravibus pœnitentijs salutaribus absolvitur Gubernator ob extractionem. Aversanâ 17. *Maii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem p.* 191.

13. Præviâ cautione, quatenùs possit dari per Oratorem attenta eius paupertate, sìn minùs prævia obligatione de reficiendis damnis, absolvitur in forma consueta ob extractionem confugiti ab Ecclesia, impositis gravibus Pœnitentijs salutaribus. Sabinen. 16 *Novembris* 1694 *d. lib. p.* 157.

14. Iniungitur Episcopo, qui vigore facultatis absolvendi Judicem censuratum ob violatam Immunitatem, cum Pœnitentia salutari, ut removeat Pœnam privationis officij utì improportionatam. Balneoregien. 16 *Dec.* 1630 *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 57.

15. Censurati ob attentatam extractionem ab Ecclesia absolvuntur impositis gravibus pœnitentijs salutaribus. Minerbinen. 26. *Dec.* 1693. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 96. Sutrina 20. *Aug.* 1695. *d. lib. p.* 210.

16. Baroncellus, & socij Executores Curiæ Laicæ ob dolosam extractionem absolvuntur impositis gravibus Pœnitentijs salutaribus. Hydruntina 22. *Octob.* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 213. Spoletana 20. *Febr.* 1694. *lib.* 1. *dec. Val. p.* 106. Nucerina 26. *Iunii d. A. & l. p.* 130.

17. Officiales Regiæ Audientiæ Salerni absolvuntur arbitrio Episcopi in forma Ecclesiæ, impositis gravibus Pœnitentijs salutaribus, ob carcerationem exempti. Caputaquen. 24. *Julij* 1694. *lib.* 1. *decret. Vallemani pag.* 136.

18. Itèm Affictuarij, & Executores Curiæ Laicalis, qui carceraverant operarios cujusdam Parochi. Theanen. 1. *Mart.* 1695. *ibi p.* 170. Vrbanien. 12. *Dec.* 1693. *d. lib. p.* 93. Theanen. 4. *Sept.* 1703. *lib.*

lib. 3. *decr. Vallemani pag.* 512. Militen. 20. *Februarij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 106.

19. Notarius, qui scribendo processum cooperatus est ad carcerationem Sacerdotis factam de ordine Judicis Laici, absolvitur impositis gravibus Pœnitentijs salutaribus. Placentinâ in Hispania 24. *Feb.* 1694. *d. lib. p.* 107. Eginaten. 23. *Ian.* 1694. *ibi p.* 101.

20. In forma Ecclesiæ impositis gravibus Pœnitentijs salutaribus Executores Curiæ Laicæ ob tentatam carcerationem Cursoris Curiæ Episcop. absolvuntur. Angloven. 19. *Julij* 1695. *d. lib. p.* 203.

21. Satellites Regiæ Audientiæ ob vexationes Clerico illatas absolvuntur in forma publica impositis gravibus Pœnitentijs salutaribus. Cosentinâ 28. *Maij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 192.

22. Ministri, & Officiales Curiæ Laicæ ob recognitionem corporis delicti, etsi ignoranter, ut asserunt, factam super Sacerdote occiso, absolvuntur impositis gravibus Pœnitentijs salutaribus. Alatrina 13. *Aprilis* 1695. *d. lib. pag.* 182.

V. verbo *Domus*, *seu Ædes Canonicales* n. 6., verbo *Appaltator* n. 1.

23. Birruarius percutiens Religiosum absolvitur impositis gravibus, & publicis Penitentijs salutaribus in forma Ecclesiæ arbitrio Episcopi, & adimpletis conditionibus expressis in litteris sub die 23. Decemb. præteriti. Brundusinâ 7. *Aprilis* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 115.

POENTENTIARIUS

Pœnitentiarius Nationis Hispanæ in Domo Lauretana cùm emisset prædium, & peteret ejus exemptionem pro se, & suis successoribus in perpetuum; Sac. Congr. remisit Episcopo, ut suâ ordi-

naria facultate declaret proût de jure. Lauretanâ 30. *Septembris* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 618.

PORTA

1. EPiscopus faciat claudere Portas habentes aditum immediatè ad Ecclesiam. Aquilanâ 20. *Novembris* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 133.

2. Janua domus positæ super Sacristiam locatæ Laicis, si habeat aditum ad ipsam Sacristiam, claudenda est. Reatinâ 4. *Decembris* 1628. *lib.* 1. *decr. Paulucci pag.* 115.

3. Iniungitur Ordinario, ut faciat claudere Januam apertam à debitore, per quam sibi aditum aperuit ad Ecclesiam in fraudem creditorum. Cosentinâ 26. *Febr.* 1636. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 243.

4. Iniungitur Episcopo, ut Januam domus Laici tendentem ad Ecclesiam claudere faciat ad vitanda inconvenientia ob confugium malè viventium. Vrbevetanâ 7. *Maii* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 89. Theanen. 30. *Martij* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1381. Boianen. 15. *Julii* 1679. *d. lib. p.* 1799.

5. Similitèr Janua è Monasterio habens ingressum ad molendinum, à quo patet aditus ad viam publicâ, est claudenda ad fraudes vitandas. Civitatis Castelli 13. *Martij* 1663. *lib. decr. Rocci pag.* 464.

6. Janua domus Ecclesiæ Commendæ Equitum Hierosolymitanornm, per quam patet aditus ad ipsam Ecclesiam, quatenùs locetur Laicis, claudatur. Asculanâ 17. *Sep.* 1680. *lib.* 2. *dec. Altov. p.* 2049.

7. Claudatur Janua Sacristiæ, per quam habetur exitus extrà Civitatem. Soranâ 2. *Junij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 51.

8. Episcopus mandet claudi aditum ad Cœmeterium, & eo clauso declaret domum contiguam Ecle-

clesiæ, & Cęmeterio, non gaudere Immunitate. Alatrinâ 2. *Martij* 1700. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 276.

9. Episcopus absque facultate Apostolica nullitèr absolvens ab excommunicatione effractores Januæ Ecclesiæ tenetur illis notificare se absque facultate absolvisse. Bobien. 2. *Martii* 1700. *ibi p.* 275.

PORTIO COLONICA

1. SAc. Congr., approbante Sanctissimo, præcipit, ut dentur litteræ circulares Episcopis Status Mediolanen., vel habentibus Diœcesis partem in d. Statu, ut tueantur Libertatem Eccles. circà Portionem Colonicam, procedendo semper ser. ser. Mediolanen. 21. *Aug.* 1620. *lib. Scrip. Vet. p.* 80.

2. Et Paulus V. scripsit Breve super hac Portione Gubernatori. Mediolanen. 7. *Junii* 1619. *in Manipulo Script. Veterum huius Anni.*

3. Coloni Ecclesiasticorum de jure sunt exempti etiam à Portione Colonica. Taurinen. 23. *Augusti* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 127. & 25. *Apr.* 1634. *ibi p.* 195.

4. Prædium patrimoniale Episcopi Laquedonen. & Canonici eius fratris est immune à solutione Portionis Colonicæ. Bituntinâ 13. *Aug.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 208.

POSSESSIO

1. ECclesiastici manutenendi sunt in quasi Possessione exemptionis. Fulginaten. 16. *Dec.* 1653. *lib.* 5. *dec. Paul. pag.* 28.

2. Constito de quasi Possessione exigendi per Communitatem onus tagliæ super bonis Præbendæ, Episcopus supersedeat, nec ulteriùs procedat contrà Communistas, usque ad novos ordines. Casalen. 25.

Li 4 *Septem-*

Septembris 1677. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1456.

PRÆCEPTUM

1. Supèr Præcepto Laicali de exfractando comminato Sacerdoti Episcopus conficiat processum. Mantuanâ 18. *Dec.* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1041.

2. Præceptum Gubernatoris Laici læsivum Immunitatis, vide verbo *Judex Laicus* n. 12.

3. Præceptum Regis Catholici, V. verbo *Rex* n. 1., verbo *Perquisitio* n. 8.

PRÆVENTIO

1. In delictis mixti fori, qui prævenit in captura reali, procedat, præterquàm in censuris, nàm supèr his solus Judex Ecclesiasticus procedere potest. Senogallien. 9. *Oct.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 133.

2. Judex, qui prævenit realitèr, cognoscere debet causam mixti fori, & in contumaciam uterque Judex procedere potest. Cesenaten. 16. *Julii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 9.

3. In dubio de Præventione utriusque Curiæ, causa stupri cognoscenda est ab Episcopo. Anagninâ 30. *Martij* 1666. *lib. decr. Borrom. p.* 146.

4. Attentâ Præventione in causa vulnerum Clerico inflictorum à Laico, spectat ad Curiam Episcopalem, non ad Gubernatorem. Senogallien. 11. *Aug.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 87.

5. Quandò Laicus dedit causam rixæ cum Clerico à se invicem vulnerato, attendenda est Præventio Judicis Laici. Æsinâ 10. *Jan.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 83.

6. Datâ Præventione per Curiam Ecclesiasticam in cognitione causæ criminis nefandi, & factâ assigna-

gnatione domus pro carcere, Reus posteà carceratus formitèr per Curiam Secularem, restituendus est Curiæ Archiepiscopali in formalibus carceribus, indè non dimittendus nisi consultâ Sac. Cong. Bononien 23. *Martii* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 153.

7. Positâ Præventione Curiæ Laicæ supèr delicto mixti fori v. g. stupri, Curia Ecclesiastica abstineat à procedendo. Nucerinâ 8. *Julij* 1687. *lib. dec. Martelli pag.* 130.

8. Amplia. Quamvìs præcipitantèr & absque sufficientibus probationibus Reus fuerit absolutus. *ibidèm.*

9. In dubio an testis laicus pro falsitate examinis commissa coràm Judice Ecclesiastico puniri possit à Judice Laico, vel potiùs ab eodem Judice Ecclesiastico privativè, non obstante Præventione fori Laici? Sac. Congr. censuit locum esse præventioni, nisi adsit contraria consuetudo. Lycien. 11. *Jan.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 166.

10. Non obstante Præventione fori Ecclesiastici in causa furti sacrilegi, Sanctissimus avocat causam à Curia Eccles., & illam committit Em. Legato. Vrbinaten. 21. *Sept.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 113. etiamsì fures sint Coloni Commendæ Relig. Hierosolymitanæ. Senogallien 25. *Feb.* 1698. *ibi p.* 139.

PRAGMATICA

1. PRagmatica supèr reductione censuum, & reddituum emanata non comprehendit Ecclesiasticos. In una Regni Neapolitani 17. *Feb.* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 137., & 2. *Maij* 1651. *ibi p.* 143. S. Severi 15. *Sep.* 1665. *lib decr. Fani p.* 15.

2. Pragmatica circà reductionem censuum, & reddituum Ecclesiasticorum repugnat Immunitati, & Libertati Ecclesiasticæ, necnòn Investituris à Se-

de Apostolica concessis; ideòque emanandum Breve annullativum ejusdem Pragmaticæ, & procedendum per viam præcepti tàm Proregi, quàm Collaterali sub censuris, ut illam omninò revocet, cùm sit magis prejudicialis Pragmaticâ Cardinalis Granvellæ, ob quam, ut asseritur, de Anno 1571., & 1572. fuit à Sede Apostolica contrà ipsum processum. Neapolitanâ 20. *Feb.* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 175.

3. Cùm de ordine Regis Catholici Prorex Neapolis jussisset suis Officialibus Regijs sequestrare, & exigere redditus parvorum Conventuum suppressorum per Bullam Innocentij PP. X ac insupèr prætenderet Brevia, seù Litteras S. Sedis juxtà prætensam Regni Pragmaticam nullatenùs publicari posse absque Regio *Exequatur*, ut dicunt; Sac. Congr. censuit faciendum esse Decretum declaratorium annullativum omnium decretorum, & per Ministros Regios publicatorum cum omnibus indè secutis, & tempore opportuno transmittendum Nuncio Neapolitano, Archiepiscopis, & Episcopis Regni, ut conservetur in Cancellarijs.

Insupèr fiat Breve commissionis A. C. qui ser. ser. conficiat processum supèr dictis Decretis, & indè secutis, eoque compilato transmittat Monitorium, etiàm personis Collateralis, & alijs, qui habuerunt complicitatem.

Interim prævia instructione cum rationibus perpensis injungitur præcisè Nuncio Hispaniarum, ut efficacitèr agat cum Rege, notificando ei rationes ponderatas, & instando pro ordinibus opportunis, & necessarijs, ut violatio Jurisdictionis Ecclesiasticæ, & Pontificiæ reintegretur. Et idem injungitur Nuncio Neapolitano, ut agat cum D. Prorege. His peractis erit circà vlteriora deliberandum tàm respectu excommunicationis, quàm respectu Interdicti

dicti, si mediante revocatione, & abolitione Decretorum, & aliorum actuum, non sequatur totalis reintegratio violatæ Jurisdictionis Eccles. In una Regni Neapolitani 9. *Dec.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 27.

Vide verbo *Alienatio*, verbo *Frumentum* n. 18.

PRAXIS

1. PRaxis, ut extracti carcerentur in carceribus Laicis, improbatur; ideòque curandum tutos carceres fori Ecclesiastici fabricari. Januen. 20. *Martii* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 28.

2. Non est bona Praxis retinere extractos à loco immuni in carceribus Laicis, & permittere restitutionem actualem non fieri. Campanien. 10. *Novembris* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 76.

3. Nec est bona Praxis Episcopum subscribere Banna Curiæ Laicæ prohibentia delationem armorum. Mutinen. 8. *Febr.* 1639. *ibi p.* 86.

4. Praxis cujusdam Episcopi circà custodias confugitorum reprobatur. V. verbo *Custodes confugitorum* n. 3.

PRIVILEGIUM

1. PRævio præcepto Clericis de incedendo in habitu, & tonsura, & inserviendo Ecclesiæ, si contravenerint, Vicarius declaret privatos Privilegiis Clericalibus. Bisignanen. 19. *Novemb.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 24.

2. Injungitur Episcopis Sta[illegible]s Pedemontii, ut mandent Clericis incedere in habitu, & tonsura, & inservire Ecclesiis, quibus fuerunt adscripti, recusantes autèm id adimplere præmissis debitis monitionibus, cum præfixione termini, ser. ser. declarent

rent non gaudere Privilegio Clericali. Pedemontanâ 27. *Febr.* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 70. Anglonen. 15. *Julij* 1664. *ibi p.* 565. Vgentinâ 10. *Apr.* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1377. S. Marci 23. *Junii* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 955.

3. Non obstante Privilegio militari, injungitur Episcopo, ut procedat contrà violatorem Immunitatis, & Libertatis Eccles. Senogallien. 3. *Ianuarij* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1340.

4. Privilegium exemptionis fori competens Depositario pignorum Episcopi non est extendendum ad Depositarium Montis Pietatis. Camerinen. 17. *Decembris* 1680. *ibi p.* 2049.

5. Revisor bonorum Capituli Cathedralis non gaudet privilegio fori. Civitatis Castellanæ 8. *Maij* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 487.

PROBATIO

1. REo extracto non possunt angustiari Probationes. Januen. 5. *Martii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 140.

2. Præfixo termino ad probanda requisita *Martæ*, & illo elapso, & illis non probatis, Episcopus declaret Reum non gaudere. Interamnen 16. *Decembris* 1664. *lib. decr. Rocci p.* 604.

3. Non resultantibus ex processu Probationibus sufficientibus pro homicidio proditorio, extractus gaudet. Papien. 5. *Mar.* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1071., seù non resultantibus ex processu Probationibus, quod delicta sint de exceptis in Bulla Greg. extractus gaudet. Civitatis Ducalis 1680. *lib.* 2. *dec. Alt. p.* 1954. Januen. 17. *Mar.* 1682. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 22.

4. Non est facienda declaratio extractum inquisitum de delicto excepto non gaudere Immunitate

tate Eccles. absque plena, & concludenti Probatione ipsius delicti, nec sufficiunt indicia, & præsumptiones. Theatinâ 20. *Junij* 1651. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 151.

5. Sic quandò non constat nisi per indicia, publicam vocem, & famam, confugitum esse Reum de delicto exceptuato, est restituendus Ecclesiæ. Nicoteranâ 20. *Ian.* 1681. *lib* 2. *decr. Altovitti pag.* 2145.

6. Facultas petita ab Ordinario agendi cum Ministris Laicis supèr Probatione delicti denegatur, cùm hæc non sit bona praxis. Oppiden. 11. *Septembris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 201.

7. Supèr delicto excepto ad hoc, ut fieri possit extractio ab Episcopo, requiritur sufficiens Probatio, & quæ talis videatur arbitrio Episcopi. Regien. 16. *Nov.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 157.

8. Licèt Sacra Cong. decreverit confugitum non gaudere Immunitate, novis tamèn ab ipso productis motivis, & Probationibus, injungitur Episcopo, ut eum admittat ad novas Probationes, etiàm Reo existente in carceribus laicis. Assisien. 8. *Juli* 1670. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 452.

9. Potest Episcopus adhibere fidem Probationibus in processu Judicis Laici resultantibus ad favorem Immunitatis Eccles. Camerinen. 6. *Octobris* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 73.

10. Aliquandò ordinatur, ut admittantur Probationes oblatæ per Fiscum Regium à Curia Eccles. contrà detentum, & extractum ad formam Bullæ. Mediolanen. 16. *Iunij* 1665. *lib. decr. Rocci pag.* 644.

Vide verbo *Extractus* n. 44., *Præventio* n. 8., *Extractio dolosa* n. 20.

PROCESSIO

EDictum Episcopi prohibens explodi tormenta bellica per vias, dùm fiebant Processiones, sustinetur; econtrà Edictum Curię Laicę permissivum post peractam Processionem refellitur proùt de jure. Soanen. 2. *Decembris* 1698. *lib.* 2. *dec. Val. p.* 190.

PROCESSUS CURIÆ LAICÆ

1. PRocessui Laicorum post confugium facto nulla adhiberi potest fides per Judicem Ecclef., quò verò ad probationum relevantiam remittitur iudicio Episcopi. Lauden. 13. *Decemb.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 179.

2. Imò iniungitur Episcopo, ut non recipiat Processus fabricatos in Curia Laica post extractionem confugitorum. Pennen. 2. *Junii* 1624. *ex Regesto Scripturarum Veterum pag.* 26.

3. Processibus Curiæ Laicæ supèr delictis eorum, qui fuerunt ab Ecclesia posteà extracti, Episcopus potest adhibere fidem, si antè extractionem fuerint fabricati, vel antè confugium. Caputaquen. 15. *Iulij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 9. Siraculanâ 16. *Julii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 8.

4. Processus originalis cum omnibus actis contrà Clericum per Judicem Laicum est ab ipso transmittendus Judici Ecclef. ut aboleatur, & igni tradatur. Nepesinâ 27. *Aprilis* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 6. Civitatis Plebis 31. *Maii* 1639. *d. lib. p.* 92.

5. Quatenùs sit impossibilis laceratio Processus in ea parte, quæ concernit Ecclesiasticum, vel cassatio nominis ipsius Ecclesiastici, factà priùs declaratione per Judicem, qui confecit dictum Processum,

irri-

irritante ipsum cum omnibus actis contrà Ecclesiasticum, uti invalidum defectu Jurisdictionis, datur facultas absolvendi censuratos tàm nominatos, quàm innominatos in Cedulonibus. Aquilanâ 27. *Jan.* 1634. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 194.

6. Processus, & alij actus Curiæ Laicæ contrà Equites Hierosolymitanos sunt prorsùs invalidi. Messanen. 18. *Novembris* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 25.

7. Officiales, & Ministri Curiæ Laicæ conficientes Processum contrà Clericum, excommunicationem incurrunt. Recinaten. 27. *Iulii* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 211.

PROCESSUS CURIÆ ECCLESIASTICÆ

1. PRocessus Curię Eccles. non sunt consignandi Judici Laico. Terracinen. 18. *Feb.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 97.

2. In confectione Processus supèr Immunitate non est permittenda à Ministris Episcopi assistentia Judicis Laici. Ariminen. 6. *Maii* 1631. *ibi p.* 76.

3. In fabricatione Processus contrà Personas Ecclesiasticas caveat Episcopus ne utatur ministerio Laicalium Ministrorum. Pientinâ 30. *Junii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani p.* 297.

4. Episcopus conficiat Processum ad formam Bullæ supèr delicto prætenso exceptuato, observans, quod nullus habendus est respectus ad Processum fabricatum in Tribunali Laico pro probatione juridica delicti, sed solum permissum est uti Processu Curiæ Laicæ pro simplici instructione animi. Alexandrinâ 17. *Aprilis* 1700. *ibi pag.* 282.

5. Aliquandò iniungitur Vicario, ut abstineat ab ulteriori Processu supèr delictis Extractorum attentà eorum restitutione ad Ecclesiam. S. Severi-

næ 18. *Aug.* 1665. *lib. decr. Fani pag.* 10.

6. Cùm Curia Legationis peteret ſibi communicari Proceſſus fabricatos in Curia Eccleſ. contrà extractores, Sacra Congr. reſpondit: communicatio Proceſſus non eſt facienda, niſi comprehenſis in Monitorijs. Bononien. 19. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 201.

7. Proceſſus occaſione Immunitatis factus à Curia Eccleſ. ex ſtylo Sac. Congr. non conſignatur Partibus. Januen. 23. *Iulij* 1632. *lib.* 2. *dec. Paul. p.* 133.

8. Confectio Proceſſus ſupèr loco capturæ ad effectum declarandi an quis gaudeat necnè Immunitate? ſpectat ad Epiſcopum. Neritonen. 1. *Septemb.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 208.

9. Epiſcopus Mantuanus ſupplicat Sac. Congr. pro reſolutione infraſraſcriptorum, ſcilicèt, aliqui Sacerdotes cum alijs Laicis prętenſi monetari, carcerati fuere à Curia Seculari, & adhùc detinentur in carceribus laicis pro tuta cuſtodia, ſed nomine Epiſcopi, qui quærit?

I. An poſſit Epiſcopus circà Eccleſiaſticos conficere Proceſſum coniunctìm cum Curia Laica ob Laicos complices?

II. An ad conficiendum Proceſſum poſſit delegare uſquè ad ſententiam excluſivè Judicem Laicum?

III. An facto Proceſſu in Curia Epiſcopali poſſint communicari indicia reſultantia ab ipſo Curiæ Seculari contrà Laicos.

IV. An dato, quod Curia Secularis perſeveret in denegatione communicationis ſui Proceſſus Curiæ Epiſcopali in parte tangente Eccleſiaſticos, ſi viciſsìm Curia Epiſcopalis non communicet ſuum Proceſſum Curię Seculari indicia, quę reſultabant ex dicto ſuo proceſſu, debeat Epiſcopus dimittere Sacerdotes, cùm contrà ipſos nec indicia, nec corpus delicti habeat? Sa-

Sacra Congregatio respondit:

Ad I. Episcopum non posse coniunctìm procedere, & ad ipsum spectare integram cognitionem causę.

Ad II. Eumdem Episcopum non posse delegare Iudicem Laicum.

Ad III. Non posse Processum communicare.

Ad IV. Non posse de rigore Iuris procedere, sed facere debere diligentias pro habendo Processu, & corpore delicti, quod si non habuerit, dimittat carceratos cum cautione de se præsentando. Mantuanâ 18. *Julii* 1651. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 154.

10. Episcopus formet Processum contrà eos, qui in actis produxerunt Episcopum non esse Judicem competentem Immunitatis Eccles. neque Sac. Cong. sed solùm Regiam Cameram. Orien. 29. *Decembris* 1625. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 80.

11. Pendente fabricatione Processus supèr requisitis Clericatus Episcopus faciat sibi consignare Clericum à Curia Seculari, & cautè in suis carceribus custodiat. Aquinaten. 18. *Februarii* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 772.

12. Processus fabricatus à Clerico coniugato, utì Subdelegato à Delegato Papę contrà Personas Ecclesiasticas, est nullus, eò quià subdelegatio virtute facultatis Pontificiæ solùm concedi solet Clericis simplicitèr. Viterbien. 13. *Septembris* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti p.* 1833.

13. Processus fabricatus à Clerico coniugato de ordine Sac. Consultæ ex facultate habita à Sanctissimo, in qua tamen non erat expressum Processum fieri posse à Clerico coniugato, non sustinetur. Interamnen. 20. *Decembris* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 462.

14. Processus confectus à Bigamo absque espressione Bigamiæ in facultate concessa à Sanctissimo procedendi contrà Clericum non sustinetur. Mon-

Falisci 19. *Decembris* 1702. *ibi pag.* 462.

15. Processus Curiæ Episcopalis, & condemnatio ad Triremes Clerici dolosè extracti ab Ecclesia per Capitaneum *di Campagna*, ut dicitur, est omninò abolendus. Cassanen. 10. *Martii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 29.

16. Cùm Episcopus Suffraganeus in confectione Processus contrà Canonicum prætensum Reum homicidij proditorij commiserit plurimos defectus, ad hos vitandos Sac. Congr. ordinat, quod prævia consignatione Canonici carcerati Metropolitano, ut idem conficiat novum Processum juxtà instructionem faciendam per D. Ponentem. Oppiden. 17. *Feb.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 24.

17. Processus fabricatus à Vicario Gen. contrà perturbatores Libertatis Eccles. cum subscriptionibus deditâ operâ falsis, & datis dierum paritèr falsis, impedit validitatem censurarum, & Episcopus procedat contrà falsarios. Caven. 24. *Aug.* 1694. *ibi p.* 141.

18. Confectio Processus super extractione Parochi à propria domo parochiali propter causam civilem committitur Episcopo viciniori, quandò Episcopus Diœcesanus Parochi est suspectus extracto; imò allegatur ut ordinans talem extractionem. Oppiden. 21. *Jan.* 1687. *lib. decr. Martelli p.* 42.

19. Assignandus est terminus duorum mensium Fisco, & adhærentibus pro legitimatione Processus quo elapso, & nihil iustificato, restituantur Ecclesiæ extracti. Squilacen. 25. *Maii* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 66. In una Marzorum 9. *Maij* 1656. *ibi p.* 94.

20. Aliquandò in causis particularis attentionis iniungitur Episcopo, ut per se ipsum conficiat Processum. Tudertinâ 17. *Apr.* 1675. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 1087.

21. Impinguatio Processus committitur Metropolitano, quandò Episcopus non agit virilitèr circà ordi-

ordines Sac. Congr. pro reparatione Immunitatis. S. Agathæ Got. 27. *Maii* 1687. *lib. decr. Martelli p.* 108.

22. Iniungitur Judici Ecclesiastico, ut in construendo Processu utatur Cancellario idoneo, & examinare faciat testes de visu inductos. Viterbien. 3. *Martij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 107.

Vide verbo *Testis.*

23. Aliquandò, ut utatur alio Cancellario Ecclesiastico Partibus secreto. Meliten. 7. *Julii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 230. & in locum Assessoris deputet aliùm Partibus non suspectum. In eadem 9. *Februarij* 1700. *ibi pag.* 270.

24. Quòad Processum formatum in Curia Episcopali solvenda est merces dumtaxàt Copistæ. Balneoregien. 6. *Julii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 132.

25. Aliquandò transmittitur Processus absquè solutione, donèc cognoscatur de asserta paupertate Partis. Troianâ 6. *Dec.* 1692. *d. lib. p.* 9.

26. Aliquandò prævià cautione Personæ Eccles. ab Episcopo approbandæ solvendi Cancellario Episcopali summam taxandam à Sac. Congr. Theanen. 13. *Nov.* 1694. *d. lib. pag.* 156. & Nullius Atini 11. *Dec. d. Anni*, & *lib. p.* 161.

27. Sæpè Sac. Congr. iniungit Judici Ecclesiastico, ut conficiat Processum, & transmittat, ac informet. Terracinen. 13. *Maii* 1698. *lib.* 2. *dec. Vallem. pag.* 154. & *alibi.*

28. Aliquandò jussu Sac. Congr. per D. Ponentem, vel D. Secretarium datur instructio Judici Eccles. sivè Episcopo, seù Vicario Apostolico, seù Capitulari, seù Generali, seù Nuncio pro conficiendo, vel impinguando, & etiàm ulteriùs impinguando Processu. Perusinâ 14. *Ian.* 1698. *d. lib. pag.* 133. Soranâ 8. *Julij. d. Anni*, & *lib. p.* 162. & in eadem 13. *Jan.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 197. & *alibi.*

29. Pro sanatione præteritorum Processuum agendum cum Sanctissimo. Urbevetanâ 16. *Ianuarii* 1691. *lib. decr. Martelli pag.* 719.

Vide verbo *Immunitas Localis* n. 10.

30. Sanantur annuente Sanctissimo Processus facti contrà Reum assassinij extractum, tùm ob nullitatem provenientem ex eo, quod Judices subdelegati auctoritate Apostolica processerunt in constitutione Rei, & in alijs actibus non coniunctim juxtà eorum deputationem, sed divisìm, tùm ob nullitatem provenientem ex eo, quia ad efficiendos complices contumaces recepta fuit ratificatio extracti in tormentis absque speciali facultate Apostolica. Bononien. 16. *Apr.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 86.

31. Processus fabricatus à Curia Episcopali supèr delicta extracti auctoritate laica est nullus, sed annuente Sanctissimo sanatur. Asten. 11. *Martii* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2165.

32. Sæpè iniungitur Judici Ecclesiastico, ut legitimatò Processu assignet defensiones, & transmittat, Capuanâ, seù Neapolitanâ 12. *Julii* 1698. *lib. decr. Mars. pag.* 491. Anglonen. 2. *Iunii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 223.

33. Itèm, ut impinguet Processum, eum legitimet, & assignet defensiones, ac transmittat. Nullius Atini 16. *Sept.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 176.

34. Sæpè ex commissione Sanctissimi, vel Sac. Congr. Curia Ecclesiastica Processum à se factum consignat Curiæ Laicali. Pisauren. 21. *Apr.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 178. *& alibi*. Senogallien. 17. *Decembris* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 143.

PROCURATOR

1. PRocurator Fiscalis Episcopi gaudet privilegio fori, non exemptionis. S. Severini

29.

29. *Maii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paulucci pag.* 140.

2. Procurator Pauperum Curiæ Episcopalis commorans extrà Civitatem, & Diœcesim non gaudet privilegio fori, nisi actu inserviat. Tiburtinâ 20. *Septembris* 1692. *lib decr. Grim. pag.* 201.

3. Procurator Fiscalis deputatus ab Ordinario in loco Offagnæ Diœcesis Auximanæ gaudet privilegio fori, quoàd casum, de quo agitur; attamèn in futurum Ordinarius abstineat à tali deputatione. Auximanâ 19. *Febr.* 1704. *lib.* 3. *dec. Vall. p.* 557.

4. Procurator Fiscalis Foraneus Curiæ Episcopalis non gaudet exemptione exercendi officium Depositarij Communitatis, ad quod fuit extractus. Montis Falisci 19. *Apr.* 1701. *d. lib. p.* 347.

5. In Procuratorem Seminarij non eligatur, qui est gravatus debitis. Sanctæ Severinæ 6. *Oct.* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 19.

6. Causa Procuratoris causarum, & simul Procuratoris Fiscalis Commendæ Religionis Hierosolym. ob injurias prolatas coràm Judice Laico sui incompetente contrà suum inimicum spectat ad Curiam Episcopalem. Civitatis Castelli 24. *Septembris* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 113.

7. Constito, quod excommunicatus ob auxilium datum ad carcerationem Clerici sit infirmus, admittitur, ut possit facere suam defensionem per Procuratorem. Reatinâ 25. *Julii* 1676. *lib.* 1. *decr. Altovitii pag.* 1283.

PRODITOR

Contrà Clericum, qui post proditorium Sacerdotis homicidium confugerat ad Conventum, injungitur Episcopo, ut procedat ad formam Bullæ Greg. XIV. Oppidanâ 4. *Novembris*

 1693.

1693. *lib.* 1. *decret. Vallemani pag.* 84.
Vide verbo *Homicidium*.

PROFANATIO

AD effectum vitandi inconvenientia, quæ occurrunt ex confugio ad Conventinum suppressum, præcipitur Episcopo, ut clausis januis habentibus ingressum ad Ecclesiam, ipse Conventus profanetur. Placentinâ 6. *Junii* 1673. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 809.

PROHIBITIO

1. NOn potest prohiberi Ecclesiasticis, nè compareant in Curia Eccles., & in ea advocent, & patrocinentur in iis, quæ de jure possunt. Aprutinâ 15. *Julij* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 8.

2. Episcopus prohibere nequit Clericis nè conveniant suos debitores laicos in Foro Laico, si non adsit contraria consuetudo. Aquilanâ 5. *Maij* 1637. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 30.

3. Episcopus nequit prohibere Clericis, nè conveniant Laicos in causis profanis coràm Judice Laico. Tudertina 20. *Dec.* 1667. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 183.

4. Paritèr Episcopus nequit prohibere aliis, & velle, ut solus suus Cancellarius possit conficere instrumenta tractantia interesse spectans ad Loca Pia. In eadem Tudertinâ. *Ibidem*.

5. Attento consensu Cleri, potest per Episcopum fieri Prohibitio, nè introducantur ab Ecclesiasticis boves, vulgò dicti *Camarroni* damnificantes territorium, conformitèr ad Prohibitionem Curiæ Laicæ. Terracinen. 3. *Dec.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 124.

6. Supèr Prohibitione, quod Laici non possint recipere in domos suas Ecclesiasticos, Episcopus con-

conficiat Processum. Cassanen. 14. *Decembris* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 243.

7. Prohibitio Judicum Laicorum arcens Clericos ab ingressu Magistratus, etiàm pendente articulo supèr requisitis Clericatus, non est ab Episcopo permittenda. Recinaten. 27. *Febr.* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 658.

8. Prohibitio facta, nè aliqui examinentur in Curia Ecclesiastica, est nulla, & prohibens incurrit excommunicationem. In una Marzorum 19. *Julii* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 351.

9. Prohibitio, nè colantur bona Ecclesiasticorum, tamquàm repugnans Immunitati, & Libertati Ecclesiasticæ, est revocanda, & quatenùs opus sit vtendum remedijs Sac. Can. Ortanâ 13. *Oct.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 46. Nucerinâ 7. *Octobris* 1679. *lib* 2. *decr. Altoviti pag.* 1855.

10. Clerico temerario Episcopus faciat præceptum de non ingrediendo Consilium publicum. Nucerinâ 6. *Sep.* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1828.

PROLEGATUS

1. NOn licet Prolegato facere perquisitionem in locis immunibus. Carpentoracten. 12. *Junii* 1674. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 950.

2. Non licet appellare ad Prolegatum in causis violatę Immunitatis, Libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ ab Episcopis Status Avenionensis. *Ibidem.*

3. Facultates Prolegati non comprehendunt facultatem absolvendi à censuris incursis, & promulgatis in causis præfatis. *Ibidem.*

4. Absolutio data à Confessario ob violatam Immunitatem, & Libertatem Eccles. vigore facultatis habitæ à Prolegato non suffragatur, & Confessa-

festarius moneatur. Ariminen, 30. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 152.

PROMOTOR

PRomotor Fiscalis Curiæ Episcopalis gaudet privilegio fori, & potest deferre arma. Iporedien. 3. *Augusti* 1666. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 11.

PROREX

Vide verbo *Absolutionum exempla* n. 1., *Pragmatica* n. 2. 3., *Litteræ Circulares* n. 8.

PROTESTATIO

1. QVòad Clericum extractum à Vicario Foraneo cum protestatione non lædendi Immunitatem, sed tollendi abusus confugij, injungitur Archiepiscopo, ut conficiat processum supèr omnibus, & factis defensionibus transmittat. Tranen. 12. *Januarij* 1706. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 266.

2. Censurati protestantes, v. verbo *Appellator* n. 2., *Censuræ nullæ* n. 1.

PROTHONOTARIUS

1. PRothonotarij Apostolici gaudent privilegio fori. Florentinâ 17. *Decembris* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 68.

2. Etsì non concedatur Prothonotariatus Apostolicus nisi Clericis, tamèn si sit concessus vigore solius Prothonotariatus quis non gaudet privilegio fori. Florentinâ 16. *Ap.* 1630. *d. lib. p.* 36.

3. Prothonotarius honorarius non gaudet exemptione in criminalibus à Jurisdictione Episcopi. Dertonen.

tonen. 1. *Julii* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 180.

PROVICARIUS

SAc. Congr. injungit Episcopo, ut se provideat de Provicario magis idoneo, eò quià præsens Provicarius non servato ordine judiciali malè judicavit Clerico non suffragari privilegium fori. Lauden. 19. *Novemb.* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 1071.

Vide verbo *Vicarius Capitularis* n. 10., *Sodomita* n. 5., *Parochus* n. 7.

PVELLA

PVella jussu Proregis Neapolitani extracta ab Ecclesia, & deindè conjecta in carceribus, posteà in Conservatorio, omninò restitui jubetur; deindè in debita forma extrahatur per Curiam Ecclesiasticam, & collocetur in diverso Conservatorio ad dispositionem ejusdem Curiæ, & Ordinarius procedat contrà extractores, & fautores, & ad abolitionem actorum gestorum in Curia Laica. Neapolitana 18. *Novembris* 1687. *lib. decr. Martelli pag.* 186.

Puellæ raptor, vide verbo *Raptor.*

Alia V. verbo *Franchitiæ* n. 53., *Statutum* n. 2.

QVÆSTVATIO

1. EDictum Episcopi prohibens Mendicantibus quæstuare in Ecclesijs, sed in earum januis, & per Civitatem, sustinetur. Carpentoracten. 18. *Aug.* 1699 *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 239.

2. Suspenditur econtrà Edictum Gubernatoris prohibens quæstuare, etiàm in januis, & per Civitatem. *Ibidem.*

3. FF. Minores pro eleemosynis frumenti, vini, olei, & similium, tàm datis, quàm receptis, non debent solvere gabellam. Valentina 12. *Nov.* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 13. Oscen. 26. *Feb. d. A.*, *& lib. p.* 67.

Vide verbo *Depositum* n. 2.

QVALITAS MALA

Supèr Malâ Qualitate inquisiti, vel extracti fit processus. Vide verbo *Regularis delinquens* n. 45., *Pœna extraordinaria* n. 1., & seq., *Facultas extrahendi Laicos* n. 16.

QVERELA

Vide verbo *Causarum cognitio quoad laicos* n. 7., *Causarum mixti fori cognitio* n. 15. 16., *Gubernator* n. 8.

REAPTATIO VIARUM

1. DAtur facultas Eminent. Legato Urbini, annuente Sanctissimo, concurrere faciendi pro Reaptatione Viarum suæ Legationis, etiàm Colonos Ecclesiasticorum, & alios exemptos, attentâ impossibilitate non exemptorum ad hanc Reaptationem, & attento quod Viæ redactæ erant impracticabiles pro Cursoribus, & itinerantibus. Urbinaten. 12. *Junii* 1679. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 1777.

2. Itèm Em. Legato Ferrariæ, & Gubernatori Anconæ datur facultas cogendi Colonos Ecclesiasticorum, Equitum S. Joannis Hierosolymitani, & privilegiatorum, ad præstanda opera personalia pro Reaptatione Viarum pro hac vice tantùm, & quod non transeat in exemplum. Romanâ, seù Ferrarien. 7. *Februarii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 21.

3. Similis facultas conceditur Legato Ravennæ. 9. *Maii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 44., *&* 27. *Martii* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 8.

4. Pro Reaptatione Viæ Flaminiæ conceditur Episco-

Episcopo posse fieri taxam quòad Ecclesiasticos, etiàm supèr æs. Pisauren. 5. *Dec. d. A.*, *& lib. p.* 260.

5. De mandato Sanctissimi injungitur Episcopis, ut cogant Ecclesiasticos, & alias personas privilegiatas ad Reaptationem Viarum pro rata commodi particularis resultantis in eorum bonis adiacentibus. Asculanâ 14. *Ap.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 38. Auximanâ 23. *Maii d. A.*, *& lib. p.* 46. Florentinâ *dictis die*, *A.*, *& lib. p.* 48. Veliternâ 27. *Mart.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 83. Nepesinâ 2. *Ian.* 1700. *ibi p.* 264. Senogallien. 15. *Feb.* 1698. *ibi p.* 137.

6. Attento consensu libero, & spontaneo Ecclesiasticorum contribuendi pro Reaptatione Viarum Consularium Legationis, pro hac vice tantùm datur facultas, & permissio solvendi summam oblatam exigendam per deputandos ab Ecclesiasticis. Ferrarien. 9. *Maij* 1693. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 44.

7. Datur Littera circularis Episcopis, & Ordinarijs Romandiolæ cum facultate cogendi pro Reaptatione Viarum occasione Anni Sancti Colonos Ecclesiasticorum ad præstanda opera personalia secundùm eamdem proportionem, secundùm quam concurrunt Ecclesiastici de ordine S. Congr. pro eodem effectu *die* 7. *Oct.* 1699. *lib.* 4. *Lit. Vallem. p.* 170.

8. Cùm non potuerit fieri taxa pro Reaptatione Viarum occasione Anni Sancti ad ratam bonorum Ecclesiasticorum, eò quià non inventa fuit æstimatio eorundem bonorum, conceditur, ut Ecclesiastici erogent summam scutorum centum per ipsos Ecclesiasticos oblatam, erogandam in dicta Reaptatione. Fulginaten. 14. *Oct.* 1699. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 251.

9. Cùm Innoc. XII. occasione Anni Sancti permiserit Ecclesiasticos, tùm Seculares, tùm Regulares [exceptis Monialibus] concurrere ad Reaptationem Viarum Consularium pro tertia parte respectivè

pectivè ad Laicos, habita ratione qualitatis, & quantitatis bonorum supradictis Vijs adiacentium; cùmque id integrè non impletum fuerit; ideò nùnc Sanctissimus concedit Gubernatoribus Status Ecclesiastici juxtà formam expressam ad expensas necessarias pro totali Reaptatione earumdem Viarum, ità tamèn, ut hæc gratia specialis non transeat in exemplum; renitentes verò Gubernator mittat ad Superiorem Ecclesiasticum. *Die* 28. *Junii* 1704. *in Regesto Litterarum Vallem. pag.* 146.

RAPTOR

1. Raptor Virginis, & violentèr ipsam stuprans, non committit delictum exceptum in Bulla Greg. XIV. Theatinâ 9. *Oct.* 1628. *lib* 1. *decr. Paulucci pag.* 108.

2. Non censetur casus exceptus raptus Puellæ, itaùt Raptor possit solâ Episcopi authoritate extrahi è domo Canonicali immuni: attamèn recurritur ad Sanctissimum pro confectione, & transmissione processus supèr asserto raptu, & qualitate delinquentis. Et Episcopus informet, an, & quomodò possit commodè provideri imposterùm supèr Canonica? Mantuanâ 8. *seù* 11. *Dec.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 540., *seù* 30. *Sep. p.* 618.

REBELLIO

Committitur Nuncio, ut contrà Ecclesiasticos fautores Rebellionis deputet personam Eccles. quæ ser. ser. conficiat processum usque ad sententiam exclusivè, & transmittat summarium processus ad Sac. Congr. pro opportuno remedio. Neapolitana 14. *Januarij* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 39.

RECA-

RECAPTUS

1. QUi commisit delictum Recapti gaudet Immunitate Ecclesiastica. Beneventanâ 11. *Jan.* 1684. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 268.

2. In causa Recapti facti in personam pueri undecim annorum iniungitur, mandante Sanctissimo, Vicario Generali, ut fabricet processum, etiam per alios (modò sint Clerici) necnòn extrahat complices à loco immuni, & procedat ad examen extractorum, & extrahendorum, & quaruncunque personarum, etiam privilegiatarum complicium, cum præservatione ab Irregularitate. Beneventanâ 22. *Jan.* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1516.

3. Habito voto Sac. Congr. Sanctissimus ex gratia speciali intuitu Proregis mandavit consignari tres Reos, qui fecerunt Recaptum cujusdam Baronis in Regno, & posteà fugerunt in locum Status Eccles. suprà scalam Ecclesiæ Parochialis, à qua extracti fuere à Ministro Regio exhibente mandatum, & cum permissione Judici ab eodem Prorege deputando, ut legitimato processu possit ser. ser. citrà pœnam sanguinis usque ad pœnam triremium per decennium eos condemnare. Aquinaten. 2. *Iulii* 1680. *ibi pag.* 2014.

RECOGNITIO

Recognitio, vulgò *Regalo* non debetur ab Ecclesiasticis in Ducatu Urbini. Vide verbo *Collectæ* n. 6.

RECOGNITIO CORPORIS DELICTI

1. REcognitionem cadaveris permittat Episcopus etiàm post humationem in casibus permissis ser. ser. Signinâ 24. *Martii* 1627. *lib.*

lib. 1. *decret. Paulucci pag.* 43.

2. Ità datur facultas exhumandi cadaver pro Recognitione corporis delicti. Civitatis Castellanæ 1. *Februarij* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 763.

3. Datur facultas Episcopo pro aliquibus casibus faciendi Recognitionem cadaverum ad effectum procedendi, etiàm in Ecclesijs, & Conventibus Regularium, Fanen. 20. *Apr.* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 76.

Vide verbo *Litteræ extractionis* n. 2. & seq.

4. Aliquandò conceditur Vicario Generali facultas pro quinque casibus dandi licentiam pro sua prudentia, ut vulnerati, vel cadavera existentia in locis immunibus transferantur ser. ser. in locum vicinum, & opportunum pro Recognitione corporis delicti, Pranestinâ 19. *Januarii* 1669. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 306.

5. Aliquandò conceditur facultas Archiepiscopo consignandi arma Extractorum Curiæ Seculari pro Recognitione corporis delicti, cum præservatione ab Irregularitate, factâ proreftatione ad formam *Cap. Prælatis de homicid. in* 6. Beneventanâ 15. *Aug.* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 252.

6. Ministri excommunicantur, si propriâ auctoritate faciant extrahere ab Ecclesia cadaver pro facienda Recognitione. Portuen. 21. *Novembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 87.

Vide verbo *Gubernator* n. 6.

7. Non absolvuntur, nisi petita veniâ, atque deletâ Recognitione corporis delicti, Hydruntinâ 29. *Dec.* 1625. *Ex Regesto Script. Veterum pag.* 80. Eugubinâ 21. *Jan.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 763.

8. Constat Recognitionem corporis delicti factam fuisse in loco immuni, quandò cadaver ab eo fuit extractum de mandato Judicis Laici. Oritanâ 30. *Sept.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 618.

9. Et

9. Et præfatus Judex incurrit excommunicationem, & acta gesta per d. Judicem concernentia Recognitionem corporis delicti nulla sunt, quamvis non præcesserit declaratoria excommunicationis incursæ. *Ibidèm.*

10. Judex Eccles. non potest de se tribuere licentiam Gubernatori, seù Curiæ secul. faciendi huiusmodi Recognitionem.

Vide verbo *Vicarius Capitularis* n. 9.

11. Ministri Curiæ Laicæ, quamvis requisiti ab Abbate ad faciendas Recognitiones judiciales in Monasterio contrà Collegiales Collegij Borromei, excommunicantur. Papien. 15. *Novembris* 1689. *lib. decr. Mart. pag.* 530.

12. Curia Secularis non potest absque facultate Apostolica facere huiusmodi Recognitionem in persona exempta, ut in Colono partiario Mensæ Episcopalis vulnerato. Fanen. 12. *Iulii* 1689. *d. lib. p.* 491.

13. Qui in Sacerdote occiso id egerint, incidunt in censuras Feretranâ 3. *Iulij* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 962.

14. Recognitionem personalem Regularis offensi degentis in Monasterio non est admittendum fieri per Curiam secularem, quæ tamèn poterit ab eadem Curia fieri, mediante personâ Medici, Chirurgi, & Testium. Burgi S. Sepulchri 13. *Novembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 12.

15. Recognitio cadaveris facta à Curia Laica petitâ, sed non expectatâ licentiâ Ordinarij in domo seculari, ad quam per Confratres Sodalitij delatum fuerat cadaver in solamen Parentum, non lædit Immunitatem. Sutrinâ 13. *Novembris* 1691. *lib. decr. Martelli pag.* 38.

16. Secùs dicendum de Recognitione cadaveris factâ à Curia Laica, dùm deferretur à Parocho ad sepul-

sepulturam. Nullius S. Ruffi, *d. die, ibidem.*

17. Pro simplici Recognitione corporis cadaveris Tertiariæ extrà locum immunem, non incurritur excommunicatio. Maceraten. 11. *Maii* 1677. *lib. 2. decr. Altov. pag.* 1387.

18. Non constat de læsione Immunitatis, quandò Curia Laica processit ad Recognitionem corporis delicti, habita solùm, ut dicitur Denuncia Baroncelli contrà Laicum ob attentatum furtum in Domo Laici, quamvis antè d. Recognitionem, & in actu illius, fuerit datus pro suspecto ejusdem furti quidam Sacerdos. S. Severini 11. *Dec.* 1703. *lib. 3. decr. Vallem. pag.* 541.

19. Ex Recognitione corporis cadaveris Parochi sepulti in Ecclesia Parochiali Commendæ Religionis Hierosolymitanæ, à qua Parochi d. Ecclesiæ nominantur, factâ auctoritate, & cum interventu Equitis d. Religionis, non constat de læsione Immunitatis. Papien. 24. *Maii* 1701. *ibi p.* 354.

20. Valida est Recognitio corporis delicti facta in domo, & in cadavere personæ exemptæ à Curia Laica, quæ primò impedivit transferri cadaver ad locum immunem, sed habito præcepto à Ministro Ecclesiastico de nòn impediendo, ampliùs non obstitit, & tùnc censuras non incurrit. Terracinen. 20. *Iunii* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 625.

21. Aliquandò cum facultate Apostolica Episcopus potest communicare, vel etiàm consignare corpus delicti, & etiàm acta facta pro Recognitione ejusdem. Fulginaten. 16. *Iulii* 1658. *lib. decr. Ricci p.* 104. Nepesinâ 30. *Oct.* 1694. *ibi p.* 154. Clusinâ 2. *Augusti* 1695. *ibi pag.* 206. Imolen. 30. *Novembris d. A.*, *& lib. p.* 231., *& alibi.*

V. verbo *Episcopus quoad Immunitatem* n. 26. 27.

RECUR-

RECVRSUS

1. PRò incurrendis cenſuris ſufficit Recurſus ad Judicem Laicum contrà Juriſdictionem Eccleſiaſt. Cluſinâ 5. *Iulii* 1639 *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 94.

2. Ob Recurſum ad hanc Sac. Cong. Archiepiſcopus abſtineat à moleſtijs. Regien. 14. *Decembris* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 305.

3. Ob Recurſum habitum pro bono pacis ad Magiſtratum ſecularem Eccleſiaſtici non incidunt in cenſuras. Aſſiſien. 12. *Sep.* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 839.

4. Ob Recurſum ad Judices Laicos pro impediendo ne Curia Eccleſ. poſſet vocare Laicos ad comparendum perſonalitèr pro examine, Ordinarius procedat. Montis Caſini 20. *Novembris* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 58.

5. Contrà Superiorem Regularem, qui habuit Recurſum ad Judicem Laicum contrà Confugitum in ſuo Conventu, qui pluriès percuſſit Fratrem Laicum, vndè Judex Laicus miſit Birruarios in Conventum, Archiepiſcopus procedat, & quatenùs Confugitus ſit extractus, reſtituat Eccleſiæ ſibi benevìſæ. Teanen. 27. *Mart.* 1685. *lib.* 3. *dec. Alt. p.* 427.

6. Religioſi incurrunt in cenſuras, & ſunt puniendi ob Recurſum ad Miniſtros Laicos, ad effectum, ut Milites hoſpitarentur in bonis Abbatis Commendatarij. Mediol. 7. *Octobris* 1631. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 93.

7. Qui habuit Recurſum ad forum Laicum contrà Clericum, antequàm abſolvatur, debet renunciare Judicio intentato in Tribunali Laico. Averſanâ 10. *Ianuarii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 15.

8. Recurrens ad Judicem Laicum contrà Clericos, & obtinens ſequeſtrum ſupèr bona donata eiſ-

 dem

dem Clericis, consulat conscientiæ suæ. Nullius Altamuræ 1. *Sep.* 1693. *ibi p.* 72.

9. Sacerdos, qui auxilio brachij secularis capit possessionem Beneficij, incurrit excommunicationem. Alatrinâ 29. *Ap.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 576.

10. Recurrentes ad Ministros Regios contrà Authoritatem, seù Jurisdictionem Ecclesiasticam censuras incurrunt. S. Severi 8. *Iulii* 1687. *lib. decr. Mart. p.* 131., & 16. *Nov.* 1688. *ibi p.* 380. Boven. 18. *Martii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 142.

11. Committitur Ordinario, ùt procedat contrà Ecclesiasticum ad censuras, & alias pœnas juxtà Sac. Can. ob Recursus habitos ad Judices Laicos. Papien. 24. *Julii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 101. Neapolitanâ 9. *Maii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 44.

12. Itèm Vicarius Generalis procedat prout de jure contrà Sacerdotem ex causa Recursus habiti ad Judicem Laicum contrà Clericum, Hydruntinâ 30. *Septembris* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 618.

13. Constito de renunciatione, & revocatione Recursus ad Potestatem Laicam, & obligatione de se abstinendo à similibus, datur facultas absolvendi censuratum ob ipsos Recursus. Theatinâ 27. *Junii* 1699. *lib.* 2. *dec. Val. p.* 228. Venusinâ 2. *Sept. d. A.*, & *lib. p.* 247. Cosentinâ, seù S. Joannis in Flore 9. *Aug.* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 371.

14. Et si oriatur controversia supèr refectione damnorum, absolvitur cum reincidentia post duos menses. Aquilanâ 15. *Nov.* 1704. *lib.* 3. *dec. Vall. p.* 627.

15. Suspensis censuris, & factâ per Baronem N. renunciatione Recursibus ad Judicem Laicum, Judex Ecclesiasticus competens procedat supèr negotio principali. Insulanâ 25. *Februarii* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 138.

16. Pravià recunciatione Recursibus, & dimis-

sâ

8 possessione domus, ac præstitâ refectione damnorum, Episcopus procedat in causa, cui datur facultas absolvendi. Ostunen. 22. *Apr. d. Anni*, *& lib. pag.* 149., *&* 19. *Aug. d. Anni*, *& lib. pag.* 170.

17. Attentâ renunciatione Recursibus absolvuntur etiàm in forma privata censurati, qui executi fuerunt belluas Ecclesiasticorum, Policastren. 12. *Januarii* 1700. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 266.

Vide verbo *Canonicus Regularis* n. 1.

Verbo *Regularis delinquens* n. 12. 14. 17. 18.

REGULARIS

1. Regulares sunt exempti ab oneribus, & collectis. Cremonen. 11. *Jan.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 166., *&* 11. *Junii d. A. & lib. p.* 194. Aquen. 5. *Febr. d. Anni*, *& lib. pag.* 170., *& alibi*.

Vide verbo *Episcopus quoad Regulares* n. 1. 2.

2. Regulares non tenentur ad onera, impositiones, & collectas pro bonis acquisitis, nisi juxtà decisionem in Brundusina coràm Pœnia, & decretum editum sub Clem. VIII. Anno 1600. In una Status Ecclesiastici 9. *Nov.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 144. Montis Alti 29. *Maii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 139.

3. Regulares Carmelitani non tenentur ad solutionem gabellæ datiarijs carnis ex forma Constit. Clem. VIII., & Pauli V., non solùm pro animalibus natis in eorumdem prædijs, sed nec etiàm pro emptis pro usu proprio, cùm iste casus non sit expressus in dictis Constit., & de jure sint exempti. Ferrarien. 15. *Septembris* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 43.

4. Regulares gaudere debent exemptione pro vino, quod minutatìm vendunt. Faventinâ 19. *Decembris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 212.

5. Canonici Regulares Lateranenses in vim motus

tus proprij Vrbani VIII. F. R., tenentur ad solutionem gabellæ carnis, etiàm pro animalibus, quæ in proprijs domibus, & Monasterijs mactantur. Ravennaten. 27. *Februarii* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 273.

6. Fratres Minores S. Francisci de Observantia gaudent proùt cæteri Ecclesiastici tàm Seculares, quàm Regulares, exemptionibus pro rebus emptis ab eorum Syndico pro victu, & vestitu eorumdem. Valentinâ 17. *Martij* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 172.

7. PP. Dominicani sunt exempti à collectis impositis à Communitate tàm de jure communi, quàm ex privilegijs Pontificijs. Firmanâ 6. *Maii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 76.

8. Regulares sunt exempti à gabella portæ Civitatis pro introductione frumenti. Maceraten. 31. *Augusti* 1646. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 290.

9. Regulares circà libertatem emendi carnes remittuntur ad Sac. Congr. Boni Regiminis. Anconitanâ 5. *Martij* 1675. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1078.

10. PP. Societatis Jesu tenentur pro bonis acquisitis ad onera, quæ sint certa, realia, & invariabilia; pro alijs verò bonis tenentur ad collectas authoritate Apostolicâ impositas cum specifica expressione Ecclesiasticorum, dummodò in locis bonorum non adsit consuetudo contraria. Firmana 9. *Oct.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 8.

11. An FF. Minimi contrà formam privilegiorum possint conveniri ab Ordinario, aut Vicario Apostolico pro reddenda ratione bonorum temporalium ab eis possessorum, Sac. Congr. respondit hujusmodi Fratres uti jure suo. Bisignanen. 14. *Januarij* 1653. *lib.* 5. *decr. Paulucci pag.* 5.

12. Licet Regularibus in eorum Conventu sito in loco, ubi Dominus Loci exigit unum pro quindecim ab Ecclesiasticis pro coctura panis in furnis sibi

sibi competentibus, habere furnum pro eorum usu, & viventium sumptibus Conventus. Materanen. 22. *Septembris* 1682. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 87.

13. Regulares sunt testes idonei ad probandam extractionem, & violationem Immunitatis Eccles. secutam in eorum Ecclesia. Regien. 1. *Julij* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 177.

14. Minor Observans S. Francisci potest de licentia Em. Vicarij Urbis in causa civili deponere. Romana 4. *Septembris* 1640. *ibi p.* 129.

15. Datur facultas Episcopo non solùm examinandi, sed etiàm cogendi Regulares ad se subijciendum examini in causa violatæ Immunitatis. Aprutina 20. *Nov.* 1640, *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 135. Neapolitana 6. *Octobris* 1643. *ibi pag.* 211.

16. Datur facultas Episcopo examinandi etiàm Regulares, dummodò actu, & habitu aliundè veritas haberi non possit, ac citrà incursum Irregularitatis. Novarien. 17. *Julii* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 229.

17. Similis facultas conceditur aliquandò etiàm Vicario. Tropien. 9. *Aug.* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 99.

18. Regulares ex speciali commissione Sedis Apostolicæ possunt etiàm examinari à Gubernatore. Vide verbo *Facultas examinandi* n. 4., & 5., *Gubernator* n. 20.

19. Regulares dare debent Eminentissimo Legato uti delegato Apostolico notam animalium, quæ per eosdem Regulares introducuntur ad effectum mactandi pro servitio Religiosorum. Bononien. 10. *Maii* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 89.

20. Scribitur Archiepiscopo, ut provideat, & ordinet pro suo arbitrio, quod Regulares quomodolibèt privilegiati non locent appartamenta ordinata ad habitationem Religiosorum Secularibus, ad effectum vitandi abusus, & controversias Immunitatis

nitatis Ecclef. Neapolitana 10. *Novembris* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1302.

21. Qui carceraverant, & modico tempore detinuerant Regularem; abfolvuntur in forma Ecclefiæ arbitrio Epifcopi. Litteren. 4. *Decembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 159.

Vide verbo *Epifcopus quoad Regulares*.
Verbo *Nuncius quoad Regulares*.

REGULARIS DELINQUENS

1. SAcerdos Regularis profeffus poteft retineri in carceribus Religionis ad fimplicem tantùm correctionem; dummodò extractio ab Ecclefia fit facta authoritate, & licentiâ expreffa Archiepifcopi. Mediolanen. 19. *Aprilis* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 224.

2. Ob extractionem Regularis rei epiftolæ infamatoriæ ab Ecclefia Conventus, in quo moratur, factam de ordine Provincialis ad correctionem, & ob id ad Domum Difciplinæ, non ad carceres formales translatum, Provincialis, & Fratres executores non incurrunt excommunicationem: Æfina 19. *Aprilis* 1701. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 347.

3. Regularis captus in loco immuni pro delicto non excepto in Bulla Greg. XIV. gaudere debet Immunitate Ecclef. Fulginaten. 9. *Martii* 1632. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 116.

4. Mandante Sanctiffimo datur facultas Superioribus Religionis Theatinorum conficiendi proceffum contrà fuum Religiofum carceratum in loco immuni ufquè ad fententiam exclufivè. *Die* 21. *Aug.* 1706. *lib. Marafufci*.

5. Regularis Sacerdos de ordine Prioris Conventus, & Commiffarij caufæ criminalis, extractus ab

ab Ecclesia Conventus, ad quam confugerat è carceribus ipsius Conventus, restituendus est, & injungitur Archiepiscopo, ut mandet restitui. Neapolitana 11. *Octobris* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 209.

6. Ex gratia Sanctissimi, Regularis ad Triremes juxtà condemnationem transmittitur, attentâ atrocitate delictorum, & instantiâ Religionis. Neapolitana 7. *Aug.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 126.

7. Regularis committens homicidium de nocte in personam sui Superioris unà cum tribus Laicis, & alijs circumstantijs enormibus, tradendus est Curiæ Seculari, si non est in sacris Ordinibus constitutus; secùs verò si sit in Sacris constitutus. In una Siciliæ 27. *Aprilis* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 125.

8. Regularis propinans venenum suo Guardiano condemnatur ad pœnam Triremium. In una N. 26. *Septembris* 1651 *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 161.

9. Regularis Conversus, qui in actu apostasiæ furatus fuit scuta mille ab Ærario Conventus, & minatur suo Superiori, ac cœteris Religiosis, necnòn scandalosè cohabitat cum concubina, de ordine Sanctissimi extrahitur, & consignatur suo Superiori ad hoc, ut eum retineat in carceribus ad correctionem usquè ad novos ordines Sac. Congr. Ariminen. 2. *Junij* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1262.

10. Ex gratia speciali Sanctissimi permittitur, ut Regularis prætensus reus criminis læsæ Majestatis carceratus à Regijs, retineatur in carceribus laicis, & non restituatur, sicuti oportet. Et ad preces Proregis Sac. Congr. particularis desupèr congregata injungit D. Nuncio, ut præviâ absolutione carcerantium, deputet Ecclesiasticum ad procedendum in hac causa usquè ad sententiam exclusivè, cum facultate vtendi opera, & assistentia Laicorum in confectione processus, qui tamèn non se-

intromittat in actibus judicialibus. Neapolitana 29. *Aprilis* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1381.

11. Similis gratia conceditur pro eodem delicto contrà alium Regul. Mediolanen. 20. *Apr.* 1679. *ibi p.* 1752., & 17. *Julii* 1677. *ibi p.* 1419.

12. Regularis excommunicatus, & irregularis, scandalosè quotidiè celebrans Sacrum, extrahitur ad formam Bullæ, & consignatur suo Superiori ad correctionem tantùm. Urbinaten. 10. *Augusti* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2029.

13. Sac. Congr. censuit Clericos Minores Provinciæ Hispaniarum, qui occasione Capituli Provincialis celebrati in Oppido Matriti (in quo Nuncius præsidebat) recursum habuerunt ad Tribunal seculare, incidisse in excommunicationem contentam in Can. 13 Bullæ Cœnæ, & indigere absolutione, & quatenùs posteà celebraverint, etiàm dispensatione ab Irregularitate. Nihilominùs Sacra Congr. prævià eorum suspensione à voce activa, & passiva, censuit posse (quatenùs humilitèr petatur) ex clementia Sanctissimi per litteras in forma Brevis concedi Em. Urbis Vicario facultatem absolvendi, & respectivè dispensandi accessos ad Urbem; & similem facultatem per litteras Sac. Congr. concedi Nuncio Hispaniarum cum facultate subdelegandi, Toletana 16. *Januarij* 1681. *ibi pag.* 2136.

14. PP. Clerici Minores, qui accesserunt ad Urbem ob recursum præfatum, reintegrantur in voce activa, & passiva. Toletana 28. *Maij* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2177.

15. Provincialis Ordinis S. Augustini, qui in executionem ordinis Potestatis Laicæ privavit quemdam Priorem Prioratu sui Conventus, ac relegavit extrà Regnum, eò quià d. Prior habuit recursum ad Curiam Ecclesiasticam contrà Laicos debitores

bitores Canonum, de mandato Sanctissimi præcipitur Generali Ordinis, ut statim debeat privari officio Provincialatus, voce activa, passiva, inhabilitari in perpetuum ad officia, & dignitates, & sub rigorosis pœnis fiat præceptum, ut accedat ad Urbem; & deleatur de Libro Ordinum Superiorum, ac si non esset factus, & ne unquàm præjudicet dicto Priori; & Pater Generalis injungat omnibus Superioribus Provinciæ, ut ampliùs non agnoscant Provincialem. Romana 10. *Februarij* 1696. *lib.* 3. *Litterarum Vallem. pag.* 32.

16. Et cùm præfatus Provincialis accessisset ad Urbem, data fuit facultas Vicesgerenti eum absolvendi à censuris in aula interiori Conventus S. Augustini in præsentia suorum Religiosorum tantùm. Romana 14. *Martij* 1696. *lib.* 3. *Litt. Vall. p.* 38.

17. Regulares Theologi, qui consilium dederunt Proregi posse cognoscere causam Regularis, undè de ordine ejusdem Proregis posteà jugulatus fuit, inciderunt in excommunicationem, & irregularitatem; attamèn annuente Sanctissimo conceditur Nuncio Hispaniarum, ut eos absolvat, si petierint, prævià privatione vocis activæ, & passivæ. Valentina 17. *Julii* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 2229.

18. Superior Regularis unà cum suis Fratribus recurrens ad Tribunalia Laica contrà resolutum in Sac. Congr. vocatur ad Urbem. Cotronen. 19. *Decembris* 1673. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 878.

19. Regulares adeuntes Tribunalia Laica acritèr puniuntur, & prævià renunciatione desistant à prosecutione causæ coràm Laicis. Nuscana 25. *Aprilis* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 189.

Vide verbo *Accessus ad Urbem* n. 4. 5.

20. Superior Regularis, qui ex licentia sui Provincialis permisit fieri recognitionem corporis delicti

cti in Conventu per Notarium Laicum, incidit in excommunicationem; & contrà ipsum Episcopus benè processit. Feretrana 22. *Septembris* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag* 602.

21. Contrà præfatum Superiorem denegantem Episcopo recognitionem corporis delicti, & ipsam concedentem Judici Laico, Episcopus conficiat processum. Feretrana 7. *Julii* 1671. *ibi p.* 571.

22. Contrà Superiorem Carthusianum, & alios, qui extraxerùnt ab Ecclesia Matrice Fratrem Conversum, Vicarius Apostolicus procedat prout de jure. Capren. 9. *Sept.* 1670. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 473. Iidem tamen absolvuntur ad cautelam reintegratâ Ecclesiâ, & privatim. In eadem 3. *Februarii* 1671. *ibi pag.* 518.

23. Regularis extrahens dolosè Reum criminis nefandi, & bestialitatis, ei dicendo, veni, & noli timere, & deindè consignans Curiæ Laicæ, incidit in excommunicationem. Nullius Orbetelli 25. *Ianuarii* 1689. *lib. decr. Martelli pag.* 412.

24. Superior Regularis, & ejus Religiosi, qui stipulaverùnt transactionem, & alios contractus de solvendis oneribus laicis pro bonis acquisitis ab eorum Conventu, accedant ad Urbem. Taurinen. 14. *Ian.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 133.

25. Episcopus potest præcipere, & procedere contrà Regulares ex delegatione particulari habitâ vi litterarum ejectionis à Sac. Congr. Ortonen. 25. *Aprilis* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 189.

26. Aliquandò datur Episcopo facultas procedendi contrà Regulares in causa violatæ Immunitatis Eccles. Senen. 3. *Aug.* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 81.

27. Superior Regularis recusans extractum remitti in Ecclesia, de ordine Sac. Congr. graviter corripitur à Procuratore Generali Ordinis. Aquen.

Aquen. 3. *Martii* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 33.

28. Regulares, qui restiterunt ad recipiendas personas discolas in eorum Conventu, non debent ex hoc capite molestari. Florentina 31. *Augusti* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1446.

29. Iniungitur Episcopo, ut procedat contrà Regulares, qui restiterunt, & impedierunt perquisitionem faciendam ex facultate Sac. Congr. in eorum Conventu; & procedat etiàm quòad contrabandum receptum in Conventu. Eugubina 17. *Septembris* 1680. *ibi pag.* 2049.

30. Archiepiscopus procedat contrà Regularem, qui dolosis verbis exire fecit confugitum à loco immuni, ut incideret in manus Curiæ. Bononien. 23. *Januarij* 1680. *ibi pag.* 1913.

31. Datur facultas annuente Sanctissimo Em. Legato procedendi, etiàm per alium (modo sit Clericus) contrà Regularem indicatum, ut mandantem homicidium. Ravennaten. 20. *Feb.* 1680. *ibi p.* 1925.

32. Regulares extractos à Conventu per Cancellarium Episcopi ob rixam secutam intèr ipsos Episcopus restituat. Fanen. 30. *Maij* 1679. *ibi p.* 1767.

33. Regularis in rixa, & ad propriam defensam occidens Regularem ejusdem Ordinis, extractus ab Ecclesia aliorum Regularium, gaudet Immunitate. Melphien. 19. *Feb.* 1669. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 319.

34. Datur facultas extrahendi Regularem à quocumque loco immuni, & consignandi suis Superioribus, præstità per ipsos obligatione de non puniendo ob inobedientias, & delicta commissa, seu prævia obligatione de non irroganda ullà pœna: Neapolitana 19. *Febr.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 557. Tiburtina 30. *Iulii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 34.

35. Suspenditur ab officio, & exercitio Ordinum Provincialis, qui invocato auxilio brachij Secu-

Secularis exequitur Regis mandatum relegationis contrà aliquos suos Religiosos, & declaratur incurrisse in Canon. 10. Bullæ Cœnæ Domini, eò quod egit quodammodò partes executoris mandati Regij, & causâ non cognitâ, se gessit, ut privatus, non ut Judex. Vlyssiponen. 31. *Iulii*, *seù* 1. *Aug.* 1691. *lib. decr. Martelli pag.* 752.

36. Prior Conventus S. Aug. eò quià permiserat Judici, & Cancellario Curiæ Laicæ facere examen in d. Conventu, censuras incurrit, à quibus datur facultas Vicario Generali absolvendi in forma Ecclesiæ consueta, & interìm suspenditur ab officio ad arbitrium Sac. Congr. Pisauren. 26. *Martij* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 80.

37. Provincialis Fratrum S. Joannis Dei, qui extrahi fecerat à Domo Ecclesiæ Parochialis Religiosum Sacedotem sui Ordinis, attentâ reintegratione Ecclesiæ, & prȩviâ obligatione de se abstinendo à similibus, absolvitur privatìm ab Episcopo. Mediolanen. 26. *Maii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 491.

38. Regulares prævià restitutione, vel deposito Ducatorum triginta sex pecuniæ expensæ à Canonico in refectione muri ab ipsis destructi, & obligatione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ quòad alias prætensiones d. Canonici, absolvuntur ab Episcopo. Baren. 2. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 197.

39. Religiosus excommunicatus ab Archiepiscopo Baren. cùm personaliter ad Urbem accessisset, absolvitur privatè cum reincidentia à D. Vicesgerente ex commissione Sac. Cong. In eadem 30. *Martij d. Anni & lib. pag.* 18.

40. Quòad Religiosum extractum à Vicario Capitulari, eò quod consilium, & auxilium præstitisset mulieri secùm adulteræ venenum propinandi mari-

marito; Sacra Congregatio decrevit, quod prævia cassatione, & circumscriptione omnium actorum judicialium, Episcopus Mantuanus procedat nomine Sac. Congr. contrà quos de jure pro actibus læsivis Immunitatis, & Jurisdictionis Eccles. In reliquis ad Sac. Congr. Episcoporum. Brixien. seù Mantuanà 31. *Aug*. 1700. *lib*. 2. *decr*. *Vallemani pag*. 310.

41. In causa Palatini Vilnen. Regulares ab Episcopo innodantur Interdicto, & censuris non solùm ob contumaciam ergà d. Episcopum, sed etiàm ergà mandata Sanctissimi. Vilnen. 16. *Nov*. 1694. *lib*. 1. *decr*. *Vallem*. *pag*. 158. & in *Regesto Litterarum* sub die 27. *d*. *mensis*.

42. Insupèr auctoritate Apostolicâ Superiores Regulares Vilnenses contumaces per D. Nuncium, vel Generales Ordinum, privantur officijs, declarantur inhabiles ad alia imposterùm obtinenda, & privantur voce activa, & passivâ, nisi intrà brevem terminum paruerint. *Ibidem*.

Vide verbo *Episcopus quoad Regulares*.

43. Datur facultas Episcopo absolvendi Regulares pro suo arbitrio, eò quod adimpleverunt imposita pro emendatione trascursuum, impositâ pœnitentia publica. Dicti Regulares declarati fuere excommunicati à Curia Episcopali ob contumaciam ergà ordines ejusdem Curiæ concernentes defensionem Immunitatis, & Libertatis Eccles. Vilnen. 25. *Martii* 1696 *lib*. 2. *decr*. *Vallemani pag*. 211.

44. Regulares vocati ad Urbem ex causa violatæ Immunitatis, suspendantur per Superiores Ordinis ab omnibus officijs, & priventur voce activa, & passiva, donèc pareant. Taur. 8. *Julij* 1698. *ibi p*. 162.

45. Supèr homicidio Patris N. commisso Tarenti, iniungitur D. Nuncio, ut transmittat processum, & omnes alios actus contrà Patrem N. confectos,

&

& construat alium contrà eumdem supèr mala qualitate, & paritèr transmittat. Neapolitanâ 9. *Febr.* 1700. *d. lib. pag.* 271.

46. Et cum indicia præfati homicidij P. N. essent contrà d. P. N. tùm ob cõmaculatas sanguine vestes, tùm ob fugam è Monasterio ad Ecclesiam Jesuitarum, tùm deniquè ob assuetudinem ad delicta; annuente Sanctissimo asportatur ad Ergastulum loco custodiæ. In eadem 8. *Junij d. A.*, *& lib. p.* 293.

47. Sanctissimus intercedente Em. Protectore Congr. Cassinensis benignè annuit, ut tribus Monachis suspensis ab exercitio Ordinum, & privatis eorum officijs, & dignitatibus ob inobservantiam Interdicti appositi Civitati Mediolanen. pro qua justificarunt non intercessisse dolum, ex nùnc removeatur suspensio à divinis, & tempore celebrationis proximi Capituli ijdem rehabilitentur ad vocem activam, & passivam, & ad alia officia, & dignitates Congregationis; ità tamèn, ut D. Julius in d. Capitulo eligi non possit Generalis, neque per quinquennium Abbas in Monasterijs Civ. Mediol. & D. Benedictus paritèr per quinquennium nequeat obtinere munia, & officia publica in d. Monasterijs. Mediolanen. 7 *Ian.* 1633. *in Ponentijs Archivij Vaticani.*

Vide verbo *Nuncius quòad Regulares.*

Verbo *Episcopus quòad Regulares.*

REINTEGRATIO

1. SAltèm pro posse censuratorum procuranda est per Episcopum reintegratio Immunitatis, & exemptionis Ecclesiasticorum; & posteà instent pro absolutione. Marsicanâ 24. *Ianuarii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 253.

2. Datur facultas absolvendi censuratos, reintegratis

gratis Ecclesijs in quantùm fieri potest, & pecuniæ applicentur Ecclesijs spoliatis pro rata, Calven. 27. *Maij* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 183.

3. Reintegratis Ecclesiasticis de expensis, & damnis passis pro hospitatione Militum, Sac. Cong. providebit circà absolutionem. Bovinen. 4. *Febr.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 183.

4. Mandante Sanctissimo iniungitur Episcopo reintegratio Ecclesiæ spoliatę per extractionem Clerici à Ministris Laicis, licèt d. Clericus fuerit jàm repositus in alia Ecclesia electa ab ipso Clerico. Policastren. 25. *Ian,* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 154.

5. Ad reintegrationem Jurisdictionis Eccles. violatæ in carceratione Regularis à Curia Laica in suis carceribus, Vicarius Generalis mandet sibi consignari. Mediolanen. 30. *Martij* 1700. *ibi pag.* 281.

Vide verbo *Absolutio* n. 60. & seq.

RELEGATIO

ATtentâ relatione Vicarij, quòd Relegatus in Civitate Vetulâ modestè, & pacificè se gesserit spatio trium ferè annorum, commutatur d. Relegatio in Relegationem Urbis, facta priùs obligatione à Relegato de non discedendo absque licentia Sac. Congr. Senogallien. 4. *Januarij* 1676. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1190.

RELIQUIÆ

1. DAtur Archiepiscopo Beneventano uti Delegato facultas absolvendi censuratos ob violentam ablationem Reliquiæ insignis ab Ecclesia Regularium, posito quod secuta sit restitutio d. Reliquiæ. In una S. Agathæ Gothorum 30 *Martij* 1700.

1700. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 281.

2. Archipresbyter, & alij censurati ob sacræ Reliquiæ ablationem, vide verbo *Archipresbyter* n. 1. 2.

REMEX.

1. Remiges coacti confugientes liberè ad Ecclesiam gaudent Immunitate, & Archiepiscopus ab illorum extractione abstineat. Neapolitana 27 *Aug.* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 281. Aquilana 10. *Maii* 1639. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 89. Oppiden. 21. *Martij* 1645. *lib.* 1. *dec. Paul. pag.* 247.

2. Consequentèr nec Episcopus sine facultate Apostolica potest eos consignare facere. Barchinonen. 19. *Iulii* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 347.

3. Transmissi ad Triremes pro reintegratione violatæ Immunitatis, debent ad locum immunem, à quo fuerunt extracti, remitti. Tropien. 1. *Sept.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 209.

4. Remiges etiàm Triremium Sedis Apostolicæ extracti ab Ecclesia, gaudent Immunitate Eccles. & sunt restituendi. Viterbien. 21. *Ian.* 1676. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 1201.

5. Condemnati ad Triremes, qui confugerunt ad Ecclesiam ligati ijsdem catenis, quas ferebant, extracti à Militibus, gaudent, & sunt restituendi. Neapolitana 15. *Maii* 1685. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 446.

6. Licèt condemnati ad Triremes, & Milites servientes in Triremibus gaudeant Immunitate, attamèn Sanctissimus concedit Episcopo facultatem ad annum eos extrahendi etiàm cum coactione, & consignandi prævia obligatione juratoria non puniendi eos, cum comminatione censurarum in casu contraventionis. Anconitana 6. *Sep.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 728 Januen. 28. *Iunii* 1698. *lib.* 2. *dec. Vall. p.* 159.

7. Pari-

7. Paritèr conceditur facultas annuente Sanctissimo ad tempus extrahendi, & consignandi condemnatos ad Triremes cum solitis clausulis. Neapolitana 9. *Nov.* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 296.

8. Sacerdos ad Triremes Pontificias per decennium condemnatus, aufugiens è carceribus, in quibus adhùc detinebatur, & confugiens in Ecclesiam, gaudet Immunitate Ecclesiastica, quamvìs à dicta sententia non appellaverit. Anglonen. 22. *Junii* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 260.

9. Remex coactus confugitus ad Ecclesiam, ex gratia specialissima, facto verbo cum Sanctissimo, conceditur remitti ad Triremes, ità tamèn, ut in aliquo non possit puniri ratione fugæ, & declaretur ipsum gaudere debere Immunitate Ecclesiasticâ. Neapolitana 14. *Aug.* 1634. *lib.* 2 *decr. Paul. p.* 198.

10. Ex gratia speciali mandatur Episcopo, ut sibi constito de concludenti probatione delicti, & facta per ipsum desupèr declaratione, faciat consignare Curiæ Seculari reum die præcedenti à transmissione ad Triremes condemnatum, prævijs promissionibus, & cautelis solitis, & signantèr, quod finito tempore condemnationis rei ad Triremes restituatur eidem Ecclesiæ, à qua fuit extractus. Savonen. 21. *Nov.* 1635. *ibi p.* 239.

11. Datur facultas, annuente Sanctissimo, extrahendi ad formam *Cap. inter alia de Immunit.* mancipatos servitio Triremium, & consignandi eorum Capitaneo cum solitis clausulis. Melevitana 5. *Iulij* 1668. *l.* 1. *dec. Alt. p.* 238. Taurinen. 9. *Sep.* 1670. *ibi p.* 478.

12. Condemnati ad Triremes extracti à Laicis gaudent Immunitate, & ideò sunt restituendi Ecclesiæ, & secuta restitutione, pro hac vice tantùm datur facultas eos extrahendi, & consignandi Ministris Laicis, dato juramento de non puniendo pro

 fuga.

fuga. Taurinen. 8. *Nov.* 1687. *lib. decr. Mart. p.* 187.

13. Remex coactus extractus sinè facultate Apostolica, restituatur, & deindè datur facultas eum extrahendi ad formam *Cap. intèr alia de Immun. Eccles.* Sutrina 17. *Junii* 1673. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 812. Januen. 28. *Ian.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 159.

14. Mandante Sanctissimo datur Nuncio facultas, etiàm cum potestate sudelegandi Episcopos, ad effectum extrahendi Remiges Triremis Pontificiæ, qui arripuerunt fugam occasione naufragij, ac confugierunt ad loca immunia. Neapolitana 9. *Novembris* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallemani p.* 55.

15. Annuente Sanctissimo conceditur facultas Episcopo extrahendi Remiges spontaneos, dictos *di buona voglia*, ab Ecclesijs, & locis immunibus ad formam *Cap. intèr alia de Immun.*, dummodò pro delictis, ob quæ confugerunt, & pro fuga, fiat promissio non puniendi. Melevitana 3. *Decembris* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1035.

Vide verbo *Clericus conjugatus* n. 24. 25.

16. Renovantur facultates pro extractione Remigum à locis immunibus pro duodecim casibus. Neapolitana 1. *Martii* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 94.

17. Remex coactus extractus de mandato Sanctissimi restituitur in alia ab Ecclesia extractionis, deindè extrahitur, & consignatur Officialibus Triremium cum solitis clausulis. Viterbien. 12. *Jan.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 200.

Vide verbo *Facultas extrahendi Laicos* n. 17.

REMISSIO

1. REmissio Clerici facienda est Ordinario, nè Jurisdictioni Ecclesiasticæ prejudicetur. Cosentina 19. *Aug.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 56.

2. Cle-

2. Clerici per Judices Laicos remissi ad Sanctissimum, transmittendi sunt à Nuncio ad illorum Ordinarios, uti Judices in prima instantia ex dispositione Sac. Conc. Trid., ne illorum Jurisdictio indirectè præjudicetur. Rossanen 27. *Ap.* 1632. *ibi p.* 124.

3. Etiàm non obtenta Remissione à Parte, conceditur absolutio cooperantibus extractioni Bannitorum capitalium à Curia Laica, quibus indè abscissa fuerunt capita. Regien. 23. *Septembris* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 200.

RENUNCIATIO.

1. IN casu, quo aliqui Regulares renunciarunt per Instrumentum publicum omnibus & singulis juribus sibi competentibus vigore sententiæ obtentæ à Tribunali Urbis Januæ contra fundationem Domus alterius Religionis, ne subirent exilium sibi indictum à Potestate Laica, ad quam Religiosi illi pro obtinenda sua nova fundatione etiam post promulgationem præfatæ sententiæ recursum habuerunt; Sac. Congr. censuit faciendum esse Decretum A. C. remittendum, quo declaretur dictos PP. renunciantes, & alios etiam recurrentes, in censuras esse incursos, illosq; absolui à D. Vicesgerente cum gravibus pœnitentijs salutaribus, & sub præcepto non redeundi ad Civitatem commissi delicti. Insuper injungitur Archiepiscopo, ut in hac causa procedat contrà violatores Jurisdictionis, Libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticæ ad censuras, & pœnas à Sacris Canonibus, & Concilijs inflictas.

Prætereà ab hac Sac. Congr. fiat decretum annullativum omnium actorum gestorum respectu recursus, renunciacionis, & aliorum, cum transmissione copiæ eidem Archiepiscopo, cui præcipitur,

ut conservare illam faciat in Archivio Curiæ Archiepiscopalis perpetuis futuris temporibus. Januen. 19. *Augusti* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 19.

2. Episcopus admittat liberam renunciationem Clericatus eorum, qui sponte illam faciunt, ut admittantur ad officia publica, juxtà tenorem ordinis sub die 30. Jan. proximè elapsi. Tudertina 15. *Junii* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 91. Balneoregien. 30. *Jan.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 471. Mazarien. 16. *Dec.* 1642.

Vide verbo *Recursus*.

REPETITIO

Repetitio testium non competit Reo prætenso extracto à loco immuni, quandò testes fuerunt inducti, & examinati non solum ad instantiam, & favore ipsius Rei, verùm etiàm ad instantiam Fisci Curiæ Ecclesiasticæ illi adherentis, & uti Procuratoris prætensæ Ecclesiæ læsæ. Farfen. 22. *Feb.* 1707. *lib. decr. Marafusci*.

Vide verbo *Testis* n. 4. 5.

REPRÆSALIÆ

1. Non sunt permissæ Repræsaliæ contrà bona Ecclesiasticorum. Anagninâ 24. *Aprilis* 1646. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 277. Firmana 29. *Maij d. Anni*, & *lib. pag.* 181.

2. Contrà Ecclesiasticos non potest procedi per viam Repræsaliæ à Cameralibus. Senogallien. 6. *Ian.* 1680. *lib* 2 *decr. Altoviti pag.* 1906.

3. Clerici, & eorum bona non possunt subijci Repræsalijs pro debito Communitatis. Spoletanâ 28. *Julij* 1648. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 56.

4. Episcopus non debet permittere, ut procedatur

datur contrà Ecclesiasticos per viam Repræsaliæ. Senogallien. 15. *Dec.* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1320.

5. Non est permissa executio contrà Clericum per modum Repræsaliæ. Urbevetanâ 31. *Augusti* 1677. *lib.* 2 *decr. Altov. p.* 1448.

6. Non est locus Repræsaliis tàm contrà Equitem Christi, si professionem emisit, quàm contrà Clericum conjugatum. Anagninâ 11. *Februarij* 1648. *lib.* 4. *decr. Altovisi pag.* 40.

7. Contrà Cancellarium Episcopi non potest procedi ad Repræsalias. Civitatis Castelli 11. *Feb.* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 4.

8. A Repræsalijs sunt exempti Officiales, & actu familiares Episcopi, non autèm simplices Patentati. Civitatis Plebis 7. *Martii* 1651. *ibi p.* 138.

9. Cum Ministri laici tempore belli per modum Repræsaliæ perquirere decreverint res, & bona spectantia ad extraneos domiciliarios in eorum Regno asportata in locis immunibus, atque in Ecclesijs, Sac. Congregatio respondit facultatem perquirendi in præfatis locis immunibus permitti solummodò veris Dominis, ne fraudes patiantur, & habeant assecurationem suorum bonorum. Toletana 22. *Febr.* 1684. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 283.

10. Syndici Monialium sunt exempti à Repræsalijs. Vide verbo *Syndicus* n. 17.

REQUISITA

1. REquisita *Sacri Conc. Trid. Cap.* 6. *Sess.* 23. *de Reform.* in Clericis non requiruntur, nisi respectu privilegij fori; secùs verò respectu exemptionis à gabellis. Florentina 13. *Junii* 1640. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 119.

2. Quòad Requisita Tertiariarum, & Tertia-

riorum, vide verbo *Tertiariæ*, *& Tertiarij*.

3. Quæritur I. An exemptio à pœna pro damnis datis competat Clericis etiàm coniugatis?

II. An prædicti Clerici coniugati gaudeant privilegio fori non modò in causis criminalibus, sed etiàm in civilibus?

Sacra Congregatio respondit:

Ad I. Affirmativè concurrentibus requisitis *Cap. unico de Cleric. coniug. in 6.*

Ad II. Etiàm affirmativè concurrentibus dictis requisitis, & attenta consuetudine. Neocastren. 29. *Aprilis* 1704. *lib.* 4. *decr. Vallem. p.* 577.

RESCRIPTUM

SAc. Congr. censuit per Rescriptum Potestatis Laicæ moderativum Constitutionis læsivæ Immunitatis, Libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ editæ ab eadem Potestate, non esse provisum præjudicio Immunitatis, Libertatis, &c. imò plura eidem repugnantia continere, dum vult Ecclesiasticos posse citari à Judicibus Laicis ad ferendum testimonium, dum disponit Archiepiscopum adiungi eisdem Judicibus, & dum actiones reales Judicibus laicis contra Ecclesiasticos reservantur. In una Regni Bohemiæ 26. *Junii* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 96.

RESIDENTIA

1. PRæcipitur Episcopo à Regijs vocatò Neapolim ordinibus improprijs, ne discedat à sua Residentia, nisi de ordine Sanctissimi, vel Sac. Congr. Carinolen. 1. *Ott.* 1669. *lib.* 1. *decr. Ait. p.* 406. Capuana 29. *Julii* 1673. *ibi pag.* 824.

2. Iniungitur Episcopo degenti Neapolim ibi vocato

cato à Regijs, ut redeat ad suam Residentiam occasione Adventus, à qua non discedat, nisi consulto Sanctissimo, vel Sac. Congr. Policastren. 25. *Novembris* 1673. *ibi pag.* 863.

3. Episcopus contrà Parochos non residentes procedere debet pœnis à Sac. Conc., & Sac. Canon. præscriptis, non autèm pœnis in edicto expressis. Civitatis Pennæ 21. *Mart.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 275.

4. Aliquandò per litteras monentur Archiepiscopi, & Episcopi, ne discedant absque facultate Apostolica à sua Residentia, præcipuè quando sunt vocati ad audiendum Verbum Regium. Capuana 27. *Mar.* 1694. *lib.* 4. *decr. Vall. p.* 111. Hydruntina 17. *Apr. d. Anni*, *& lib. p.* 116. *& alibi.*

V. verbo *Vicarius Generalis* n. 14., *Hortatoriæ* n. 7. 10.

RESOLUTIONES

1. FActo verbo cum Sanctissimo ab Em. Præfecto super Resolutionibus à Sac. Congr. faciendis circà Immunitatem, seù Exemptionem, Libertatem, & Jurisdictionem Eccles. respectu quaruncunque personarum, & contrà quoscumque etiam Communitates Status Ecclesiastici; Sanctissimus mandavit fieri posse, & debere à S. Cong. Resolutiones, & decisiones super observantia dispositionis Sac. Can. & Constit. Apostolicarum, Resolutionum antiquarum S. Cong. & decisionum Rotalium, & in specie decreti editi sub Clem. VIII. A. 1600. 30. *Novemb.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 210.

2. Si Rota habuerit dubium circà interpretationem decretorum huius Sac. Congr. consulat eamdem pro Resolutione. Mediolanen. 22. *Junii* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 264.

3. Resolutiones Sac. Congr. non conceduntur, nisi

nisi expressis nominibus Oratorum. Die 10. *Mart.* 1633. *lib. 2. decr. Paul. pag.* 157.

RESPUBLICA

Vide verbo *Transactio* n. 1., *Sententia* n. 1., *Facultas extrahendi laicos* n. 17., *Frumentum* n. 27., *Decreta Laica* n. 1., *Avariæ*.

RESTITUTIO

1. Restitutio extracti de jure facienda est eidem Ecclesiæ, à qua quis fuit extractus, nec pro reintegratione violatæ Immunitatis sufficit illius excarceratio. Mediolanen. 23. *Febr.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paulucci p.* 55.

2. Amplia quamvis extractus moram trahat in loco distanti ab Ecclesia extractionis; attamèn attento consensu extracti in his casibus Sanctissimus dispensat, ut restituatur alteri Ecclesiæ. Mediolanen. 28. *Nov.* 1634. *lib. 2. decr. Paul. p.* 210. Anglonen. 1. *Dec. lib.* 3. *decr. Paul. p.* 80. Vercellen. 25. *Maii* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 76. Asculana 22. *Junij* 1655. *ibi p.* 67.

3. Restituendus est eidem loco immuni extractus, quamvìs extractio fuerit facta à personis particularibus. Beneventanâ 13. *Augusti* 1647. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 22.

4. Eidem Ecclesiæ restituendus est Clericus, à qua fuit extractus, quamvìs renunciet Immunitati, cùm non possit per eius renunciationem preiudicari Ecclesiæ. Secutâ verò Restitutione erit in eius arbitrio se constituere in carceribus Eccles. Cajacen. 20. *Novemb.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 134.

5. Restitutio extracti facta alteri ab Ecclesia, à qua facta fuit extractio, convalidanda est à Sanctissimo, cùm non dependeat à consensu Partium, sed ab auctoritate Sanctissimi. Neapolitanâ 21. *Aprilis* 1634.

1634. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 211.

6. Quandoquamplures sunt extracti, qui restitui debent eidem Ecclesiæ, ad evitanda scandala Restitutio fit diversis Ecclesijs, & diverso tempore. Castren. 4. *Junii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 43.

7. Aliquandò extractus ex facultate Sanctissimi restituitur Ecclesiæ S. Joan. Lateranensis utì Matri Ecclesiarum, loco Ecclesiæ, à qua fuit extractus. Spoletanâ 18. *Sep.* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 293.

8. Permittitur, annuente Sanctissimo, quod Restitutio extractorum fiat alteri ab Ecclesia extractionis ex causis urgentibus allatis à Curia Laica. Sarzanen. 16. *Jan.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 643.

9. Itèm permittitur, ut extractus, qui ob infirmitatem non potest restitui Ecclesiæ violatæ, restituatur alteri ab ipso eligendæ. Aversanâ 20. *Jan.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 468.

10. Restitutio extracti conceditur fieri alteri ab Ecclesia extractionis ob minas, & periculum occisionis Parochi, & cum idonea cautione de non offendendo inimicum, & testes, ac de non accedendo ad locum Ecclesiæ, à qua fuit extractus. Calertanâ 22. *Jan.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 71.

11. Aliquandò Sanctissimus concedit Archiepiscopo facultatem restituendi extractum alteri ab Ecclesia extractionis pro conscientia, & arbitrio ipsius. Æsinâ 15. *Novembris* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 366. Neapolitanâ 15. *Jan.* 1667. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 80.

12. Aliquandò iniungitur Archiepiscopo, ut dato in actis Curiæ Eccles. consensu extracti, permittat restitui in alia ab Ecclesia extractionis extrà Diœcesim electâ ab extracto. Salernitanâ 20. *Julij* 1688. *lib. decr. Mar. pag.* 327.

13. Fur extractus fuit ab una Ecclesia, & Episcopus ordinavit restitui eidem Ecclesiæ; sed Curia Laica

Laica, in cuius carceribus erat, attentâ eius infirmitate, & distantia loci, restitui fecit in alia Ecclesia insigniori, & elapso aliquo tempore cùm idem fur ob nova furta carceratus fuerit in loco non immuni à Curia Laica petijt denuò restitui Ecclesiæ primæ extractionis, Sac. Cong. dixit gaudere, & esse restituendum Ecclesiæ extractionis pro reintegratione. Lauretanâ 8. *Aug.* 1702. *lib.* 3. *decr. Vall p.* 435.

14. Extractus violentèr à quadam Ecclesia Parochiali Diœcesis S. Miniati per Curiam Sec., ac in carceres laicales, à quibus aufugerat, coniectus, pendente processu Curiæ Episcop. contrà extractores pro reparatione læsæ Immunitatis, denuò fugiens ex ipsis carceribus in eademmet Ecclesia se recepit; indè Romam veniens elapsis circitèr tribus annis nova ob delicta ab Executoribus Em. Urbis Vicarij in carceres iterùm truditur, verùm allegatâ per ipsum Immunitate appellavit à sententia eiusdem Em. Vicarij ad S. Congregationem, quæ declaravit: Restituendum esse Ecclesiæ, sed cum Sanctissimo, ut Restitutio fiat in Urbe Ecclesiæ per extractum eligendę. S. Miniati 12. *Iulii* 1707. *lib. dec. Maraf.*

15. Extractus restituitur Ecclesiæ, sed annuente Sanctissimo, præstitâ cautione de non offendendo mulierem, quam tentavit occidere. Casalen. 19. *Julij* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 348.

16. In restitutione extracti Ecclesiæ sæpissimè requiritur idonea cautio de non offendendo testes, inimicum, ac querelantes. Civitatis Castelli 28. *Feb.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 200. Portuen. 25. *Sep.* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 5. Caietana 24. *Sep.* 1697. *ibi p.* 113. Montis Falisci 30. *Ianuarij* 1703. *lib.* 3. *dec. Val. p.* 471.

17. Episcopus restituat extractum loco immuni, sed priùs provideat, nè oriantur scandala in præiudicium, & cum periculo Parochi ex parte extracti.

Lau-

Lauden. 20. *Dec.* 1702. *lib.* 3. *dec. Vall. p.* 462.

18. Restitutio carceratorum à Curia Laica in locis immunibus facienda est proprijs Ordinarijs Ecclesiarum, non D. Nuncio. Neapolitanâ 10. *Novembris* 1676. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1299.

19. Pendente articulo an extractus gaudeat Immunitate? restituendus est in carceribus Ecclesiasticis. Asten. 29. *Junii* 1679. *lib.* 2 *decr. Altoviti pag.* 1783.

20. Discedens à loco immuni cum salvo conductu Commissarij, ut ipsum Commissarium alloquatur, & posteà carceratus, de ordine Sanctissimi restituendus est Curiæ Eccl. Ariminen. 3. *Maij* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 93.

Vide verbo *Salvus Conductus* per totum.

21. Episcopus faciat restituere Canonicum extractum de eiusdem ordine ab Ecclesia, quatenùs non habeat aliquid relevans in contrarium. Ferentinen. 9. *Jan.* 1700 *lib.* 2. *decret. Vallemani pag.* 264.

22. Nullitèr extracto ab Ecclesia per Curiam Episcopalem Episcopus mandet restitui quidquid solvit pro sua excarceratione Vicario, Cancellario, & alijs. Verulanâ 20. *Febr.* 1680 *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1934.

23. Ablata de tempore, quo quis fuit extractus ab Ecclesia, Episcopus mandet restitui. Asculanâ 15. *Jan.* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 53.

24. Committitur Ordinario, ut procedat pro restitutione Clerici contrà violatores. Hydruntinâ 23. *Aug.* 1633. *lib.* 2. *decret. Paulucci pag.* 168.

25. Episcopus procedere debet suâ auctoritate ordinaria pro restitutione Clerici carcerati à Curia Laica sub prætextu, quod reassumpserit habitum in præiudicium Judicis Laici. Papien. 5. *Apr.* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 679.

26. Episcopus etiàm per censuras curet Restitutionem mensurarum vini, & aliarum rerum ablatarum

tarum à Gubernatore venditrici vini Abbatiæ Eminentissimi Cardinalis. Assisien. 25. *Januarii* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1336.

27. Facienda est Restitutio farinæ ablatæ à vidua per Curiam Laicam, eòquod ivit ad molendinum Mensæ Episcopalis positum extrà locum, & non ad molendinum Baronis loci, antequàm detur absolutio cum reincidentia. In una Marzorum 3. *Jan.* 1693 *lib.* 1. *decret. Vallemani pag.* 15.

28. Communitas tenetur ad Restitutionem collectarum ab Ecclesiasticis declaratis immunibus perceptarum. Faventinà 20. *Jan.* 1693. *ibi pag.* 18.

29. Summa soluta tùm Birruarijs Laicis, tùm pro stallatico ab eo, qui licentiam habuit laborandi diebus festivis, est ei restituenda a Ministris Laicis. Assisien. 10. *Junii* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 5.

30. Ordinante Sanctissimo datur facultas Archiepiscopo, se obligandi ad Restitutionem instrumentorum repertorum in domo Sacerdotis pro fabricatione monetæ, postquàm ijs usus fuerit pro recognitione corporis delicti in fabricando processu sibi ordinato contrà Sacerdotem, dummodò pro d. Restitutione non præstet cautionem Ministris Laicis Materanen. 17. *Jan.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 16.

Vide verbo *Arma* n. 3. 4., *Extractores* n. 6.

REX

SUper præcepto Regis Catholici promulgato à Prorege omnibus Ordinarijs Regni Siciliæ, ne permitterent privilegium fori Laicis inservientibus Curiæ Eccles.; Sac. Congr. iniungit ijsdem Ordinarijs, ut tueantur Jurisdictionem Ecclesiasticam, & D. Nuncio, ut viriliter assistat. In una Regni Siciliæ 10. *Martii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 207

Vide

Vide verbo *Pragmatica* n. 3., *Donativum*, *Pœnitentia* n. 5. 6., *Litteræ Circulares* n 1. 8., *Decoctor* n 2.

Prætensa potestas Regis expellendi Ecclesiasticos è Regno Lusitaniæ nullatenùs admittitur Ulissiponen. 31. *Julij*, *seu* 1. *Aug.* 1691. *lib. dec. Martelli pag.* 752. *& seq.*

Jussu Sanctissimi Sac. Cong. iniungit Nuncio Apost., ut eà de re efficacitèr agat cum Rege. *Ibidem.*

REVISOR

Vide verbo *Privilegium* n. 5.

RITUS.

1. PRætensus Ritus Magnæ Vicariæ cognoscendi Clericatum per Judices Laicos, tamquàm contrarius Sac. Canon, non est permittendus, & constantèr à S. Sede reprobatur. Catacen. 15. *Jan.* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 1. Squillacen. 25. *Apr.* 1696. *lib.* 2. *dec. Vallem. pag.* 19. Anglonen. 2. *Junii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 491.

2. Nec ullatenùs est permittendus prætensus Ritus supèr justificatione Clericatus in Curiâ Seculari, tamquàm contrarius Jurisdictioni, & Libertati Eccles. Cosentinâ 5. *Aprilis* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 326. Theanen. 5 *Apr.* 1672. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 679.

3. Insupèr prætensus Ritus Vicariæ carcerandi Clericos semper à Sac. Congr. fuit improbatus. Lucerinâ 29. *Jan.* 1675. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 1056.

4. Nec observantia præfati Ritus cognoscendi Clericatum per Judicem Laicum est permittenda, etiàm per solam præsentationem litterarum ipsius Clericatus, cùm sufficiat sola allegatio Clericatus. Rossanen. 24. *Jan.* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 244. Aquilanâ 7. *Maij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 187.

SA-

SACERDOS

1. Contrà Sacerdotem exercentem Gubernium temporale Principis Laici absque prævia licentia Sedis Apostol., & alia committentem contrà Jurisdictionem, & Immunitatem Eccles., A. C procedat per viam Monitorij. Catacen. 23. *Martii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 56.

2. Episcopus non permittat Sacerdotes posse exercere ministerium Capitanei *di Campagna*, ut dicitur, etiam respectu propriæ Curiæ. Cassanen. 10. *Martij* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 29.

3. Sacerdotem Secularem, qui commisit homicidium proditorium in personam cujusdam Comitis, Episcopus assignatis defensionibus ipse puniat. Cremonen. 3. *Junii* 1625. *lib. Script. Veterum pag.* 59.

4. Sacerdos committens homicidium in Personam alterius Sacerdotis in Ecclesia tempore divini Officij, annuente Sanctissimo condemnatur in pœnam extraordinariam per decennium ad Triremes. Tropien. 14. *Maii* 1669. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 350.

5. Sacerdos, qui ministravit sinè licentia Episcopi Sacramentalem Confessionem, & exercuit cum licentia subreptitia officium Vicecurati, extractus à loco immuni, dicitur gaudere, sed remittitur ad Sac. Congr. S. Officij. Theanen. 24. *Nov.* 1682. *lib.* 5. *decr. Altoviti pag.* 111.

6. Sacerdos celebrans Sacrum in die termini Citationis, sed antè declarationem censurarum contrà ipsum, non constat, quod spreverit censuras, & de incursu Irregularitatis. Casertanâ 21. *Nov.* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 688.

7. Sacerdos censuratus ob extractionem à loco immuni absolvitur præviâ reintegratione, de consen-

sensu Partis, & obligatione de se abstinendo à similibus. Quoad Irregularitatem non spectat ad hanc Sac. Congr. Nullius S. Euphemiæ 15. *Nov.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 628.

8. Sacerdos gaudere debet exemptione à Bonatenentia respectu bonorum, etiam existentium in Diœcesi, in qua ipse non inhabitat. Fundana 23. *Martii* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 56.

9. Sacerdos absens à Patria sua, & Romæ commorans, gaudet franchitiâ consueta. Baren. 8. *Nov.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 625. Lavellen. 26. *Novembris d. Anni*, & *lib pag.* 629.

10. Sacerdotes habentes Patrimonium constitutum ad limites taxæ Synodalis non possunt molestari pro collectis. Lauretanâ 30. *Maij* 1679. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1769.

11. Sacerdos forensis ratione Beneficij non gaudet privilegio Civilitatis, seù ut sit Civis. Ugentinâ 23. *Martii* 1683. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 150.

12. Sacerdos pro bonis dotalibus propriæ vxoris demortuæ, quorum est vsufructuarius, gaudet exemptione à gabellis, & oneribus laicalibus. & Episcopus mandet removeri sequestra. Venafranâ 24. *Maii* 1701. *lib* 3. *decr. Vallemani pag.* 354.

SACRAMENTUM

Vide verbo *Immunitas localis* n. 4., *Exploratio*, *Matrimonium*, *Extractus* n. 45.

SACRISTA

SAcrista, & Custos Ecclesiarum ruralium gaudet privilegio fori, adeòque illorum causa spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Melevitanâ 30. *Sept.* 1704. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 618.

SAL

1. ECclesiastici, & eorum Coloni tenentur ad onus ferendi Sal pro rata ab Ordinario loci arbitranda. Nullius Meldulæ 6. *Novembris* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 71.

2. Moniales non tenentur ad reparittionem Salis, quæ fit à Gabellarijs. Viterbien 14. *Maii* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1100.

Vide verbo *Mendicantes* n. 1.

3. Dantur litteræ circulares perquisitionis Episcopis Status Mediolanensis pro Sale fraudulentèr reposito in locis immunibus, & consignationis cui de jure, & Episcopi per viam præcepti, non edicti publici præcipiant Superioribus tàm Regularibus, quàm Secularibus locorum piorum sub pœna suspensionis Ordinis, officij, ac dignitatum, & inhabilitatis ad eas obtinendas, quandò imposterùm committant fraudes circà Sal. Mediolanen. 28. *Iun.* 1681. *lib* 2. *decr. Altoviti pag.* 2145.

4. Conceditur in casu, quò Sal contrabandi extractus fuit à loco immuni per Curiam Laicam, ut reintegratâ Ecclesia per restitutionem, deindè ad formam Bullæ denuo extrahatur, & Archiepiscopus mandet consignari Ministris Laicis. Taurinen. 19. *Augusti* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 180.

5. Cùm Regij Appaltatores Salis recusavissent vendere Sal juxtà concordiam factam cum Ecclesiasticis supèr pretio ipsius Salis, Ecclesiastici aliundè Sal emerant, ex quo D. Nuncius ad instantiam Proregis, & Appaltatorum misit Commissarium suum contrà Ecclesiasticos, tamquam contrà fraudantes; à quo fuerunt illata plura damna Ecclesiasticis, tàm pro viaticis ipsius Commissarij, quàm pro abla-

ablatione Salis aliundè empti; Sac. Congr. injungit Episcopo; ut procedat authoritate Sacrę Congr. ad reintegrationem viaticorum, & damnorum per Ecclesiasticos pastorum. Hyeracen. 14. *Martii* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 409.

6. Sac. Congr. censuit augmentum pretij Salis non esse excessivum factum ad rationem 16 carolenorum pro quolibet tumulo, relevans unum circitèr granum cum dimidio pro qualibet libra. Neapolitana 9. *Octobris* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 132.

SALARIATUS

SAlariatus serviens Ecclesiæ Cathedrali gaudet privilegio fori pro tempore servitij, maximè attento exemplo aliorum, qui habuerunt dictum servitium. Melevitana 27. *Aug.* 1675. *lib.* 1, *dec. Alt. p.* 1140.

Vide verbo *Laboratores*.

SALNITRUM

NOn est ab Episcopo permittendum fabricari Salnitrum in locis immunibus. Foroisempronien. 7. *Maii* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 86.

SALVUS CONDUCTUS

1. DAtur Salvus Conductus à Sac. Congregatione, ad hoc ut Cancellarius Mensæ Episcopalis Parmen. prætensus reus furti scripturarum possit se justificare, ut prætendit. Parmen. 17. *Decembris* 1624. *lib. Scripturarum Veterum p.* 46.

2. Censurato, qui erat bannitus à Statu Ecclesiastico, datur Salvus Conductus, ad hoc ut accedat ad Urbem pro absolutione. Capuanà 22. *Junii* 1660

1660. *lib. decr. Recci pag.* 291.

3. Captus à Curia Seculari intrà tempus Salvi Conductus obtenti ab Eminen. Progubernatore ad effectum se præsentandi in Urbe, etiamsi post Salvum Conductum prætendatur commisisse alia delicta, restituendus est Ecclesiæ, à qua attento Salvo Conductu exivit. Terracinen. 30. *Maii* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 322.

4. Inquisitus in utràque Curia exiens à loco immuni ad effectum se transferendi aliundè cum Salvo Conductu, seù non *Gravetur* Episcopi per tres dies, intrà quod spatium temporis captus fuit à Curia Laica, restituendus est loco immuni arbitrio Episcopi. Verulanâ 22. *Feb.* 1701. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 335.

5. Injungitur Episcopo, ut provideat de Salvo Conductu Confugitum in Ecclesia Fortalitij è carceribus ejusdem, ad hoc, ut securè in aliam Ecclesiam extrà Fortalitium se recipere possit. Terracinen. 25. *Septembris* 1708. *lib. decr. Marefusci*.

6. Injungitur Episcopo, ut provideat de Salvo Conductu ad tempus sibi benevisum Confugitum in Ecclesia Fortalitij, in qua non potest manere sine angustijs, & absque eo, quod causet incommoda, ad hoc, ut securè se transferre possit in aliam Ecclesiam parum distantem ab ipso Confugito electam. Viterbien., seù Civitatis Vetulæ 18. *Julii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 36. Nepesinâ 19. *Maij* 1703. *lib.* 3. *decr. Vallem, pag.* 490.

SATISFACTIO

1. SI cum effectu absolutus à censuris non satisfecit intrà tempus assignatum, reintrudatur in censuras, Mutinen. 2. *Octobris* 1631. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 144.

2. Epis-

2. Episcopus curare debet, ut ad præscriptum Sac. Can. per hæredes excommunicati absoluti in articulo mortis satisfiat Parti offensæ, Tropien. 24. *Maii* 1644. *ibi pag.* 228.

3. Et etiàm ipsos compellat per censuras. Sipontinâ 5. *Aprilis* 1661. *lib. decr. Rocci. pag.* 329.

4. Ministri Civitatis ob injustam exactionem in præjudicium Ecclesiasticorum non absolvantur, nisi prævià Satisfactione Partis. Palentinen. 30. *Maii* 1699. *lib.* 2. *decr. Valleman. p.* 228.

5. Ministri Curiæ Secularis cogentes carceratum in loco immuni antequàm eum liberent ad solutionem debiti civilis, non absolvantur, nisi satisfactâ Parte. Theatinâ 8. *Augusti* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 832.

6. Si Pars non acquiescit infrà spatium duorum mensium exhibitionibus, & Satisfactionibus factis, & faciendis ab excommunicatis, Archiepiscopus pro sua prudentia, & arbitrio, liberè eos absolvat. Regien 22. *Novembris* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2284.

7. Etiàmsi Pars toties requisita renuat præstare consensum censurato impertiatur absolutio, prævio tamèn deposito pecuniæ pro Satisfactione Partis, & obligatione de parendo mandatis Ecclesiæ, Alatrinâ 25. *Martii* 1697. *lib.* 2. *dec. Vall. p.* 82.

8. Constito de impossibilitate obtinendi consensum Partis offensæ ob ejus absentiam datur facultas absolvendi censuratos præstitâ obligatione de parendo mandatis Ecclesiæ. Casertanâ 2. *Feb.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. p.* 73. Policastren 6. *Junii d. Anni*, & *lib. pag.* 99.

Vide verbo *Absolutio*.

SCAMNUM

GVbernator, Magiſtratus, & alij cenſurati ob violentias Eccleſiæ illatas in violenta collocatione Scamni, prævia remotione ejuſdem Scamni, abſolvuntur arbitrio Epiſcopi, etiàm in forma privata, ſi humilitèr petant. Hernien. 1. *Martij* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 174.

SCANDALUM

SAC. Congr. ſæpè injungit, ut quòad confugitos, & extractos reſtituendos provideat nè oriantur Scandala. Mazarien. 31. *Julij* 1691. *lib. decr. Mart. p.* 249. Catacen. 19. *Aug.* 1698. *lib.* 2. *dec. Val. p.* 169., *& al.* Vide verbo *Reſtitutio* n. 6.

SCLAVUS

1. SClavus Infidelis confugitus gaudere debet Immunitate Eccleſiaſtica. Catacen. 18. *Februarii* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 95.

2. Sclavus ex opinione recepta, & à Sac. Congreg. appoſita, gaudere debet quòad delicta privilegio Immunitatis Eccleſ. Lycien. 13. *Iulii* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 83.

3. Sclavus extractus à Capelletta, in qua celebrabatur Miſſa Sclavis, & alijs inſervientibus Triremibus, eſt reſtituendus eidem Capel. ſi reperiatur. Viterbien. 20. *Dec.* 1644. *lib.* 3 *decr. Paul. p.* 241.

4. Sclavus Turcha, & remex, Reus ſodomiæ in perſonam pueri quinque annorum cum fractura, extractus ab Eccleſia, eſt reſtituendus Eccleſiæ: ſed datur facultas Epiſcopo eum extrahendi, & retinendi

di nomine S. Congr., conficiendi Processum, & transmittendi. Meliten. 5. *Julii* 1701. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 360.

5. Sclava extracta à Curia Laica, & consignata suo Domino, nullo modo est molestanda ob fugam, & præcipitur Episcopo servare dispositionem *Cap. inter alia*. Meliten. 10. *Maii* 1698. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 152.

6. Sclavi Infideles Clericorum gaudent privilegio fori. Nicoteren 1. *Sept.* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 208. Cassanen. 18. *Julii* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 412.

7. Vndè Fiscalis Regiæ Audientiæ carcerans Sclavum, seù Mancipium Clerici, excommunicatur. Tranen., seù Baren. 12. *Ian.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 99.

8. Potest concedi, si Sanctissimo placuerit, facultas Episcopo, & Inquisitori Melitensi pro currenti Anno, ut quatenùs Sclavi subjecti Jurisdictioni Eminentissimi Magistri non sufficiant pro armandis Triremibus, possint pro suo arbitrio Episcopus, & Inquisitor respectivè cogere Ecclesiasticos, & Patentatos S. Officij, vel ad venditionem Sclavorum aptorum ad remigandum, vel ad locationem eorumdem justo pretio arbitrio Dominorum. Meliten. 15. *Martii* 1701 *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 340.

9 Sclavo, & famulæ Ecclesiasticorum Episcopus faciat bonificare franchitias à Gabellarijs, etiam sub comminatione censurarum juxtà ordinem datum die 20 Junij proximè præteriti. Vigilien. 7 *Nov.* 1693. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 85., & 26. *Feb* 1695. *ibi p.* 175.

SCRIPTURÆ

1. ECclesiastici non possunt cogi ad faciendam Insinuationem in Cancellaria Laicali Instrumentorum dotalium Monialium. Patrimoniorum, & similium Scripturarum. Nicæren. 28.

28. *Septembris* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1461.

2. Episcopus requisitus à Laicis pro consignatione Scripturarum respondeat se non habere facultatem, sed adeundum esse Sanctissimum pro obtinenda facultate. Neritonen. 17. *Novembris* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul pag.* 54.

3. Omnes Scripturæ pertinentes ad Abbatiam N. existentes in Archivio Archiepiscopali debent communicari Abbati pro tuitione jurium ei competentium. Aceren. 23. *Maii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 490.

4. Datur facultas extrahendi ser. ser. Protocolla, & Instrumenta Notarij demortui à loco immuni, & consignandi ser. ser. in Archivio publico Civitatis, cum prævio Inventario dictarum Scripturarum, ità tamen, ut nullum inferatur damnum, seu præjudicium hæredi pro jure sibi competente super dictis Scripturis. Forosempronien. 13. *Augusti* 1667. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 141. Marsicen. 10. *Decembris* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1685.

5. Ad evitandas fraudes, quibus potest subijci justitia ob falsificationem prætensam Scripturarum, quas apud se retinet Notarius confugitus in loco immuni, datur Episcopo facultas perquirendi dictas Scripturas ad effectum faciendi Inventarium, & consignandi in manu Judicis competentis, ut de ipsis disponat prout de jure. Reatinâ 31. *Decembris* 1677. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 189.

6. Præcipitur Archiepiscopo, ut authoritate sua ordinariâ cogat Secretarium Communitatis ad communicandas Scripturas pro lite cum Communitate pendente in Sac. Congr. ratione aperitionis macelli. Beneventanâ 22. *Ap.* 1673. *ibi pag* 792.

7. Injungitur, mandante Sanctissimo, Episcopo Montis Regalis, & Nuncio, ut faciant abolere omnes Scripturas ab eorum Tribunalibus quomodolibet

libèt emanatas; & omnia acta indè secuta, quoad solutionem oneris Laicalis contrà Ecclesiasticos; transmittant ad Sac. Congr. publicum documentum dictæ abolitionis. Montis Regalis 5. *Maii* 1677. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 1384.

8. Archiepiscopus curet restitui Ecclesiæ Protocolla, seù Scripturas ab ipsa extractas de ejus ordine ad effectum consignandi cui de jure, & hoc ex defectu facultatis. Regien. 4. *Oct.* 1681. *ibi p.* 2266.

9. Nisi Scripturæ ablatæ ab Ecclesia restituantur, non conceditur absolutio. Oritanâ 10. *Septembris* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 5.

SEDITIOSUS

PRimicerio Seditioso petenti restitui ad suam residentiam, adhùc tamèn excitanti tumultus in populo, Sac. Congr. respondit negativè; imò injungit fieri præceptum de non discedendo ab Urbe sub pœna scutorum mille, & interìm Ordinarius provideat de OEconomo. Quò verò ad restitutionem ducatorum 300. depositatorum, & Fisco adjudicatorum ob accessum ad locum vetitum, Sac. Cong. respondit: Lectum. Neapolitanâ, seù Salernitanâ 6. *Decembris* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 233.

SEMINARIUM

Vide verbo *Franchitiæ* n. 52. 54.

SENATUS

Vide verbo *Edicta Laicalia* n. 4. 19.

SENTENTIA

1. SEntentia mortis prolata à Consilio, seù Magistratu Laicali, necnòn acta desupèr facta cum alijs indè secutis contrà personam Abbatis

N. in dignitate Ecclesiastica constitutam ob prætensum homicidium, nulla, invalida, & attentata definitur, non obstantibus privilegijs eidem Consilio concessis, quià in actibus ejusdem sententiæ non fuit servata forma, & modus præscriptus procedendi; nec asserta privilegia, etiàm observatâ forma, & modo præscripto comprehendere valuerunt dictum Abbatem, utì personam in dignitate Ecclesiastica constitutam, & speciali nota dignam. Venetâ 25. *Iulii* 1659. *lib. decr. Rocci p.* 195.

2. Sententiam capitalem latam à Tribunali Laico contrà Clericum Beneficiatum ob prætensum homicidium, Vicarius Generalis declaret esse nullam. Januen 10. *Novemb.* 1674. *lib.* 1. *decr. Albviti pag.* 1022.

3. Requiritur Sententia Judicis Ecclesiastici supèr incorrigibilitate Clerici, antequàm possit consignari Curiæ Laicali. Hyeracen. 26. *Augusti* 1636. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 12.

4. Archiepiscopus etiàm per censuras curet remotionem impedimenti illati Sententiæ obtentæ per Archidiaconum à Nuncio Viennen. super manutentione Archidiaconatus. Pragen. 17. *Junij* 1679. *lib.* 2. *dec. Altov. p.* 1779.

5. Decreto Sac. Congr. annullatur Sententia Archiepiscopi Cæsaraugustani, simùl cum omnibus alijs actis, atque iniungitur eidem, ut revocet dictam Sententiam, & tueatur Capitulum, & Clerum quòad exemptionem ab impositionibus, & oneribus laicalibus. Cæsaraugustanâ 17. *Novembris* 1654. *lib.* 5. *decr. Paulucci p.* 56.

6. Sententia Vicarij declarans Clericum, qui vixit extrà Diœcesim, nec in habitu, & tonsurâ incessit, nec inservivit Ecclesiæ, imò exercuit officium farmacopolæ, debere gaudere, non sustinetur. Sabinen. 11. *Martii* 1681. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2168.

7. Ut

7. Ut plenè satisfiat Immunitati, & Jurisdic. Eccles. abolenda est etiam totalitèr Sententia contrà Clericum per Curiam Laicam lata. Quod si reddatur impossibilis huiusmodi abolitio, Episcopus poterit d. Clericum carcerare, & successivè procedere ad excarcerationem, prævia renunciatione per eumdem gratiæ ei factæ à Judicibus Laicis. Catacen. 15. *Jan.* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 136.

8. Aliquandò Sac. Congr. iniungit Episcopo, ut ante Sententiæ executionem certioret. Meliten. 5. *Maii* 1699 *lib.* 2. *decr. Vall. p.* 218. *Itèm* 7. *Julij p.* 230. Maceraten. 28 *Julii* 1702. *lib.* 3. *decr. Vall. pag.* 502.

9. Aliquandò illi scribitur, ut procedat ad executionem suæ Sententiæ, quatenùs velit. Anagninâ 24. *Sep.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 614.

10. Alia quòad Sententiam vide verbo *Incorrigibilis* n. 1., *Immunitas Localis*, *Appellatio* n. 13., *A.C.* n. 9. *& alibi.*

SEPULTURA.

1. Circà Sepulturam excommunicatorum, sed absolutorum in articulo mortis, servanda est dispositio *Cap. final. de sepult.* Mediolanen. 15. *Febr.* 1633. *lib.* 2. *dec. Paulucci p.* 150.

2. Suppositâ absolutione, vel quod excommunicatus dederit in mortis articulo signa pœnitentiæ, & præstitâ per hæredes cautione de reficiendis damnis, quatenùs refecta non fuerint, conceditur facultas tradendi Sepulturæ Ecclesiasticæ. Militen. 23. *Sept.* 1659. *lib. decr. Rocci p.* 211. Theanen. 6. *Dec.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 234.

3. Ordinarius mandet cadaver olim excommunicati, & in articulo mortis absoluti ab eius simplici Confessario, sepeliri in loco sacro. Sipontinâ 5. *Apr.* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 329.

4. Ca-

4. Cadaver excommunicati, qui non tantùm dedit signa pœnitentiæ, sed etiam decessit munitus Sacramentis, Episcopus tradat Ecclesiasticæ Sepulturæ ad formam *Cap. à nob. de sent. Excom.* Nicoteranen. 13. *Nov.* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 288.

5. Quandò quis non fuit declaratus excommunicatus, vel non fuit notorius, non potest impediri Sepultura. Catacen. 12. *Novembris* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 30.

6. Cadaver correi homicidij in personam Sacerdotis, mortui in excommunicatione, non est tradendus Ecclesiasticæ Sepulturæ. Feretranã 31. *Julii* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 974.

7. Nisi Curia Secul. amoveat impedimentum appositum Sepulturæ, ne Clerici cadaver sepeliatur, cùm hoc sit contrà Christianam pietatem, & contrà Jurisdictionem Ecclesiasticam, Episcopus procedat proùt de jure. Soranã 12 *Maii* 1674. *ibi p.* 939.

8. Quòad excommunicatum defunctum Sacra Congr. iniungit Episcopo, ut præcisè informet supèr denegatione sepulturæ Ecclesiasticæ. Meliten. 12. *Januarij* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 98.

Et scribitur D. Nuncio pro secreta informatione. *Ibidem.*

Vide verbo *Cadaver.*

SEQUESTRUM

1. REmedium apponendi Sequestrum rebus asportatis in locis immunibus, quo usus fuit D. Nuncius, improbatur à Sac. Congr. Taurinen. 28. *Nov.* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 208.

2. Judex Laicus non potuit relaxare Sequestrum contrà bona Ecclesiastici, & ideò Episcopus potuit procedere contrà eum ad declarationem excommunica-

nicationis, Casalen. 25. *Apr.* 1634. *ibi p.* 188.

3. Solus Judex concedens, non autem Partes obtinentes Sequestrum contra fructus Bonorum Ecclesiastic., incidit in censuras in Bulla Cœnæ Domini. Vercellen. 25 *Nov.* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 18.

4. Non possunt per Regios sequestrari, vel detineri fiscales redditus debiti Ecclesijs, & Ecclesiasticis. Sulmonen. 9. *Junij* 1637. *ibi p.* 35.

5. Nuncius curet removeri Sequestrum appositum à Regijs Ministris super bonis Mensæ Episcopalis, aliàs Civitas subijciatur Interdicto. Militen. 19. *Nov.* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti p.* 1172.

6. Judex Laicus, qui prævenit in sequestrando frumentum Laici debitoris respectu Ecclesiastici, licèt deneget restitutionem ipsius frumenti posteà sequestrati à Curia Episcopali, & depositati penès ipsummet Judicem Laicum, non incurrit excommunicationem. Pisauren. 4. *Ap.* 1702. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 414.

7. Episcopus mandet sequestrari res furatas pro indemnitate viduæ in quolibet loco immuni reperiantur. Viterbien. 15. *Mart.* 1692. *lib. decr. Grim. p.* 101.

SERVUS

1. Servientes Episcopo, & Ecclesijs non tenentur solvere gabellam panis non ingabellati. Bovinen. 30. *Septembris* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 14.

2. Servi, & Familiares Episcoporum sunt exempti ab oneribus personalibus. Bovinen. 10. *Novemb.* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul p.* 62.

3. Mulio Conventus S. Mariæ Angelorum non gaudet privilegio fori pro delicto commisso antequàm esset familiaris Conventus. Assisien. 15. *Nov.* 1672. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 751.

4. Serviens Præpositi N. à Curia Secul. captus in

domo

dono ejusdem, consignandus est Episcopo, ut illum teneat nomine Sac. Congr. Nullius Atini 19. & 20. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 178.

5 Gubernator, ejusque Minister excommunicantur ob executionem factam contrà servientem Curiæ Episcop. S. Marci 11. *Junii* 1695. *d. lib. p.* 194.

6 Itèm contrà servientem Ecclesiæ Parochialis. In eadem 2. *Julii d. Anni, & lib. pag.* 198.

SERVA

SErvæ Infideles extractæ ab Ecclesia debent post susceptum Baptismum restitui Domino ad formam *Cap. intèr alia de Immun. Eccles.* Anconitanâ 16. *Dec.* 1687. *lib. decr. Mart. p.* 204.

SICARIUS

1. EX voto Sac. Congr. Sanctissimus permittit, quod Sicarij extracti remittantur Curiæ seculari, ità tamen, ut non condemnentur ultrà pœnam Triremium ad decennium. Mediolanen. 6. *Octobris* 1665. *lib. litterarum Bani pag.* 49.

2 Cursor Curiæ Episcop. prætensus Vicarius, vide verbo *Cursor* n. 2.

SOCIUS CRIMINIS

Vide verbo *Impunitas* n. 2.

SODOMITA

1. INquisitus de vitio nefando, & propterea extractus ab Ecclesia, gaudet Immunitate Ecclesiastica. Mediolanen. 20. *Martii* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 392.

2. Negatur facultas extrahendi Clericum ab Ecclesia

clesia reum nefandi criminis ad effectum procedendi contrà ipsum. Asculanà 21. *Martii* 1673. *lib.* 1. *decr. Altoz iti pag.* 782.

3. Reus criminis nefandi, & bestialitatis, dolosè extractus per Regularem à loco immuni dicendo ei: veni, & noli timere, & posteà dans signum Birruariis, qui ipsum carcerarunt, gaudet Immunitate. Nullius Orbetelli 25. *Januarij* 1689. *lib. decr. Martelli p.* 412.

4. Canonicus ludimagister inquisitus, quod plurimos pueros sodomiticè cognoverit, extractus ab Ecclesia gaudet, & est restituendus; sed annuente Sanctissimo conceditur nova extractio ad formam Bullæ, & sanatio processus confecti pendente nullitate extractionis, & Episcopus prosequatur ser. ser. processum, eoquè completo transmittat. Cariaten. 28. *Septembris* 1694. *lib.* 1. *dec. Vall. p.* 148. qui posteà punitur annuente Sanctissimo penâ extraordinaria, quæ non excedat exilium à Civitate, & Provincia pro tempore ad arbitrium Sac. Congr. Cariaten. 29. *Maii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 26.

5. Clericus ludimagister, qui post stupratum puerum, eumque lethalitèr vulneratum, confugerat ad Ecclesiam, extractus absque licentia Apostolica à Provicario Generali, restituendus est Ecclesię. Anglonen. 2. *Junii* 1699 *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 223.

6 Attamèn Sac. Congr decrevit agendùm cum Sactissimo pro nova extractione ad formam Bullæ, & sanatione actorum quatenùs opus sit, & Episcopus legitimato processu assignet defensiones, & transmittat. *Ibidèm.*

7. Iterùm Sac. Congr. declarat, illum gaudere Immunitate, sed consulendum Sanctissimum pro pœna extraordinaria ad Triremes per quinquennium. In eadem 2. *Martij* 1700. *d. lib. pag.* 274.

8. Ali-

8. Aliquandò Sac. Congr. decernit obtinendam esse à Sanctissimo licentiam extrahendi Clericum inquisitum de Sodomia, & scribendum Archiepiscopo, vel ejus Vicario, ut conficiat processum supèr dicto crimine, ac procedat prout de jure. Messanen. 9. *Novembris* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 22.

STATUTUM

1. Statutum à Laicis emanatum non ligat Ecclesiasticos. Tarraconen. 18. *Febr.* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 97.

2. Statutum à Sede Apostolica confirmatum circà solemnitates adhibendas in contractibus, & ultimis voluntatibus mulierum, locum habet etiam in contractibus, & ultimis voluntatibus Puellarum existentium in Monasterijs pro educatione. Urbevetanâ 6 *Octobris* 1643. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 112.

3. Episcopus procedat pro correctione Statuti Communitatis in ea parte, quâ abolentur pœnæ inferentibus damnum in bonis Ecclesiasticorum. Vigilien. 7. *Iunii* 1689. *lib. decr. Martelli pag.* 478.

STULTUS

1. Datur Vicario Capitulari facultas extrahendi Stultum ab Ecclesia, & retinendi in carceribus Ecclesiasticis, vel consignandi conjunctis ejusdem, ac alijs, quibus competit de ipso curam habere ad effectum vitandi incommoda occurrentia in servitio ejusdem Ecclesiæ. Pisauren. 30. *Maij* 1667. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 124.

2. Mulierem mente captam confugitam in Ecclesia Episcopus extrahat, & consignet ejus marito, & fratri ad effectum decentèr custodiendi. Lauden.

9.

9. *Augusti* 1681. *lib.* 2. *decr. Altov. pag.* 2237.

STUPRUM

1. EXtractus inquisitus de Stupro, & de insultu ad domum Baroncelli, gaudere debet Immunitate Ecclesiastica. Fanen. 21. *Januarij* 1659. *lib. decr. Rocci pag.* 148

2. Servus Monasterij Monialium, qui ingressus Monasterium stupravit Monialem professam in propria cellula, qui etiàm extractus fuit à d. Monasterio ab Episcopo ad formam Bullæ, licèt casus non sit de exceptis, attamèn annuente Sanctissimo damnatur ad Triremes perpetuas. Massarien. 14. *Maij* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1980.

3. Causa Stupri spectat ad Curiam Laicam, quandò prævenit. Civitatis Castelli 13. *Decembris* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag* 179.

4. Et vice versà spectat ad Curiam Ecclesiasticam, quandò in hac data priùs fuit querela. Tudertinâ 2. *Sept.* 1684. *lib.* 3. *decr. Alt. p.* 365.

5. Causa asserti Stupri in persona viduæ, quæ institerat in Curia Laica, deindè in Ecclesiastica, declaratur spectare ad Curiam Secularem. Narnien. 2. *Dec* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 189.

6. Contrà Clericum extractum jussu Episcopi ob violatam clausuram Monialium, & ob Stuprum commissum in eodem Monasterio, S Congr. permittit Episcopo, ut illum retineat in carceribus ad correctionem. Hyeracen. 19. *Dec.* 1690. *lib. dec. Mart. p.* 699.

7. Jussu Sanctissimi causa qualificati Stupri commissi à Birruario Episcopi, qui nocturno tempore sub nomine Curiæ violentèr aperuit portam virginis, & violenter ipsam stupravit, avocatur à Curia Episcopali, & committitur Eminentissimo Legato cum facul-

facultatibus necessarijs. Cervien. 22. *Junij* 1695 *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 196.

SUBCOLLECTOR

SAc. Congr. declarat Archipresbyterum habentem curam animarum non potuisse deputari in Subcollectorem, ac propterea deputationem fuisse invalidam, & ideò non gaudere exemptione Subcollectoris. Trongolonen. 4. *Junii* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 146.

SUBSIDIUM

1. COnstito de legitima consuetudine ad favorem Cleri non solvendi Subsidium triennale juxtà decretum editum sub Clem. VIII. 1600., Episcopus non potest cogere Clerum ad illius solutionem, prasertìm positâ compensatione. Narnien. 3. *Octobris* 1654. *lib.* 2. *decr Paul. pag.* 204.

2. Ecclesiastici non tenentur ad solutionem subsidij triennalis, præsuppositâ quasi possessione præscriptâ non solvendi, probandâ coram loci Ordinario. Spoletanâ 3 *Nov.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 14.

3. Ecclesiastici tenentur ad solutionem Subsidij triennalis juxtà formam Constitutionis Pauli III. præscriptam, quatenùs ipsi Ecclesiastici non præscripserint libertatem non solvendi juxtà decretum Clem. VIII. Spoletanâ 29. *Maii* 1646. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 282.

4. Subsidium triennale solvi debet ab Ecclesiasticis, cùm ipsi sint in Bulla expresse nominati. Spoletanâ 13. *Aug.* 1629. *lib.* 2. *decr. Paul p.* 2.

5. Ecclesiastici tenentur ad augmentum collectarum occasione Subsidij triennalis, quatenùs in impo-

impositione dicti augmenti sint in specie nominati. Tolentinâ 9. *Octobris* 1629. *ibi pag.* 11.

6. Ecclesiastici non tenentur ad solutionem impositionis pro Subsidio triennali nisi pro rata, quæ solvenda est Cameræ Apostolicæ. Fulginaten. 3. *Oct.* 1637. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 45.

SUSPENSIO

1. REmedium, seù temperamentum suspendendi Immunitatem Ecclesiasticam localem à Sac. Congr. non approbatur, nec est permittendum, sed provideatur abusibus per Litteras ejectionis. Tropien. 17. *Jan.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 109.

2. Aliquandò tamèn annuente Sanctissimo permittitur suspensio articuli Immunitatis supèr nullitate extractionis, & Archiepiscopus conficiat processum supèr delictum. Mediolanen. 14. *Junii* 1661. *lib. decr. Rocci pag.* 341.

3. Injungitur, ut suspendatur Immunitas ad annum, quatenùs competat, à Monasterio Monialium construendo, præfixo termino competenti ibidèm confugitis malè viventibus discedendi. Hydruntinâ 14. *Decembris* 1677. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1498.

4. Non est attendenda in causa violatæ Immunitatis ab Episcopo suspensio causæ factæ per Metropolitanum. Bituntinâ 14. *Dec.* 1678. *ibi p.* 1686.

5. Datur facultas annuente Sanctissimo suspendendi privilegia Clericorum ejusdem loci, exceptis tantùm Clericis in Sacris, & eos cogendi, ut interveniant in Consilijs d. loci ob penuriam Consiliariorum pro bono publico, & attentâ multiplicitate Privilegiatorum. Macerateu. 4. *Dec.* 1680. *ibi p.* 2105.

6. Alia vide verbo *Censurarum Suspensio* per totum.

SYNDICUS

1. BUlla fel. mem. Clem. VII. circà privilegium fori, & exemptionis Syndicorum, & Procuratorum Ordinis FF. Min. Obser. S. Francisci est observanda. Maceraten. 8. *Mart.* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 221. Perusinà 17. *Nov.* 1642. *ibi p.* 190. Fanen. 4. *Aug.* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 48.

2. Syndici Conventuum Ordinis FF. Min. Obser. ex Bulla supracitata gaudent privilegio fori tàm in causis civilibus, quàm in criminalibus, & mixtis, etiàm motis ante eorum deputationem, seù institutionem ad officium Syndicatus. Romanà 23. *Maii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 251.

3. Syndicus legitimus, & unicus Fratrum Minorum Strictioris Observantię ex laudata Bulla gaudere debet privilegio fori tàm in causis civilibus, quàm in criminalibus, & mixtis, nec à quoquam potest molestari, nisi coràm legitimo Conservatore. Terracinen. 7. *Septembris* 1666. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 32.

4. Non potest compelli ad exercenda munia publica Communitatis. Sabin. 10. *Maii* 1667 *ibi p.* 124.

5. Nec ad solvendas collectas pro oneribus communitativis supèr propria ipsius bona, dummodò sit unicus Syndicus Conventus. Feretranà 19. *Maii* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 488. Martiranà 29. *Martij* 1704. *d. lib. pag.* 566.

6. Syndicus Conventus FF. S. Francisci Min. Obser. est subjectus Jurisdictioni Episcoporum, non existente legitimo Conservatore Religionis. Assisien. 21. *Aprilis* 1643. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 198.

7. Syndicus Conventus S. Francisci de Alvernià habitans in Civitate Æsina non gaudet privilegio Syndicorum vigore Bullæ Clem. VII. Æsinâ

24. *Maii* 1701. *lib.* 3 *decr. Vallemani pag.* 353.

8. Episcopus potest procedere contrà Syndicum FF. Min. Observ. S. Francisci ob contraventionem diei festo, Forosempronien. 25. *Januarij* 1650. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 97.

9. Sac. Congr. declarat benè processum fuisse per Curiam Episcopalem contrà Syndicum hujusmodi, attento consensu ejusdem Syndici in Jurisdictionem, Auximanâ 10. *Septembris* 1647 *ibi p.* 26.

10. Episcopus insinuet Syndico FF. Minorum Obser., ut vel abstineat à Syndicatu, vel ab Officijs publicis. Asculanâ 4. *Apr.* 1656. *lib.* 5. *decr. Paul. p.* 9.

11. Imò Syndicus FF. Minorum Obser., & simùl Appaltator ovorum in loco Montis Falchi, quòad pertinentia ad appaltum non gaudet privilegio fori. Spoletanâ 21. *Nov.* 1702. *lib.* 6 *lit. Vallem. p* 200.

12. Syndici FF. Min. Obser. S. Francisci tenentur parere mandatis Ædilium, quòad merces, & earum emptionem, & venditionem, sivè etiàm translationem ad loca Nundinarum. Ariminen. 15. *Decemb.* 1671. *lib* 1. *decr. Altovit. pag.* 671.

13. Pro Syndicis FF. Capucinorum dantur decreta emanata pro exemptione Syndicorum FF. Min. Romanâ 15. *Decemb.* 1671. *ibi p.* 633.

14. Syndicus fabricæ Conventus FF. Capucinorum gaudet privilegio fori ad tenorem Constit. F. M. Clem. VII. Recinaten. 17. *Mart.* 1674. *ibi p.* 911.

15. Syndicus Monialium S. Claræ allegare potest privilegium fori coràm Conservatore, eoque gaudere, Urbanien. 8. *Apr.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 174., & 4. *Sep.* 1668. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 263.

16. Syndici Monialium S. Claræ gaudent privilegio fori, prout gaudent Syndici FF. Minorum Observ. S. Francisci. Recinaten. 15. *Februarii* 1656. *lib.* 5. *decr. Paulucci pag.* 89.

17. Et sunt exempti à rapræsalijs. Spoletanâ 14. *Ian.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 133.

18. Syndicus Monialium S. Claræ gaudet exemptione quòad onera personalia tantùm. Ariminen. 15. *Martij* 1672. *lib.* 1. *decr. Altovitii pag.* 662., & Forosempronien. *dictis die*, *Anni*, & *lib. pag.* 664. Feretranâ 27. *Februarii* 1674. *ibi pag.* 93.

19. Syndicus Monialium S. Claræ, licèt teneatur ad collectas Communitatis, impositas pro solutione salarij inservientium Communitati, cùm non sint onera personalia, attamèn, quià fuit in bona fide, & actus executionis factus à Judice Laico non potest ipsum constituere in mala fide, non tenetur ad solutionem dictarum collectarum, nisi post decretum Sac. Congr., quo declaratum fuit d. Syndicum gaudere privilegio fori, & exemptione ab oneribus personalibus tantùm. Feretranâ 31. *Iulij* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 974.

20. Syndicus Monialium S. Claræ quòad privilegium personale non gaudet nisi in loco, vbì exercet officium. Feretranâ 31. *Augusti* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1445.

21. Syndici Terræ S. Petri gaudent privilegio quòad forum, & personam. Catacen. 14. *Septembris* 1626. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 15.

TABACCUM

1. SAc. Congr. vltrà facultates in decreto sub 21. Dec. 1676. ex speciali commissione Sanctissimi concessas Reverendissimo Nuncio Apost., & Ordinarijs locorum in Regnis Lusitaniæ, & Algarbiorum, sequentes de eiusdem Sanctissimi permissione addendas esse censuit, firmâ in reliquis remanente dispositione ejusdem decreti, videlicèt.

Quod

Quod Reverendissimus D. Nuncius, retentâ sibi potestate procedendi, & inquirendi contrà Regulares, & exemptos in Civitate, & Diœcesi Vlixiponen. pro alijs locis cognitionem causarum contrà cujusvis Ordinis Congregationis, & Instituti de necessitate etiàm exprimendi Regulares mercimonij causâ Tabaccum contrahentes, seù contundentes, vel etiàm ad effectum præfatum retinentes proprijs Episcopis in Civitatibus, & locis intrà fines cujuslibet illorum Diœcesis, & quòad loca, quæ nullius, vel extrà Diœcesim existunt, alijs Episcopis viciniorihus committere possit, & valeat; communicando eidem nomine Sedis Apostolicæ facultatem inquirendi, & procedendi contrà dictos Regulares, & exemptos privativè quòad omnes etiàm ipsorum Prælatos, & Regulares; insupèr tàm idem Nuncius, Sanctissimo paritèr annuente, in Diœcesi, & Civitate Vlixiponen. quàm d. Episcopi, & Ordinarij locorum, sivè procedentes contrà Ecclesiasticas Personas ex propria facultate, sivè delegata contrà Regulares, aliosque exemptos possint paritèr, & valeant in casibus præfatis perquirere totiès, quotiès opus fuerit in locis immunibus, ac intrà claustra, & domos Regularium, seù Monasteria, quamvìs exempta. Lusitanâ 21. *Iunii* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt*, *p.* 1599.

2. Ad instantiam Proregis Neapolis editum fuit simile decretum quòad Tabaccum cum iisdem facultatibus Nuncio, Episcopis Regni Neapolitani, ac in suprapofito pro Regnis Lusitaniæ. Neapolitanâ 29. *Iunii* 1678. *lib.* 2. *decr. Altov. p.* 1603.

3. Ad instantiam Appaltatorum Tabacci R. Cameræ Apostolicæ conceditur eadem facultas Episcopis Status Ecclesiastici perquirendi in quocunque loco, & procedendi, & inquirendi contrà quoscunque quomodolibèt exemptos eodem modo, &

forma, ac in Neapolitana suprascripta circà Tabaccum. Romanâ 17. *Martij* 1682. *lib.* 3. *dec. Alt. p.* 23.

4. Edicta, & Banna publicata à D. Nuncio, & controversia ab Eminentissimo Archiepiscopo supèr Tabacco, sustinentur. Neapolitanâ 13. *Nov.* 1668. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 286.

5. Tabaccum extractum ab Executoribus Curiæ Episcopalis sinè interventu Personæ Ecclesiasticæ à loco immuni debet restitui loco immuni. Tudertinâ 30. *Aug.* 1679 *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1826.

TABERNA, TABERNARIUS

1. EPiscopus potest prohibere aperiri Tabernas pro ludis alearum, & taxillorum. S. Severi 8. *Iulii* 1687. *lib. decr. Martelli p.* 131. *&* 16. *Nov.* 1688. *ibi pag.* 380.

2. Magistratus non potest prohibere Tabernarijs appendere res venales in columnis porticus de jure Ecclesiæ. Vide vèrbo *Edicta Laica* n. 41.

TALEA

Talea imposita ad effectum reperiendi obnoxios furti, vide verbo *Mons Pietatis* n. 3.

TAXA

Taxa facta à Laicis non afficit Ecclesiasticos. Vide verbo *Moneta* n. 14., *Frumentum* n. 1. 2. & seq.

TERMINUS

1. COnceditur Terminus duorum annorum Deputatis Laicis, qui exegerunt violentèr, & nullitèr summam scutorum 12800. ab Ecclesiasticis occasione contributionum causâ belli pro restitutione facienda Ecclesiasticis, & d. Deputati absolvuntur privatìm. Mantuana *lib.* 3. *Litterarum Vallem.*

Vallem. pag. 61. *die* 18. *Apr* 1696.

2. Episcopus præfigat Terminum competentem Ministris Reipublicæ, ut utantur gratiâ obtenta à Sanctissimo, modo, & formâ concessa pro condemnatione extractorum, & executioni demandent, aliàs dicto Termino elapso Rei restituantur Ecclesiæ. Marianen. 6. *Maii* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 4.

3. Elapso Termino præfixo ad deducendum contrà carceratos extractos, & nihil deducto, Episcopus ipsos restituat. Verulanâ 6. *Junii* 1671. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 557.

4. Elapso Termino præfixo mandet Episcopus haberi processum pro legitimato. Narnien. 20. *Iulii* 1660. *lib. decr. Rocci p.* 275.

5. Terminus assignandus est censuratis ad dicendum causam &c. Vide verbo *Censuræ nullæ* n. 7. & seq.

6. Aliquandò assignatur ipsis brevis Terminus. Mantuanâ, & Casalen. 29. *Maii* 1694. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 127. Vilnen. 16. *Nov. d. Anni*, & *lib. pag.* 158.

7. Sustinentur censuræ latæ sub assignato Termino trium horarum contrà Locumtenentem Gubernatoris S. Severini, ejusque Cancellarium, & alios ob carcerationem Advocati pauperum Curiæ Episcopalis. S. Severini 2. *Oct.* 1703. *lib.* 3. *dec. Val. p.* 524.

8. Quin etiam aliquandò sustinentur, quamvìs ferantur sine assignatione Termini. Vide verbo *Censuræ* n. 1. 2.

9. Confugitis an, & quibus soleat præfigi Terminus ad discedendum à locis immunibus? Vide verbo *Confugiti* n. 40. & seq; *Decoctor* n. 2. 4., *Abutens* n. 6.

TERTIARIJ

1. Tertiarij, & Tertiariæ gaudent exemptione à gabellis, quatenùs concurrant requi-

sita &c. Tudertinâ 4. *Aug.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 60. Militen. 9. *Aug.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 600.

Requisita videri possunt verbo *Oblatus*, & verbo *Tertiariæ* n. 2. ubì datur decretum generale Sacræ Congr. Episcoporum, & Regularium præpositæ quòad ista requisita.

2. Tertiarius, qui collegialitèr non vivit, gaudere non potest privilegio fori, nec exemptione ab oneribus juxtà Constitutionem Leonis X. Tricaricen. 7. *Sept.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 73. Tudertinâ 20. *Decembris* 1667. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 185.

3. Tertiarij non viventes collegialitèr, sed in proprijs domibus, non gaudent exemptione à muneribus publicis laicis. Eugubinâ 26. *Julii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 165. Forolivien. 22. *Nov. d. A.*, *& lib. p.* 176. Policastren. 19. *Junii* 1635. *ibi pag.* 228. nisi concurrat legitima consuetudo ad eorum favorem. Policastren. 25. *Decembris* 1636. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 20.

4. Tertiarius non gaudet privilegio fori, & exemptionum, si sua vitâ durante reservat sibi usumfructum bonorum oblatorum. Venusinâ 4. *Junii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 46.

5. Tertiarij S. Augustini, & S. Francisci dummodò habeant requisita Bullæ Leonis X. gaudent privilegio fori. Reatinâ 30. *Apr.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 187. Soanen. 9. *Maii d. A.*, *& lib. p.* 188.

6. Et ubì asseratur contraria consuetudo, nihil innovetur, tàm per Curiam Ecclesiasticam, quàm Laicam, donèc cognitum sit de tali consuetudine. Soanen.. *Ibidèm.*

7. Mantellati Tertij Ordinis S. Augustini cum non vivunt in communione, sed quisque in propria domo, non gaudent exemptionibus. Civitatis Castelli 9. *Sept.* 1670. *lib.* 1. *decr. Altov. pag.* 473.

8. Episcopus cogat proùt juris Tertiarium ad suscipien-

ſcipiendam tutelam pupillorum coniunctorum. Tudertinâ 31. *Martij* 1648. *lib.* 4 *decr. Paul. p.* 48.

9. Quòad executionem factam à Miniſtris Laicis contrà prætenſum Tertiarium S. Franciſci Epiſcopus informet, & interìm ſuſpendat cenſuras, ſi fortè ad eas proceſſerit, uſque ad novum ordinem Sac. Congr. *Ibidèm.*

Vide verbo *Franchitia* n. 49., & verbo *Oblatus.*

TERTIARIÆ

1. TErtiariæ gaudent privilegio fori, & exemptionis. Firmanâ 2. & 9 *Martij* 1627. *lib.* 1. *dec. Paul. pag.* 39. Salernitanâ 29. *Maij* 1629. *ibi pag* 139. & 19. *Octobris* 1630. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 64.

2. Tertiaria gaudet exemptione; quatenùs habeat requiſita Conſtit. Leonis X., & Decreti Sac. Congr. Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ hic infrapoſiti. Hydruntinâ 15. *Febr.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 150. Oſtunen. 10. *Maij eodem A.*, & *lib. p.* 157. Belcaſtren. 6 *Oct.* 1643. *lib* 3. *decr. Paulucci p.* 210. Hydruntinâ 9. *Aug.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 600.

Sequitur Decretum sac. Congr. Epiſc., & Regul. quòad Tertiarias.

„ SAc. Congregatio Cardinalium, Epiſcoporum, „ & Regularium præpoſita ad tollendas omnes „ contentiones inter Epiſcopos, & Superiores Re„ gularium ſuper Immunitate, & exemptione Ter„ tiariarum, quæ in privatis domibus degunt, vul„ gò *Bizoche*, ſeù quovis alio nomine nuncupata„ rum, in primis, & ante omnia in memoriam „ revocat ea, quæ Sac. Congr. Cardinalium Con-

cilij

„ cilij Tridentini Interpretum sæpiùs in eamdem
„ sententiam respondit, videlicèt.
„ Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tri-
„ dentini Interpretum sępiùs respondit, minimè
„ posse Sacerdotes Regulares Mulierum Tertij Or-
„ dinis, quas de pœnitentia, vulgò *Bizochas* vocant,
„ Confessiones Sacramentales audire, nisi fuerint
„ ab Ordinario approbati ad Confessiones Persona-
„ rum Secularium audiendas.
„ Quemadmodùm nec posse illis Sacrosanctum
„ Eucharistiæ Sacramentum administrare in die
„ Pascatis Resurrectionis Sanctissimi Domini No-
„ stri Jesu Christi.
„ Quò verò ad sepulturam, atque alia privilegia
„ Fratres Tertiarios, Corregiatos, Mantellatos,
„ aliosque similes, ità demùm Ordinis, cujus Ter-
„ tiæ Regulę habitum assumpserunt, privilegijs po-
„ tiri, & ab Ordinarij Jurisdictione exemptos esse,
„ si viri collegialitèr vivant, seù cum Claustrali-
„ bus habitent, & Mulieres virginalem, seù cę-
„ libem, aut castam vidualem expresso Voto, &
„ sub dicto habitu vitam traduxerint, quemad-
„ modùm cavetur Constitutione Concilij Latera-
„ nen. sub Leone X quæ habetur *sess.* 11. *in fine.* Hoc
„ autèm Voto Mulierum alia duo, scilicèt paupertatis,
„ tatis, & obedientiæ nequaquàm includi; quinim-
„ mò hujusmodi Mulieres, si vitam virginalem,
„ aut cælibem simplicitèr, expresséque voverint,
„ etiàm in Consanguineorum, aut Affinium suo-
„ rum, aut proprijs domibus, vel seorsim habitan-
„ tes supradictis privilegijs Ordinis, cujus Tertiæ
„ Regulę habitum deferunt, exemptioneque ab
„ Ordinarij Jurisdictione frui debere, ut idem Leo
„ declaravit Constitutione edita *die* 1. *Martij* 1518.
„ An autèm prędictæ qualitates in hujusmodi Ter-

tiarijs

„ tiarijs concurrant? Ordinarijs Loci esse judicium.
„ Prętereà si contingat aliquas ex supradictis „ Tertiarijs sine Sepulturæ electione decedere, ità „ demùm in Ecclesijs Ordinis, cujus habitum as„ sumpserunt, si in ipsis earum communis Sepul„ tura reperiatur; sin minùs in Ecclesijs Parochia„ libus sepeliendas esse decernit.
„ Superioribus autèm Regularibus sufficienti fa„ cultate ad id à Sede Apostolica suffultis licere Mu„ lieres ad hujusmodi habitum recipere, atque ad „ ipsos eàs vestiendi officium pertinere; non autèm „ ad habitum admittendas, & recipiendas esse, nisi „ probatæ vitę, ac bonis moribus prędìtas, atque „ in ætate 40. annorum saltèm constitutas, quę de „ proprio habeant, undè sufficientèr vivere possint, „ & non cum alijs viris, quàm Consanguineis in „ primo tantùm gradu sibi coniunctis cohabitent, „ & ab Ordinario loci licentia priùs impetrata, qui „ non alitèr eam concedat, nisi de prędictis pręvio „ examine diligenti sibi constiterit.
„ Verùm in hujusmodi habitu concedendo, & „ respectivè deferendo, omninò à velo super caput, „ quod superjectum vocant, à Pectorali, quod vul„ gò *Sottogola*, & à Patientia abstinendum esse, quin„ immò eas, quę supradicta tria, vel aliquod ipso„ rum deferre deprehensę fuerint, illa dimittere, „ etiam per censuras Ecclesiasticas, ab Ordinarijs „ locorum compellendas esse decernit.
„ Supradictis verò Decretis Mulieres tertij Or„ dinis, quę collegialitèr vivunt, non comprehen„ di, quinnimmò eas dispositioni Constitutionis Pij „ Papę V. editę Romæ anno 1566. 4. kal. Julij, quę „ incipit -- *Circà Pastoralis* -- penitùs subiacere expres„ sè declarat, non obstantibus quibuscunque in con„ trarium facientibus. Dat. &c. Romæ 20. Decemb.

anni

„ anni 1616. Antonius Cardinalis Saulius Episco-
„ pus Teatinus Secretarius.

Quòad requisita, vide etiam verbo *Oblatus* n. 1.

3. Tertiaria gaudere debet privilegio fori, supposito, quod habitum sumpserit, & virginalem, cælibem, aut castam vidualem vitam egerit, etiamsi in proprijs, vel consanguineorum, aut affinium domibus habitet, & habitum, & votum emiserit post motam litem. Interamnen. 10. *Novemb.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 77.

4. Tertiarię si habent requisita necessaria Constit. Leonis X. non sunt molestandę pro solutione oneris, ut dicitur *delle Bocche*. Firmanâ 21. *Febr.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 204.

5. Itèm sunt immunes à Gabellis, etiàm quòad animalia, quarè iniungitur Episcopo, ut publicet Cedulones contrà Datiarios ob executata earumdem animalia. Tarentinâ 27. *Mart.* 1703. *lib.* 3. *decret. Vallemani pag.* 481.

6. Verùm tenentur ad onera, in quibus sunt comprehensi, & tenentur alij Ecclesiastici; in reliquis gaudent exemptione. Firmanâ 11. *Feb.* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 41.

7. Tertiaria, nisi imposterùm utatur lineo velo, & cinericio habitu, non gaudet privilegio fori. Interamnen. 19. *Jan.* 1666. *lib. decr. Borromei p.* 135.

8. Tertiaria gaudet privilegio fori, etiamsi emiserit Professionem anno vigesimo octavo ætatis suæ contrà Decretum Sac. Congr. Episcop. & Regul. quo cavetur, ut Tertiariæ non admittantur ad Professionem nisi anno quadragesimo ætatis. Spoletanâ 12. *Sep.* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 365.

9. Bizocha, quæ recepit quidèm habitum S. Francisci, sed non emisit explicitè votum castitatis, licèt crederet teneri ad eius observantiam, & hoc ei

dictum

dictum fuerit à Religioso tradente ei habitum, carcerata ob infanticidium, non gaudet privilegio fori. Verùm Sacra Congr. supplicat Sanctissimum pro aliquali commiseratione, nempè quod Sanctissimus mandare dignetur, quod non deveniatur ad pœnam ultimi supplicij. Asculanâ 8. *Augusti* 1702. *lib.* 3. *decr. Vallem. pag.* 434.

10. Tertiariæ defendendæ sunt ab Episcopo contrà molestias Curiæ Secularis. Hyeracen. 19. *Febr. d. Anni*, *& lib. p.* 172.

TESTIS

1. Clericus absque licentia Episcopi non potest testimonium ferre, etiàm in causa civili coràm Judice Laico, sed pro licentia nihil est solvendum. Aquilanâ 5. *Maij* 1637. *lib.* 3. *dec. Paul. p.* 30.

2. Nota Testium examinatorum in causis Libertatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ nullatenùs est publicanda per Ministros Archiepiscopi. Baren. 19. *Dec.* 1634. *lib.* 2. *decret. Paulucci pag.* 211.

3. Contrà impedientes Testes examinari in causis Ecclesiasticis procedendum ad censuras. Hernien. 26. *Maij* 1632. *ibi pag.* 127.

Vide verbo *Gubernatores excommunicati* n. 30.

4. Reus repetere potest Testes proprijs expensis Reatina 4. *Junij* 1663. *lib. decr. Rocci pag.* 489.

5. Repetitio Testium, quatenùs Reus non habeat Testes pro ritè, & rectè examinatis, facienda est expensis Fisci. Sorana 28. *Nov.* 1673. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 869.

6. Quandò carceratus ratione suæ paupertatis nequit subire expensis pro habendis Testimonijs in sui defensam in Curia Ecclesiastica, Nuncius subdeleget Judicem in Partibus ad examinandos Testes defensivos, assignato termino, & Procuratore.

Acer-

Acernen. 18. *Decembris* 1678 *ibi pag.* 1039.

7. Nuncius non admittat Teſtes ad probandam negativam coarctatam in defenſam Regularis rei plurium enormitatum, niſi ſe conſtituant in carceribus juxtà conſuetudinem loci ad obviandas eorum falſitates. Capuana 18. *Jul.* 1698. *lib. decr. Mart. p.* 636.

8. Quandò adſunt ſolùm duo Teſtes, qui probant homicidium commiſſum ab extracto tamquàm proditorium, injungitur Epiſcopo, ut conficiat proceſſum, an Teſtes patiantur aliquam exemptionem? citato Fiſco Laicali. Campanien. 18. *Martij* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 103.

9. Aliquandò permittitur Epiſcopo examinare Teſtes degentes etiàm in aliena Diœceſi. Faventina 6. *Novembris* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 155.

10. Teſtes quandò repeti debeant cum interrogatorijs prætenſi extracti, v. verbo *Immunitas localis*, verbo *Regularis*, *Præventio* n. 9., *Proceſſus Curiæ Eccleſiaſticæ* n. 22.

THESAURUS, THESAURARIUS

1. PRetenſus inventor Theſauri de Ordine Sanctiſſimi extrahitur ab Eccleſia, & quamvìs ſit Clericus conſignatur Gubernatori, cui datur facultas procedendi contrà ipſum, necnòn examinandi Eccleſiaſticos Seculares, & Regulares in iſto caſu. Narnien. 7. *Apr,* 1674. *lib.* 1. *decr. Alt. pag.* 921.

Vide verbo *Perquiſitio* n. 6.

2. Theſaurario Montis Pietatis, qui ſibi appropriavit ſcuta 1200. ipſius Montis, & poſteà confugit doloſè in loco immuni, de ordine Sanctiſſimi ei intimatur, ut ſolvat, aliàs providebitur. Tudertina 1. *Junij* 1678. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1587.

TIBICINES

Tibicines Communitatis præstito eis debito emolumento possunt cogi ab Episcopo, etiàm per censuras, ad præstandam eorum assistentiam pro subhastandis pignoribus in Depositaria Ecclesiastica. Fulginaten. 8. *Ap.* 1687. *lib. decr. Mar. p.* 78.

TORTURA

1. Iudex Ecclesiasticus delegatus ad procedendum usque ad sententiam exclusivè in causa Regularis prætensi rei criminis læsæ Majestatis, potest eum ponere ad Torturam. Neapolitana 31. *Aug.* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1449.

2. Locumtenens Gubernatoris, qui prætextu, seù ex mala intelligentia facultatis extrahendi, & retinendi Clericum, posuit eum ad Torturam, incidit in excommunicationem. Maceraten. 31. *Julij* 1677 *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1422.

3. Curia Episcopalis in fabricatione processus contrà extractum gravitèr indicatum de delicto excepto in Bulla, debet se abstinere à Tortura tamquàm pluriès vetita à Sac. Cong. Lycien. 10. *Decembris* 1665. *lib. decr. Fani pag.* 22. , & Papien. *eadem pag.*

4. Monetur Vicarius de Tortura indebitè datâ uni ex extractis ob prætensum homicidium proditorium, eò quià negabat proprium nomen. Beneventana 8. *Julij* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 150.

5. Datur Nuncio facultas torquendi Sacerdotem extractum ob abusum Immunitatis, ad effectum ratificandi propriam confessionem in Tortura coràm correis circà fugam è carceribus. Neapolitana 14. *Aprilis* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 18.

Vide

Vide verbo *Nuncius quoad Regulares* n. 4.

6. Conceditur mandante Sanctissimo facultas Eminentissimo Legato torquendi Clericos extractos ad effectum tantùm purgandi maculam in caput Reorum, tàm præsentium, quàm contumacium. Vrbinaten. 30. *Januarij* 1697. *ibi pag.* 73.

7. Gubernatori habenti facultatem procedendi contrà Clericum, datur etiàm facultas ipsum torquendi ad habendam responsionem tantùm, cùm ad interrogationes aliud non responderet nisi *Chiesa*. Feretranâ 26. *Aprilis* 1684. *lib. decr. Mart. pag.* 457.

V. verbo *Facultas torquendi*, *Processus Curiæ Eccles.* n. 30., *Homicida* n. 7.

TRANSACTIO

1. Transactio, seù concordia intèr utrumque Clerum, & Ducem, ac Consiliarios Reipublicæ S. Marini pro collectis certis contribuendis ab Ecclesiasticis Reipublicæ in perpetuum pro bonis acquisitis ab Ecclesiasticis, & locis pijs, non tamèn primæ erectionis, nec pro Patrimonijs ad Ordines recipiendos assignatis, confirmatur, dummodò exactio d. collectarum ab Ecclesiasticis fiat per Deputatos Ecclesiasticos. Feretranâ 22. *Septembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 76.

2. Confirmatur annuente Sanctissimo concordia supèr gabella carnis Civitatis Oscen. facta intèr Clerum, & Civitatem, modò accedat consensus Cleri Regularis, qui in concordia non interfuit. In hac concordia Ecclesiastici se obligabant ad emendas carnes in macellis Civitatis cum certis limitationibus, & reservationibus, & Civitas se obligabat ad solutionem certæ summæ quolibet anno augendæ, vel minuendæ juxtà augumentum, vel diminutio-

minutionem Ecclesiasticorum in Civitate secundùm fidem Episcopi. Olcen. 22. *Ap.*1692. *lib. decr. Grim. p.* 122.

3. Regularibus repugnantibus supralcriptæ concordiæ Civitatis Olcen. Episcopus præfigat terminum ad deducendum eorum difficultates in Sacr. Congr. Olcen. 2. *Iunii* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 50.

4. Tandèm concordia præfata approbatur juxtà declarationem faciendam à D. Secretario, quæ præcipuè tendebat ad explicanda aliqua loca dictæ Transactionis pro manutentione Jurisdictionis Ecclesiasticæ, & exequi permittitur, etiàm dissentientibus aliquibus ex Regularibus. Olcen. 25. *Maii* 1694 *lib* 1. *decr. Vallemani pag.* 124.

5. Non obstante Transactione, & alijs contractibus factis per Superiorem, & Regulares cum Communitate pro solvendis oneribus laicis pro bonis acquisitis, Archiepiscopus tueatur Libertatem Ecclesiasticam. Taurinen. 14. *Januarij* 1698. *lib.* 4. *decr. Vallemani pag.* 133.

6. Transactio facta ab Ecclesiastico de solvendis collectis Regijs est cassanda. Reatina 8. *Aug.* 1702. *lib.* 3 *decr. Vallemani pag.* 435.

7. Quòad Transactionem inter Communitatem, & Monasterium Sanctimonialium Sac. Congr. decernit servandam esse primam Transactionem anni 1671. approbatam à Clem. X., quæ eximit Monasteria à collectis super bonis acquisitis usque ad illum annum. Nullius S. Angeli in Vado 14. *Ianuarij* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 133.

Vide verbo *Concordia*.

TRIBUNAL

1. **TRibunal Ecclesiasticum non comprehenditur in constitutione Egidiana. Mace-**

 raten.

raten. 6. *Maij* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 153.

2. Sac. Congr. respondit Episcopo: non esse locum *Clementinæ unicæ de for. compet*, sed ipsum posse in alio loco suæ Diœcesis, quamvis existat in Dominio alterius Principis erigere Tribunal. Savonen. 26. *Januarij* 1644. *lib. 3. decr. Paul. pag.* 247.

3. Tribunalibus Ecclesiasticis non licet componere pro pœna in præjudicium Communitatis, seu Appaltatorum, Perusina 18. *Decembris* 1668. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 299.

Vide verbo *Causarum cognitio* n. 5.

VALISIA

NUllitèr extracta authoritate Episcopi à domo, ex qua per januam apertam intermediam patebat aditus ad domum Parochialem, ad quam confugitus dictam Valisiam attulerat, restituenda est loco immuni, & omnia acta provenientia ex scripturis in ea repertis habeantur tamquam cassa. Comen. 25. *Febr.* 1698. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 138.

VECTIGAL

Vide verbo *Gabellarius* n. 11., *Facultas extrahendi bona* n. 4.

VENDITIO, VENDITOR

1. VEnditores bonorum Monialibus non permittat Episcopus molestari pro eorum oneribus à Laicis. Feretrana 14. *Februarij* 1634. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 184.

2. Venditor domus pro constructione Ecclesiæ PP. Oratorij S. Philippi Nerij, qui ad d. Venditionem coactus fuit vigore legis *si quis sepulchrum &c.* non tenetur ad solutionem gabellæ contractuum,

Macera-

Maceraten. 24. *Sept.* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag* 113.

3. Laicus vendens vinum Sacerdoti non tenetur d, vinum denunciare Gabellarijs, & ideò non est molestandus. Camerinen. 13. *Augusti* 1647. *lib.* 4. *decr. Paulucci pag.* 23.

4. Vendere triticum, & vinum in suis prædijs collectum licet Ecclesiasticis. V. verbo *Ecclesiastici* n. 13. 14., verbo *Vinum*.

5. Itèm vendere franchitias Laicis. Vide verbo *Edicta laicalia*, verbo *Franchitiæ*.

6. An, & quomodo Episcopus possit cogere Ecclesiasticos ad vendendum frumentum? Vide verbo *Frumentum* n. 4. & seq.

VENENUM

1. Sacerdos mandans propinari Venenum proprio Fratri carnali, ex quo moritur, sed cùm non resultent à processu qualitates delicti excepti, gaudet Immunitate. Sorana 2. *Aprilis* 1675. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 1081.

2. Pharmacopolam Reum plurium delictorum confugitum in loco immuni, vbi fabricat potentissima Venena in aliorum damnum, Eminentissimus Legatus cum facultate Sac. Congr. extrahat, retineat, & conficiat processum super delictis. Urbinaten. 7. *Augusti* 1677. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1437.

3. In causa Venenationis Monialium datur facultas Vicario Gen. de ordine Sanctissimi extrahendi delinquentes, & faciendi recognitionem corporis delicti, & alias diligentias in locis immunibus, necnòn extrahendi alias personas ad effectum illas examinandi, & consignandi cum omnibus alijs extractis, & cæteris actis Commissario Apostolico in hac causa deputato cum præservatione ab Irregu-

regularitate. Perusina 10. *Junii* 1677. *ibi pag.* 1398.

4. Annuente Sanctissimo in causa homicidiorum ex propinato Veneno, datur Gubernatori facultas faciendi sibi consignari à Sacerdote residuum saccari venenati, & omne aliud, quod ad causam conferat, cum præservatione d. Sacerdotis ab Irregularitate; & paritèr, annuente Sanctissimo, in hac causa eidem Gubernatori datur facultas examinandi, etiàm per alium, modo sit Clericus, Personas Ecclesiasticas cum solita præservatione ab Irregularitate, necnòn procedendi contrà ipsas, quatenùs inveniantur delinquentes cum avocatione hujus causæ à quocumque Tribunali Ecclesiastico. Æsinà 22. *Aprilis* 1692. *lib. decr. Grimaldi pag.* 118.

V. verbo *Regularis delinquens* n. 8., *Vxoricidium* n. 4.

VESPILLO.

Vide verbo *Patentati*.

VIA

1. **Ecclesiastici de jure non tenentur ad refectionem Viarum. Regien. 7. *Septembris* 1638. *lib. 3. decr. Paul. pag.* 72. Ferrarien. 19. *Maij* 1648. *lib. 4. decr. Paul. pag.* 51.**

2. Attento speciali ordine, & facultate Sanctissimi Personæ Ecclesiasticæ tenentur juxtà edictum Eminentissimi Legati Vias reficere ante domos, Conventus, & Monasteria, & Ecclesias proprias. Ferrarien. 23. *Julij* 1643. *lib. 4. decr. Paul, p.* 19.

Vide verbo *Reaptatio Viarum*.

VICARIUS APOSTOLICUS

1. Vicarius Apostolicus non potest absolvere à censuris Sedi Apostolicæ reservatis sub quo-

quocumque prætextu, & causa. Cosentina 10. *Maii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 156.

2. Non habet authoritatem extrahendi confugitos, nec res à loco immuni, & homicidam à se extractum tenetur restituere Ecclesiæ. Nolana 2. *Apr.* 1695. *lib.* 1. *dec. Vallem. pag.* 180.

3. Vicario Apostolico prohibetur cencedere terminum, & recursum in causis violatæ Immunitatis. Lycien. 26. *Junii* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 143.

4. Acritèr monetur Vicarius Apostolicus Reatinus ob commissionem causę violatę Immunitatis, & Libertatis datam Archipresbytero N. commoranti in Regno sub motivo, quod in Regno nequeant exequi decreta emanata à Judicibus in Statu Ecclesiastico existentibus absque *Exequatur* Regio. Reatinâ 8. *Aug.* 1702. *lib.* 3. *decr. Vall p.* 435.

5. Reprehenditur, quià permisit Curiæ Laicali extrahere cadaver ab Ecclesia pro recognitione corporis delicti. Soranâ 13. *Jan.* 1699. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 197.

6. Itèm quià requisitus renuit procedere contrà violatores Immunitatis Ecclesiasticæ. S. Agathæ Gothorum 10. *Februarii d. Anni, & lib. pag.* 203.

7. Eidem præcipitur, ut incumbat carcerationi complicis homicidij facti in Ecclesia. In eadem 5. *Maij d. Anni, & lib. p.* 219.

8. Eidem datur facultas extrahendi, & assecurandi res ad Mensam Episcopalem pertinentes, existentes in locis immunibus. Hyeracen. 19. *Februarii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 172.

9. Itèm datur facultas perquirendi, & extrahendi ex Palatio Episcopi res spectantes ad Episcopum, exceptis sacris suppellectilibus. Nolanâ *eadem die, Ibid.*

10. Cum facultate Apostolica potest consignare Curiæ Laicali res, & acta corporis delicti. Vide verbo *Latrocinium.*

VICARIUS CAPITULARIS

1. SEde vacante tueri debet Jura Ecclesiæ pro exemptione fructuum spectantiū ad Mensam Episcopalem. Liparinâ 8. *Junii* 1626. *lib.* 1. *decr. Paulucci pag.* 2.

Vide verbo *OEconomus* n. 3.

2. Potest, & debet procedere pro defensione Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ. Regien. 8. *Apr.* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 173. Mediolanen. 27. *Apr.* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 124.

3. Non habet tamen facultatem, quam habent Episcopiis in casibus Bullæ Greg. XIV. super Immunitate; ideòque cognitio spectat ad Episcopum viciniorem. Vercellen. 9. *Novembris* 1650. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 125.

4. Vicarius Capitularis non habet facultatem, quæ competit Episcopo quòad casus Bullæ Gregor. Unde jubetur restituere Ecclesiæ Reum homicidij prætensi exceptuati à se extractum, & datur ei facultas denuò extrahendi ad formam Bullæ, & injungitur, ut denuò conficiat processum, ac transmittat. Calaritanâ 30. *Sep.* 1698. *lib.* 2. *dec. Vall. p.* 178.

5. Nec potest cognoscere super extractione, & violatione Immunitatis Ecclesiasticæ, sed hoc spectat ad Episcopum viciniorem. Regien. 19. *Novemb.* 1641. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 161.

6. Et in prædictis delinquens jubetur accedere ad Urbem. S. Severini 29. *Ap.* 1704. *lib.* 3. *dec. Val. p.* 577.

7. Etiam jubetur restituere Reum prætensi homicidij exceptuati, quem extraxerat vigore litterarum ejectionis. Firmanâ 10. *Maii* 1693. *lib.* 1. *decr. Val. p.* 45.

Vide verbo *Regularis delinquens*.

8. Vicario Capitulari non licet dare licentiam visi-

visitandi loca immunia. Bobien. 2. *Martii* 1700. *lib. 2. decr. Vallem. pag.* 275.

9. Quare Vicarius Capitularis monetur, quia dederit Curiæ Laicæ licentiam exhumandi cadaver è loco immuni pro facienda recognitione. Spoletanâ 11. *Maij* 1683. *lib. 3. decr. Altov. p.* 176.

10. Cùm Vicarius Capitularis, & Provicarius ordinaverint extractionem prætensi Rei assassinij, qui posteà per d. Vicarium Capitularem prævia declaratione, quòd non deberet frui Immunitate Ecclesiastica traditus fuerat Curiæ Seculari, à qua damnatur in pœnam ultimi supplicij; Sac. Congr. censuit tàm Vicarium, quàm Provicarium, & alios cooperatores esse incursos in censuras, & concedit facultatem Episcopo absolvendi omnes coram Capitulo in forma consueta, factâ Ecclesiæ læsæ competenti eleemosynâ arbitrio Episcopi, & inhabilitatis ab officio Vicariatus, & Provicariatus arbitrio S. Cong.; necnon monitis de Irregularitate incursa. Mantuanâ 18. *Martij* 1687. *lib. decr. Marr. p.* 62.

11. Vicarius Capitularis, qui dùm Curia Laica perquisivit, & extraxit confugitos ab Ecclesiâ, non solùm non est executus suas partes huiusmodi violationes impediendo, sed etiam animum dedit violatoribus, vocatur ad Urbem, & agitur cum Secretario Sac. Congr. Episcoporum pro provisione alterius Vicarij. Acerren. 31. *Julij* 1674. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 974.

12. Vicarius Capitularis extrahere faciens ab Ecclesia Cursorem Curiæ Archiepiscopalis mandet restitui, & acritèr moneatur, reficiat carcerato damna passa, & consulat conscientiæ suæ. Salernitanâ 22. *Jan.* 1692. *lib. decr. Grim. pag.* 80.

13. Idem Vicarius absolvens censuratum talem à se declaratum ob violatam Immunitatem, reintegret

tegret censuras, & consulat conscientiæ suæ. Squilacen. 9. *Maii* 1676. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 1243.

14. Iniungitur Vicario Capitulari, ut declaret absolutionem à se datam esse nullam, & agitur cum Secretario Sac. Congr. Episc. ut deputet alium Vicarium. Aquilanâ 14. *Nov.* 1664. *lib. decr. Rocci p.* 434.

15. Cum facultate tamèn Sac. Congr. potest absolvere à Censuris ob violatam Immunitatem. Vercellen. 30. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 206.

16. Non debet impedire confugium. Terracinen. 18. *Nov.* 1664. *lib. decr. Rocci pag.* 599.

17. Aliquandò jubetur restituere pecuniam sibi erogatam pro excarceratione Sacerdotis. Vide verbo *Pecunia*.

18. Aliquandò ei iniungitur, ut mandet nullitèr extractum restitui, & deindè extrahat ad formam Bullæ, conficiat processum, & transmittat. Tropien. 27. *Jan.* 1665. *lib. decr. Rocci p.* 117.

19. Vicarius Capitularis Acherontiæ contrà ordines Sanctissimi, & Sac. Congr. obediens litteris Regijs de accedendo Neapolim, declaratur suspensus à Divinis, privatur Vicariatu, & inhabilitatur ad hujusmodi officia, & ei præcipitur nè discedat ab Urbe; & decretum præfatum notificatur tàm Nuncio, quàm Capitulo per litteras, quæ ad futuram rei memoriam retineantur in actis Nunciaturæ, & Curiæ Ecclesiasticæ Acherontinæ, & si non justificaverit allatam legitimam excusationem inhabilitandus est etiam ad Beneficia. Acherontinâ 5. & 13. *Julij* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 160.

VICARIUS FORANEUS

1. NON permittat Episcopus Vicarium Foraneum retinere nonnisi unum Notarium

rium. Spoletanâ 16. *Apr.* 1652. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 181.

2. Vicarij Foranei non habent facultatem extrahendi confugitos. Spoletanâ 19. *Maij* 1629. *lib.* 1. *decr. Paulucci pag.* 139.

3. Quarè quoad extractionem Sacerdotis, & Clerici, factam à Vicario Foraneo, Sac. Congr. iniungit Episcopo reintegrari Ecclesiam, & d. Vicarius consulat conscientiæ suæ. Theanen. 19. *Febr.* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallem. p.* 558.

4. Vicarius Foraneus ob datam licentiam extrahendi ab Ecclesia pro facienda recognitione corporis delicti contrahit excommunicationem. Urbevetanâ 31. *Aug.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 213.

5. Idem contrahit Irregularitatem, & pro dispensatione remittitur ad. Sac. Cong. Concilij. *Ibidem.* Vide verbo *Protestatio* n. 1.

6. Aliquando tamen conceditur eidem facultas extrahendi à locis immunibus ad sex menses, & pro arbitrio Episcopi, ità tamen, ut extracti ducantur ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ. Camerinen. 19. *Nov.* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 64.

VICARIUS GENERALIS

1. Non potest absolvere etiam cum reincidentia occasione infirmitatis, seù similis causæ à censuris incursis ob violatam Immunitatem, Libertatem, & Jurisdictionem Ecclesiasticam, & acritèr reprehenditur ob absolutionem datam Ministris Audientiæ Regiæ censuratis simili de causa. S. Marci 13. *Dec.* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 180. Squillacen. 20. *Novemb.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 135.

2. Attamen eidem datur aliquando facultas absolvendi violatores præfatos. Aprutinâ 25. *Maii* 1694. *lib.* 1. *decret. Vallemani pag.* 123.

Vide

Vide verbo *Regularis delinquens* n. 36.

3. Et etiam aliquandò datur facultas eidem subdelegandi pro conferenda absolutione. Viterbien. 9. *Junii d. A. & lib. p.* 128.

4. Emolumenta Vicariatus debentur Vicario pro tempore suæ absentiæ ex causa defensionis Immunitatis Ecclesiasticæ, demptâ parte debitâ substituto pro rata laboris taxanda ab Episcopo. Majoricen. 27. *Sep.* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 361.

5. Vicarius Generalis, si non adest justa causa, & demeritum, non est removendus per Archiepiscopum ab officio. Brundusinâ 7. *Junii* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 158.

6. Quandò verò Vicarius Generalis est scandalosus, iniungitur Episcopo, ut ipsum removeat. Acernen. 1. *Octob.* 1669. *lib.* 1. *decr. Alt. p.* 406.

7. In locum Vicarij suspecti in causa detentorum pro prætenso homicidio Episcopus deputet aliam personam idoneam non suspectam. Aversana 8. *Oct.* 1657. *lib. decr. Rocci p.* 37.

8. Procedere debet auctoritate sua ordinariâ ser. ser. contrà violatores Immunitatis. Aversanâ 4. *Sep.* 1658. *d. lib. p.* 53.

9. Vicarius Collegij Græci potest procedere pro defensione Immunitatis, & Jurisdictionis Ecclesiasticæ, licèt non possit se ingerere in concernentibus extractionem, vel absolutionem. Militen. 23. *Mart.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paulucci p.* 57.

10. Vicarius datâ præventione Curię Ecclesiasticæ procedere potest ser. ser. contrà Judicem Laicum, si in d. causa procedat ad descriptionem bonorum. Dertonen. 10. *Sep.* 1652. *lib.* 4. *dec. Paul. p.* 197.

11. Eidem iniungitur, ut procedat contra Executores Curiæ Laicalis, qui tentarunt violentèr extrahere ab Ecclesia confugitos, eosque percusserunt.

Surrinà 20. *Aug.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 210.

12. Iniungitur Vicario, ut se abstineat à permissione examinandi testes in loco immuni in causis criminalibus. Lauden. 26. *Maii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paulucci pag.* 127.

13. Vicarius tamen Generalis cum facultate Sanctissimi examinat mulierem existentem in Conservatorio. Faventinà 6. *Dec.* 1692. *lib.* 1. *dec. Val. p.* 9.

14. Vicario Generali iniungitur, ut attenta absentia Episcopi redeat quàm primùm ad suam residentiam. Bitecten. 27. *Feb.* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 476.

15. Vicarius benè agit non parendo Litteris ad audiendum verbum Regium. Catacen. 21. *Septembris* 1633. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 171.

16. Idem respondeat Litteris Regijs se procedere auctoritate sua ordinarià ad defensionem Immunitatis Ecclesiasticæ sibi à Sac. Congr. demandatam. Bovinen. 26. *Februarij* 1658. *lib. decr. Rocci p.* 63.

17. Idem ob inobedientiam, & transgressionem mandatorum Sanctissimi de non discedendo ab Urbe Neapolis, & de non relinquendo exercitio sui Vicariatus ex quacunque caussa, etiàm positis quibuscumque minis, & præceptis Ministrorum Laicorum in contrarium, de ordine Sanctissimi à Nuncio auctoritate suà ordinarià condemnatur in pœnam suspensionis ab exercitio Ordinum, & inhabilitatis ad Dignitates, Beneficia, & Officia Ecclesiastica cujusvis generis, quocumque loco, à quibuscumque, & quomodocumque impostèrum obtinenda sub pœna excommunicationis Summo Pontifici reservatæ, & quousque Sanctitati suæ placuerit. Neapolitanà 25. *Maii*, & 19. *ac* 30. *Junij* 1660. *lib. decr. Rocci pag.* 257. & 259.

18. Iniungitur Vicario Generali ordinanti, & scandalosè assistenti extractioni Canonicorum à lo-

co immuni, ut accedat ad Urbem, & se justificet, quatenùs verò non se justificet, inhabilitatur ad officia. Motulen. 2. *Sept.* 1681. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 2250.

19. Vicarius nullius Orbetelli nequit extrahere confugitum ab Ecclesia, cùm non possint hoc præstare Ordinarij Episcopis inferiores. Nullius Orbetelli 1669. *lib.* 1. *decr. Altoviti p.* 315.

20. Vicarius Generalis ob extractionem à se ordinatam furium à loco immuni incidit in censuras, & prævià abolitione actorum suæ curiæ conceditur, ut absolvatur privatìm. Recinaten. seù Lauretanâ 29. *Maii* 1696. *lib.* 2. *decr. Vallemani pag.* 25.

21. Vicarius Generalis ordinans carcerationem Parochi in loco immuni suspenditur ab officio arbitrio Sac. Congr. Albanen. 12. *Septembris* 1684. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 363.

22. Verùm si habeat facultatem à Sanctissimo extrahendi ab Ecclesia potest ad simplicicem correctionem extrahere Militem delinquentem, & in carceribus retinere pro aliquo modico tempore. Nullius Orbetelli 21. *Junii* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 230.

23. Aliquando etiàm de mandato Sanctissimi datur Vicario Gen. facultas extrahendi ad annum. Neapolitanâ 19. *Maij* 1703. *lib.* 3. *decr. Vall. p.* 490.

24. Vicarius Gen. Canonicus ob datam Gubernatori Regni Corsicæ facultatem extrahendi confugitos à quacumque Ecclesia, & etiam carcerandi quoscumque incestuosos, etiàm Ecclesiasticos, eosque nomine Ecclesiæ custodiendi, & cogendi ad solutionem condemnationū ipsis factarum ab ipso Vicario, acritèr punitur de mãdato S. Cong. ut sequitur.

I. Prævià suspensione à Divinis, & à perceptione fructuum Canonicatus. Sagonen. 24. *Februarij* 1690. *lib. decr. Martelli pag.* 567.

II. Deindè in honorem festivitatis Nativitatis

D.

D. Nostri Sac. Congr. permisit Episcopo illum reintegrare ad exercitium Ordinum per duos Menses, & informet an fructus ejus Canonicatus fuerint sequestrati? Item si, & quæ damna passi fuerint extracti vigore d. facultatis ab eo concessæ? In eadem 19. *Decembris d. Anni*, *& lib. pag.* 701.

III. Et cùm posteà idem supplicasset reintegrari. Sac. Congr. respondit: satisfactà Parte de damnis coràm Episcopo liquidandis, eumdem reintegret ad Ordines, cum inhabilitate exercendi munus Vicarij in quacumque Diœcesi. In eadem 11. *Decembris* 1691. *lib. decr. Grimaldi pag.* 58.

IV. Tandèm habito novo recursu pro gratia, allegata præsertim ejus decrepità ætate, Sacra Congr. pronunciavit: facto deposito arbitrio, & præstità cautione in Urbe de reficiendis damnis liquidandis coràm D. Ponente, reintegretur ad Ordines, & fructus Præbendæ, firmà remanente inhabilitate ad officium Vicariatus. In eadem 23. *Decembris* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 14.

25. Contrà Vicarium Generalem, qui habuit recursum ad Proregem pro delegatione Judicis Laici contrà Clericos, à quo carcerati fuere, Episcopus Neocastren. tamquàm delegatus, & uti vicinior procedat ad vlteriora, & transmittat. Nullius S. Eufemiæ 2. *Junii* 1693. *ibi pag.* 50.

26. Vicarius Generalis Episcopi vxoratus mandans carcerationem Ecclesiastici consulat conscientiæ suæ; & carceratio non sustinetur. Civitatis Castelli 19. *Novembris* 1680. *lib* 2. *decr. Altovitі pag.* 289.

27. Vicarius Generalis satisfactà Parte absolvat juxtà suas ordinarias facultates committentes homicidium in loco immuni authoritate privata. Cariaten. 1. *Octobris* 1669. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 406.

28. Eidem datur facultas perquirendi, & extrahendi

hendi ab Ecclesia, & à domo Plebani, & à quocumque alio loco immuni [exceptis Monasterijs Sanctimonialium] libros, ac mobilia ibi transfugata in aliorum præjudicium, ac res furto sublatas. Faventina 6. *Decembris* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 9. Camerinen. 17. *Dec. d. Anni, & lib. pag.* 11.

29. Injungitur eidem, ut abstineat à cognitione causæ contrà Filium Cancellarij Episcopalis Ariminen. 6. *Junii* 1662. *lib. decr. Rocci pag.* 403.

Quoad Eminentissimum Vicarium Urbis, vide verbo *Cardinalis n.* 4.

VICARIUS S. OFFICIJ

1. VIcarius S. Officij permittens Officialibus Secularibus, ut propria authoritate perquisitionem faciant, incurrit excommunicationem, & datur Archiepiscopo facultas delegandi quemcumque confessarium approbatum pro ipsius absolutione. Januen. 29. *Julij* 1673. *lib.* 1. *dec. Alt. p.* 824.

2. Vicarius S. Officij Ordinis Prædicatorum ob extractionem factam à loco immuni in personam Sacerdotis ob prætensam celebrationem duarum Missarum, censetur incurrisse, & datur facultas ipsum absolvendi. Auximana 19. *Novembris* 1689. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2088.

VICESGERENS

1. VIcesgerenti Urbis prævio juramento de reficiendis damnis (quandò ità declaretur à Sac. Congr.) Sanctissimus tribuit facultatem absolvendi N. inquisitum in Curia Episcopali, qui idcircò accessit personalitèr ad Urbem, & humilitèr supplicavit pro absolutione. Melevitana 7. *Novembris*

bris 1693. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 84.

2. Sæpè attento accessu ad Urbem datur facultas absolvendi violatores Immunitatis, Libertatis, & Jurisdictionis Eccl. cum reincidentia, prævia tamèn obligatione de parendo mandatis Ecclesiæ.

Vide verbo *Accessus ad Urbem* n. 21.

Verbo *Regularis delinquens*.

VIDUA.

SAc. Congr. injungit Ordinario, ut Viduæ indemnitati provideat. Nullius Farfen. 1. *Sept.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallemani pag.* 143.

V. verbo *Causarum Cognitio quòad Laicos* n. 10. verbo *Stuprum* n. 5.

VINITOR

VInitor Episcopi, si habeat requisita Coloni partiarij, gaudet ijsdem privilegijs, ac Colonus partiarius. Larinen. 8. *Martii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 249.

VINUM

1. GAbella Vini, vulgò *della foglietta*, non est solvenda à vendentibus Vinum in Civitate Lauretana, nisi venditores sint caupones, vel ut dicitur *diano da mangiare*. Nec huic resolutioni obstat Constitutio Clem. VIII. supèr extinctione recentiorum victualium. Lauretana 18. *Iulij* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 145.

2. Clerici, & Ecclesiastici vendentes Vinum recollectum in proprijs bonis minutatìm in suis domibus, non tenentur ad gabellam vulgò dictam *della foglict-*

foglietta, & cognitio fraudum, quæ desupèr fieri possunt, spectat ad Judicem Ecclesiasticum Ravennaten. Spoletanâ, & alijs 25. *Sept.* 1627. *lib.* 1. *decr. Paul. v.* 67. Nolanâ 26. *Jan.* 1644. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 218. Theatinâ 15. *Martii* 1661. *lib. decr. Rocci p.* 323. Faventina 25. *Jan.* 1677. *lib* 2. *decr. Altov. pag.* 1338.

3. Sac. Congr. inhærendo Decretis aliàs factis censuit personas Ecclesiasticas tàm Seculares, quàm Regulares vendentes Vinum minutatìm in proprijs locis, & domibus, recollectum in eorum bonis, non teneri ad solutionem gabellæ, etiàm vigore Constit. Sixti V. dummodò ibidèm non dent, ut vulgò dicitur *da mangiare, e non faccino Bettole*, à quibus debent abstinere ratione honestatis Clericalis; cognitionem autèm fraudum, quæ desupèr committi possunt, spectare ad Judicem Ecclesiasticum. Asculanâ 23. *Januarij* 1646. *lib.* 3. *decr. Paulucci pag.* 268.

4. Ecclesiastici non tenentur ad solutionem gabellæ dictæ *della foglietta* pro Vino vendito in proprijs domibus minutatìm, & recollecto in eorum bonis, cùm Communitas nunquàm appaltaverit d. gabellam juxtà præscriptum Bullæ Sixti V. sed solùm juxtà quædam Capitula Communitatis. Auximanâ 2. *Aprilis* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 1954.

5. Itèm non tenentur ad gabellam pro Vino minutatìm vendito, & pignus desupèr factum est ijs restituendum. Callien. 1. *Aprilis* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 568.

6. An Ecclesiastici vendentes Vinum minutatìm possint permittere, ut ementes bibant Vinum emptum dùm degunt in eorum Cellis vinarijs, seù Anditis, & ibì manducent res comestibiles per ipsos emptores secùm latas? Sac Congr. respondit: Serventur litteræ Sac Congr. Sublevaminis sub die 4. Junij 1656. in Tudertina, quibus hoc cavetur, & dicitur

dicitur esse facere (ut vulgò ajunt) *Betulam*. Faventinâ 5. *Martii* 1697. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 78. Tolentinâ 15. *Aprilis* 1699. *ibi pag.* 215. Firmanâ 19. *Augusti* 1704. *lib.* 3. *decr. Vallemani pag.* 605.

7. Quarè Ecclesiastici vel se abstineant à venditione Vini minutatìm cum permissione ementibus manducandi, vel solvant gabellam dictam *della foglietta*. Camerinen. 4. *Decembris* 1680. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2105.

8. Vinum Ecclesiasticorum non potest vendi in caupona sinè solutione gabellæ dictæ *della foglietta*. Senogallien. 12. *Julii* 1678. *lib.* 2. *decr. Alt. p.* 1612.

9. Pro Vino recollecto in proprijs bonis, quod Canonici Lateranenses faciunt vendere in domo per eos conducta solvi non debet gabella dicta *della foglietta*, si ibì non vendantur comestibilia ad edendum. Ravennaten. 1. *Dec.* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 81.

10. Vinum, quod ab Ecclesiasticis traditur ad vendendum, assignata certa mercede ei, qui curam habet vendendi, debet esse omninò exemptum à quacumque gabella Vino imposita. Vlixiponen. 1. *Decembris* 1638. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 82.

11. Canonici non tenentur ad gabellam, pro eo, quod minutatìm vendant Vinum absque comestibilibus. Lauretana 27. *Junii* 1654. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 293.

12. Personæ Ecclesiasticæ sivè vendentes, sivè ementes Vinum minutatìm non comprehenduntur sub gabella imposita vendentibus, & ementibus Vinum. Nolana 12. *Julij* 1649. *lib.* 4. *decr. Paul. p.* 113.

13. Gaudere debent exemptione à gabella Vini tàm Personæ Ecclesiasticæ vendentes, quàm ementes ab illis. Taurinen. 11. *Septembris* 1634. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 202. Conversana 14. *Ianuarii* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 5.

14. Taxatio quotæ exemptionis, seù franchitiæ supèr oneribus Vini, & Molituræ singulis Ecclesiasticis assignandę non spectat ad Judices Laicos, nec cognitio controversiarum, quæ illorum occasione oriri possunt, sed ad Judicem Ecclesiasticum, prævio tamèn beneplacito Apostolico; taxatio insupèr Vini, & frumenti non est facienda pro singulis tantùm Ecclesiasticis; sed etiàm pro omnibus, qui vivunt expensis Ecclesiasticorum. In eadem Taurinen.

15. Rata, seù portio Vini spectans ad Ecclesiasticos, est dumtaxàt exempta ab oneribus, cognitio verò supèr hujusmodi portione, spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Ad obviandas fraudes committendas ab Ecclesiasticis, quarum cognitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum, pro opportuna provisione prohibere potest Ecclesiasticis, ne recipiant in proprijs cellis vinarijs Vinum laicorum, nec proprium Vinum reponant in cellis vinarijs laicorum. In eadem Taurinen.

16. Vina recollecta in Feudis Ecclesiasticis excipiuntur ab oneribus. In eadem Taurinen.

17 Personæ Ecclesiasticæ gaudent exemptione à gabella Vini, dummodò non adsit fraus. Januen. 9. *Aprilis* 1647. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 10.

18. Bannimenta laicalia supèr venditione Vini non possunt comprehendere Ecclesiasticos. Lycien. 30. *Iunii* 1632. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 130.

19. Absquè solutione ullius gabellæ Episcopus potest vendere Vinum propriæ Mensæ, dummodò nihil indecens intercedat. Asculana 5. *Aprilis* 1672. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 677.

20 Episcopus tueatur jura Ecclesiasticorum vendendi Vinum minutatìm recollectum in eorum bonis; vel in proprijs domibus, vel in apothecis in Civitate ad hunc effectum electis, & per laicos ad hunc

hunc effectum deputatos contrà edictum Gabellariorum prohibens cuicumque recipere Vinum ad effectum vendendi sine eorum licentia. Callien. 14. *Aprilis* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. p.* 37.

21. Ecclesiasticus Faventinus introducens Ravennam proprium Vinum partìm per aquam, partìm per viam terræ, tenetur tantùm ad gabellam Vini introducti per aquam. Faventina 20. *Novembris* 1685. *lib.* 3. *decr. Altoviti pag.* 509.

22. Ecclesiastici medio eorum juramento assignent quantitatem Vini recollecti per ipsos in proprijs bonis, & deindè consignent attestationem mulioni de Vino, quod extrahetur, ad evitandas fraudes. Faventinâ 4. *Maij* 1688. *lib. decr. Mart. p.* 282.

23. Denegatùr facultas petita quod Ecclesiastici teneantur consignare notam Vini deputato Civitatis ad effectum illud appretiandi, etiamsì adsint conditiones, quod pretium debeat esse justum, & Ecclesiastici non teneantur solvere gabellam, & etiàmsi unà cum Ordinario consenserint. Salernitanâ 26. *Febr.* 1636. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 245.

24. Quòad exemptionem à gabella Vini, ut dicitur *à minuto*, dantur D. Nuncio Litteræ adinstàr earum, quæ datæ fuerunt Episcopo Lucano sub die 26. Nov. 1655., quibus ei injungebatur, ut prohiberet Regularibus suæ Jurisdictionis, ne venderent comestibilia sivè cocta, sivè cruda Secularibus quovis prætextu sub pœnis sibi benè visis. Neapolitanâ 12. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. p.* 177.

Vide verbo *Ecclesiastici* n. 13. 14.

VIOLENTIA

Vide verbo *Censuræ* n. 7., *Confugitus* n. 18.

VIRGINES

VIrgines Congr. S. Ursulæ tamquàm Personæ Ecclesiasticæ, quamvìs non religiosæ, gaudent privilegio fori. Novarien. 9. *Octobris* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 235.

Vide verbo *Franchitiæ* n. 53., *Statutum* n. 2.

VISITATIO

CVM Episcopus Aprutinus impediretur à Ministris Regijs nomine Capellani Majoris Litteris Regijs, nè visitaret Capellam, seù Ecclesiam Arcis Civitellæ, imò de facto impeditus fuerit à Castellano d. Arcis; quæsitum fuit an in hac Sac. Cong. an verò in Sac. Congr. Epis. causa præfatæ Visitationis pertractanda esset? Sanctissimus mandavit agi in hac Sac. Congr. supèr Controversijs Jurisdictionalibus. Aprutina 9. *Decembris* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 113.

VSVFRVCTVARIVS

Vide verbo *Sacerdos* n. 12.

VSVRA

COgnitio Vsurarum, quando quæstio est juris spectat ad Judicem Ecclesiasticum, quandò verò est facti datur locus præventioni. Melevitanã 16. *Aprilis* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 37

VULNUS, VULNERANS

Vide verbo *Causarum cognitio*, verbo *Gubernatores excommunicati* n. 9; *Absolutionum exempla* n. 19., *Sodomita* n. 5.

VXOR

UXOR, UXORICIDIUM

1. OCcidens propriam Uxorem prægnantem, cùm non constet concludentèr de proditione, gaudet Immunitate, sed annuente Sanctissimo attentâ attrocitate delictorum condemnatur in pœnam extraordinariam, dummodò non excedat decennium ad Triremes. Melevitanâ 3. *Decembris* 1670. *lib.* 1. *decr. Altoviti pag.* 511.

2. Occidens propriam Uxorem ad effectum ducendi aliam, & extractus ab Ecclesia ad formam Bullæ, condemnatur, annuente Sanctissimo, ad pœnam extraordinariam, quæ non excedat Triremes ad decennium. Acernen. 2. *Decembris* 1681. *lib.* 2. *decr. Altoviti pag.* 2289.

3. Occisor propriæ Uxoris gaudet Immunitate, ad instantiam tamèn Sac. Consultæ retinetur in carceribus usque ad novos ordines. Beneventanâ 24. *Martij* 1676. *lib.* 1. *decr. Altov. p.* 1222.

4. Super extractione Clerici Coniugati facta ad formam Bullæ causa Uxoricidij cum propinatione veneni, & prætensa qualitate proditionis, iniungitur Episcopo, ut perficiat processum, ac transmittat, & interim cautè custodiat. Ostunen. 23. *Febr.* 1695. *lib.* 1. *decr. Vall. pag.* 172.

5. Uxores Clericorum Coniugatorum gaudent privilegio fori, & alijs exemptionibus competentibus suis maritis durante illorum vitâ. Meliten. 20. *Nov.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 134. Oppiden. 18. *Julii* 1662. *lib. dec. Rocci p.* 415. Bisignanen. 18. *Novemb.* 1653. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 24.

6. Uxores Clericorum Coniugatorum gaudent privilegio fori tàm in civilibus, quàm in criminalibus, itàut nequeant carcerari, nec personalitèr adstrin-

ſtringi à Judice Laico, non autèm gaudent exemptione à gabellis, niſi adſit conſuetudo; durante tamèn vitâ Clericorum, & cohabitatione cum ipſis. Neritonen. 17. *Jan.* 1628. *lib.* 1. *decr. Paul. p.* 80. Militen. 11. *Jan.* 1635. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 147.

7. Uxores Clericorum Coniugatorum, & Oblatorum habentium qualitates requiſitas, gaudent privilegio, quibus gaudent earum mariti vita iſtorum durante. Baren. 22. *Sep.* 1648. *lib.* 4. *decr. Paul. pag.* 59.

8. Uxores Clericorum Græcorum gaudent Immunitatibus, exemptionibus, & privilegijs, quibus gaudent ipſi Clerici durante vitâ ipſorum Clericorum. In una Regni Neapolitani 18. *Februarij* 1631. *lib.* 2. *decr. Paul. p.* 96.

9. Uxores, & filij Clericorum Albanenſium viventibus Patribus gaudent privilegio fori, & exemptionum ipſis Patribus competentium, mortuo verò Patre gaudent, ſi concurrat conſuetudo. Roſſanen. 27. *Maii* 1654. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 42. & 4. *Septembris* 1657. *lib. decr. Rocci pag.* 32.

10. Uxores Diaconorum Salvaticorum gaudent privilegio, & exemptionibus competentibus ſuis maritis durante eorum vitâ. Meliten. 20. *Nov.* 1640. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 154. ſeù pro tempore, quo eorum mariti ſunt Diaconi Salvatici. Hyeracen. 4. *Julij* 1645. *ibi pag.* 254.

11. Uxor Curſoris Nunciaturæ non gaudet privilegio fori. Florentinâ 15. *Dec.* 1676. *lib.* 1. *decr.* [illegible] *p.* 1316.

12. Cauſam Uxoris Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis cognoſcat Epiſcopus. Fanen. 22. *Junii* 1655. *lib.* 5. *decr. Paul. pag.* 67.

13. Contrà Uxorem, quæ blandè extrahens maritum è loco immuni, Birruarijs ab ipſa vocatis tradiderat, Epiſcopus procedat ſuâ auctoritate ordinaria.

ria. Camerinen. 13. *Maii* 1698. *lib.* 2. *dec. Vall. p.* 153.

14. Vxorem, quæ occidit proprium maritum dormientem, & posteà confugit ad Ecclesiam, Episcopus tradat Curiæ Seculari. Cremonen. 29. *Decembris* 1625. *lib. Scripturarum Veterum pag.* 77.

Vide verbo *Examen* n. 5.

F I N I S

INDEX

Alphabeticus Verborum, quæ titulorum inſtar in Opere exhibentur.

Com-

Epis-

Fu-

Infor-

Nun-

Pif-

Rea-

Tor-



